(a) Colu- mell. lib. 3. cap. 3. de re ruſtica.

rore in Victoriano Columella (*a*) commiſſum eſt, ut, quod ajunt, ipſi nobis fontes ſitire videantur. Quamobrem operæ pretium eſſe putavi totam illam rationem ſemiſſium uſurarum de Columellæ ſententia explicare. Nam cum vellet is oſtendere majores fructus ex vineis, quam ex fænore ſemiſſium uſurarum ſumi: *Septem*, inquit, *jugera unius vinitoris operam poſcunt, hic plurimum octo millibus ſeſtertium emi poteſt, ſeptem jugera totidem millibus; vites vero & pedamenta, quæ vineæ dotem appellare poſſis, binis milibus in ſingula jugera, horum ſumma eſt ſeſtertium XXIX. millium.* Hæc ſumma, ſi octo jugera eſſent, ut Barbarus, Socinus, & Nebriſſenſis ſcribunt, & ante Budæi admonitionem, vulgo habebatur: ad XXXII. millia creſceret. Quæ multo majorem efficeret ſummam ſemiſſium uſurarum, biennii, quo ſi in nominibus eadem pecunia collocata foret, fructus illos afferret: quam a Columella ſcribitur. Scribitur autem hoc: *Huc accedunt ſemiſſes uſurarum ſeſtertium tria millia & quadringenti & octoginta nummi biennii temporis, quo velut infantia vinearum ceſſat a fructu. Viginti enim novem millia quotannis uſuris centeſimis eam ſummam efficient, in ſingula millia centenis vicenis nummis enumeratis. Semiſſes vero uſuræ biennio non plus centeſimis in annum augentur.* Deinde ait: *Si vineæ vinitoriſque pretium cum his uſuris conjungas, fiet ſumma XXXII. millium CDLXXX. nummorum, Quam pecuniam ſi in nominibus poſueris, reddet fructus mille nongentorum quinquaginta fere ſeſtertiorum, ratione illa ſemiſſium uſurarum, ut in ſingula centum, ſenos ſeſtertios, in ſingula millia, ſexagenos numeres.* In Victoriano libro non hæc ſumma eſt, ſed mille ſeptingentorum quadraginta nummorum quæ uſura eſt illorum XXIX. millium; errorque ex Budæi libro I. de aſſe non diligenter ab eo, qui hunc locum corrupit, lecto [ ut opinor ] manavit. Fructus vero vineæ eam ſummam excedere ait, quoniam, inquit, deterrimi generis vineæ ſingulos culleos ſingula jugera ferunt, culleus urnas quadraginta capit, hæ trecentis nummis veneunt, ſepties itaque trecentis nummis auctis, ſumma fiet, duorum millium, & centum nummorum. Maximam a nobis gratiam inierunt Hermolaus, Socinus, & Budæus, qui perpulchram hanc interpretationem adverſus Accurſianos Columellæ auctoritate ducti invenerunt; non minorem Alciatus noſter, (*b*) qui multis argumentis hoc ipſum tuetur; item ejus diſcipulus Viglius, qui Theophili inſtitutionibus prolatis, quibus non obſcure hæc interpretatio ſcripta eſt, (*c*) bene de jure civili eſt meritus. Sed & illi nos juvarunt, qui Conſtantini Harmenopuli epitomen ediderunt, cujus libro III. de uſura centeſima verba ſunt in hanc ſententiam græce conſcripta: *Centeſima uſura eſt, cum duodecim aurei poſt annum ob centenos dantur. Propterea quod ex centum ſingulis menſibus unus datur, qui ſi ad univerſa centum reſpexeris centeſimus eſt: jure igitur centeſima ea uſura dicitur. Illud deinde ſciendum*, inquit, *eſt, quæ quadrantes uſuræ ſint, aut trientes, quæque ſemiſſes & beſſes.* Deinde quaſi ex alio libro addit: *Trientes uſuræ ſunt, cum in ſingulas libras ſolidi quattuor præſtantur, ſemiſſes cum ſex, quadrantes cum tres; at centeſimæ cum duodecim in ſingulas libras præbentur. Dicet aliquis, qui fieri poteſt, ut centeſima uſura hæc appelletur, cum libra non centum aureorum ſit, ſed LXXII? Scire*, inquit, *oportet centeſimam ſignificare, cum certa quantitas in duodena dividitur, & centeſima dicitur, quod olim qui centena habebant, duodena in commune ferebant: ſed hæc illi veteres. Nos quæ fieri videmus, ſcripſimus.* Hæc ille, ex quibus illud manifeſto cognoſcimus, nomen centeſimæ uſuræ non ex centum menſibus, quibus uſura par fit ſorti, ut multi ſcribunt, poſitum eſſe, ſed quod centeſima ſortis pars uſura eſſet, quippe menſtrua; qua in re mendoſo libro Alciatus noſter uſus (*d*) nobilis illius cautionis ſub titulo de rebus creditis calculum ducit obſcurius, quam neceſſe eſt. Nam Florentiæ ita ſcriptum eſt, ut in Norico libro: *Tunc eo amplius, quo poſt ſolvam pœnæ nomine in dies triginta quinque denarios centenos, denarios ſingulos dari ſtipulatus eſt P. Mævius, ſpopondi ego L. Titius.* Quibus verbis centeſima uſura deſcripta eſt, non major; quæ eſſet, ſi *in dies XXV.* ſcriberemus. Ejus libri error ex notis, quas Juſtinianus fieri vetuit hac de cauſa, ortus eſt. Sed ad Conſtantinum revertamur, quod ſcribit centeſimæ uſuræ rationem fuiſſe immutatam, ut cum centeni aurei nummi quotannis olim efficerent duodenos poſtea ex LXXII. quot in libra eſſe antea ſcripſimus, [*e*] totidem recipiantur, quæ uſura centeſimam triente amplius excedit; & veriſimile eſt Conſtantini tempore Bizantii eam uſuram conſuetam, cum Azonis & aliorum qui eodem fere tempore in Italia jus civile docebant, non acerbiſſima viſa eſt illa vetus uſurarum interpretatio. Ex qua re mirari non oportet, Theodoſiani codicis interpretem, qui propius a Juſtiniano abfuit, aliquanto majorem centeſima centeſimam appellaſſe. Leonardus Portius maximus antiquarum rerum inveſtigator, cujus libri duo de ſeſtertio & ponderibus non minus Italis placuerunt, quam quinque illi Budæi eodem tempore conſcripti, illud ipſum de ſemiſſibus uſuris, & Hermolai errato cognoviſſe ſe ait, & uſurarum rationem ante ipſum Hermolaum ſciviſſe. Pliniique (*f*) eundem illum locum, quo Barbarus illa ſcripſit, in hujus rei probationem affert. Plinius ait: *L. Opimio Coſ. vini amphoræ centenis nummis emptæ, ſingulas uncias vini ſingulis nummis venderet quis poſt CLX. annos: & pares fructus cum eo perciperet, qui ex ea pecunia ſemiſſes uſuras acciperet.* Quod ita verum eſt, ſi Portio & Hermolao demus octoginta libris amphoram pendere. Sed mihi Agricolæ (*g*) medici ratio veriſimilior videtur, ut non ponderis, ſed menſuræ libræ illæ ſint.

(b) Alciat. l. 3. cap. 1. diſpunct. l. Lecta. de reb. cred.

(c) Theoph. §. Sed & quod princ. de jur. nat. §. Plus. de action.

(d) Alciat. d. l. Lecta. & lib. 3. cap. 2. diſpunct.

(e) d. l. Quotiens. C. de ſuſcep.

(f) Plin. lib. 14. cap. 5. ubi Hermol. in ſec. caſt. Portius lib. 2. de ſeſtert.

(g) Georg. Agric. lib. 1. de ponderib.

Octo-

Octoginta itaque libræ, quas amphora capit duodecies auctæ nongentas ſexaginta uncias habent: eadem ſumma uſurarum ſemiſſium eſt, centum nummorum poſt CLX. annos, ſenis ſcilicet nummis in annos ſingulos enumeratis. Hæc ſunt Accurſianorum erroris convincendi potiſſima argumenta. Nunc addam quibus juris civilis locis hæc interpretatio conveniat; ſi modo prius illud ſcripſero, quod, vel me tacente, intelligi poteſt, uti nos aſſis partibus in uſurarum quantitate enuntianda. Cujus rei ea ratio eſt, quod cum *ſemiſſes uſuras* dicimus, ſemiſſem centeſimæ partis uſuram eſſe ſignificamus; ſic *quadrantes*, *trientes*, *beſſes*, *quincunces*, cum tantam centeſimæ partem uſuræ nomine menſibus ſingulis præſtamus. Quamobrem & latinis conſtitutionibus, & græcis non ſemiſſes ſolum uſuræ dicuntur, ſed *ſemiſſes centeſimæ*, aut dimidia centeſimæ pars. Leviſſimarum uſurarum mentio fit a Scævola libro II. Reſponſorum: (*a*) *Præfectus*, inquit, *legionis ita teſtamento cavit: Volo, ut ſit in arbitrio tutorum filii mei, ſi voluerint hujus ſummæ uncias inferre uſurarum nomine, ita ne nummi diſpargantur, Quæro ſi apparuerit pecunia fœnerata a tutoribus judicio tutelæ uncias uſuras, an vero eas, quas ſtipulati ſunt, præſtare debeant?* Uncias, aut, ut alii ſcribunt, *unciarias uſuras* Budæus interpretatur, quæ ſingulos nummos e centenis quotannis efficiunt. Leves quoque uſuras Ulpianus libro XXXV. ad edictum, [*b*] quincunces & trientes appellat. Sunt autem trientes cum e ſorte centum nummorum quotannis IV. præſtantur, quincunces cum quinque: aut trientes cum ob CCC. ſingulis menſibus nummus unus penditur, quincunces cum ob CCXL. idem eodem tempore datur. Hæ uſuræ pupillares appellantur. Sed quoniam nihil utilius exiſtimatur interpretatione tertii capitis [*c*] ad L. Falcidiam, ejus extrema ſententia referenda eſt: *Item ſi Reipublicæ in annos ſingulos legatum ſit, cum de lege Falcidia quæratur, Marcellus putat, tantum videri legatum, quantum ſufficiat ſorti ad uſuras trientes ejus ſummæ, quæ legata eſt, colligendas.* Quod ita interpretandum eſt, ut ſive menſtruum, ſive annuum quid Reipublicæ legetur, ut videri poſſit, quanti hoc legatum æſtimetur, ne heredi, aut cæteris legatariis noceat, ſi Falcidia uſus non eſt heres, cum debuerat: aut ſi uſus eſt, cum non debuerat quartam deducere: tum æſtimatio ea fiet, ut quod menſtruum, aut annuum legatum eſt, uſura triens eſſe cenſeatur, & ejus æſtimatio veluti quædam ſors. Fac enim quaterna annua eſſe legata, ejus legati æſtimatio eſt centum nummorum. Fac totidem legata menſtrua, mille & ſexcentis nummis æſtimabitur. Joannes Græcus Juriſconſultus apud Viglium (*d*) his fere verbis utitur: *Ea quantitas legata videtur, quantam ſi teſtator legaſſet, efficeret poſt annum trientes uſuras pares legato annuo. Ut ſi decem aureos legaverit annuos, CCL. legaſſe videtur: hujus enim ſummæ triens uſura eſt, decem. Si vero viginti legata ſint annua, quingenta legaſſe cenſetur: Namque quingentorum uſura triens eſt viginti.* Hæc ille.

(a) *L.* Titium. §. Præfectus. *de adm. & per. tut.*

(b) *L.* tutor. qui reperto. §. qui autem ſint. *eod.*

[c] *L.* 3. *in fine. ad L. Falc. ubi Soc.*

(d) *Vigl. ante Theoph. inſt.*

Ex quibus apparet, XXV. annis tantam quantitatem fieri ex fructibus legati, quanti æſtimatum hic eſt. Æmilius tamen Macer ait: [*e*] *Si Reipublicæ uſusfructus legetur, ſive ſimpliciter, ſive ad ludos triginta annorum computatio fit.* At Cajus: [*f*] *Si uſusfructus municipibus legetur, centum annos obſervandos eſſe ait.* Juſtinianus vero reditus donationem XV. annorum fructibus æſtimat. (*g*) Sed his de rebus legendus Socinus eſt. Nos addamus Leonis conſtitut. [*h*] centeſimæ partem tertiam trientes appellari, ſed & ab Juſtiniano ita ſemper appellantur, (*i*) quoniam tertia centeſimæ pars, uſuræ nomine menſibus ſingulis ſolvitur. Sic quarta centeſimæ conſtitutione ultima de petitione hereditatis. Nam ſi quadringentorum quaterna ſingulis menſibus centeſima uſura eſt, ſinguli nummi quadrans erit. Paulus libro ſingulari de uſuris (*k*) hac etiam appellatione utitur, niſi additum id a Triboniano de ſuo ſit, quod multis locis feciſſe, credendum eſt. *Quincuncium & ſemiſſium uſurarum*, a Paulo eodem loco fit mentio. (*l*) Item a Scævola libro V. reſponſorum. (*m*) Semiſſes Juſtinianus dimidiam centeſimæ appellat nobili illa conſtitut. XXVII. [*n*] de uſuris, qua, quis quanta uſura uti poſſit, definit. Semiſſes eſſe diximus cum ducentis acceptis ſinguli nummi menſibus ſingulis præſtantur, quæ efficiunt in annum duodecim nummos. Harum multis digeſtorum & conſtitut. locis mentio fit, (*o*) quoniam civiles & modicæ hæ uſuræ eſſe cenſebantur, cujus rei Plinius auctor eſt. Eadem illa Juſtiniani conſtitutione (*p*) *beſſium uſurarum* mentio fit, quæ ſunt cum acceptis centum poſt annum octo præſtantur, aut menſtrui denarii ſinguli, ſi ſors CL. ſit. *Sextantes*, *ſeptunces*, *dodrantes*, *dextantes*, *deunces uſuras* non memini me in noſtris libris vidiſſe; ſed ſicubi reperiuntur, eam interpretationem accipiunt, ut quot uncias id nomen ſignificat, tot nummi annui in centeſimum quemque pendantur. Hæc uſque ad centeſimam uſurarum ratio eſt: quam arbitror legitimam appellari ab Ulpiano libro XXXV. ad edictum. (*q*) Majorumque in Digeſtis mentio, quod ſciam, non fit propter Juſtiniani conſtitutionem. Duæ tamen centeſimæ, ad quas ex Gratiani conſtitutione (*r*) tenebantur, qui poſt quattuor menſes non ſolverent, quod judicatum erat eos debere, ita ex ſupra ſcriptis intelligendæ ſunt, ut quinquageſima ſingulis menſibus uſuræ nomine præſtetur, hoc eſt centum nummis acceptis trigeſimo quoque die bini, anno vertente, XXIV. Has Juſtinianus in centeſimam convertit. (*s*) M. Cicero libro V., & VI. epiſtularum ad Atticum non binas ſolum, ſed quaternas centeſimas, ſe Ciliciæ Proconſule, Salaminios debuiſſe refert: tamen translaticio edicto uſum centeſimas obſervaturum ſe cum anniverſario *anatociſmo* edixiſſe. Eſt autem *ana-*

(e) *L.* Hereditatum. *ad L. Falc. in fin.*

(f) *L.* Si uſusfructus. *de uſu & uſuf. leg.*

[g] *L.* Si quis argentum. C. *de donat.*

(h) *L.* Hac edictali. §. his illud. C. *de ſec. nupt.*

(i) *L.* *ult.* §. Præterea. C. *de jure dot.* *l.* *un.* §. Sin autem. *de rei ux. act.* *l.* Eos. C. *de uſur.* *Nov.* 2. & 22. *l.* *ult.* C. *de pet. hered.*

(*k*) *L.* Cum quidam. *in fin. de uſur. Dig.*

(l) *ead. l. in princ.* & §. Fiſcus.

(m) *L.* Creditor. *in fin. de ſolut.*

[n] *L.* Eos. *de uſur.*

(o) *L.* Dominium. *quod juſſu.* *l.* Qui negotia. *in princ. mand.* *l.* Titius. *de præſ. verb.* *l.* Qui ſemiſſes. *de uſur.* *l.* 1. C. *de his quib. ut. ind.* *l.* 2. C. *de uſur. rei jud.* *l.* 3. C. *de fiſc. uſur. lib.* 10.

[p] *d. l.* Eos.

(q) *L.* Tutor qui repertorium. §. Pecuniæ. & *ſeqq. de adm. & per.*

(r) *L.* *un. de uſur. rei jud. in cod. Theod.*

(s) *L.* 2. C. *de uſur. rei jud.*

UNED

*anatociſmus* renovatio ſingulorum annorum, ut uſuræ uſurarum debeantur, quod merito Juſtinianus fieri vetuit. [*a*]

[a] L. *ult.* C. *de uſur. l. ult.* C. *de uſur. rei jud. vid. Bud. l.* Nihil intereſt. *de naut. fœn. & lib.* 1. *de aſſ.*

## CAPUT XI.

*De menſuris, & vaſis, & pedali menſura.*

CUm de aſſe & libra, & nummorum diverſitate ſupra a nobis ſcriptum ſit: conſequens eſſe videtur, ut de menſuris ſcribamus. De his enim rebus, quæ pondere, numero, menſurave conſiſtunt, ſimilis in jure civili tractatio eſt: [*b*] & qui illas res accurate tractarunt, hæc ipſa diligenter perſecuti ſunt. (*c*) Ex quorum libris nos, quæ ad jus noſtrum pertinere videbuntur, eliciemus. *Culleus* capaciſſimum menſuræ & vaſis genus fuit: urnas enim quadraginta capere, Columellæ illum de ſemiſſibus uſuris locum interpretantes diximus. In hunc inſuebatur parricida cum cane, gallo gallinaceo, ſimia, & vipera ſimillimis monſtro huic feris, (*d*) ea re ejus capacitas indicatur, fuiſſeque ex corio Theophilus ſcribit, & Rhetorum lege illa ficta dicebatur: *Qui parentem necaſſe judicatus erit, is obvolutus & obligatus corio, deiciatur in profluentem.* Scævola libro V. Digeſtorum: [*e*] *Titius cum pecuniam mutuam accepit a Caio Seio ſub pignore culleorum; iſtos culleos cum Seius in horreo haberet; miſſus ex officio annonæ centurio culleos ad annonam ſuſtulit.* Ulpianus libro XXIII. ad Sabinum: (*f*) *Vino legato utres non debebuntur, nec culleos quidem deberi dico.* *Dolium* menſuræ genus non eſt, ſed vas variæ amplitudinis, ut etiam *ſeriæ* & *cuppæ*. Nam quod Plinius ait: *Polypi caput dolii magnitudine amphorarum quindecim capax:* non ſignificat eam eſſe dolii definitam menſuram, ſed magnitudinem polypi oſtendit. Ulpianus eodem illo libro: [*g*] *In doliis non puto verum, ut, vino legato, & dolia debeantur, maxime ſi depreſſa in cella vinaria fuerint, aut ea ſunt, quæ per magnitudinem difficile moventur. In cuppis autem, ſive cuppulis puto, admittendum eſt eas deberi: niſi pari modo immobilis in agro, velut inſtrumentum agri, erant. Hæc in vaſis vinariis non ſunt.* (*h*) Sed Julianus ait libro VI. ex Minicio [*i*] dolia & ſerias tamdiu in ea cauſa eſſe, quamdiu vinum haberent: nam ad alium uſum transferri poſſent, veluti ſi frumentum in his addatur. Sed frequentius eſt, ut de vinariis doliis & ſeriis juriſconſulti tractent. (*k*) *Cadus* Amphora Attica a Palæmone dicitur, ab aliis metreta, aut ceramium, capit urnas tres. *Metretæ* mentio fit a Cajo libro X. ad edictum: [*l*] *Quod ſi*, inquit, *vinum ita venierit, ut in ſingulas amphoras, item oleum, ut in ſingulas metretas, item frumentum, ut in ſingulos modios, item argentum, ut in ſingulas libras certum pretium diceretur.* Et poſtea: *Sed & ſi ex doleario pars vini venierit, veluti metretæ centum.* Sed animadvertendum, eſt Florentiæ *ſingulos metretas* ter ſcriptum fuiſſe; ſic enim a Græcis. ὁ μετρητὴς dicitur: quod emendatum eſt ob latinæ linguæ uſum. At cadi multis locis mentio fit, ſed vinarii. (*m*) *Amphora*, quæ *quadrantal* quoque dicitur, duas urnas capit, hujus capacitas unius pedis quadrati eſſe dicitur cubi figura, ſic enim Palæmon ait, hoc eſt ut pedem lata, longa, atque alta ſit. A qua figura cæterarum menſurarum capacitas cognoſcetur. Hæc enim viceſima pars cullei eſt; *ſeſquiamphoram* vero cadus capit. Cæteras menſuras Mæcianus perſequitur his verbis: *Quadrantal, quod nunc plerique amphoram vocant, habet urnas duas, modios tres, ſemodios ſex, congios octo, ſextarios XLVIII., heminas XCVI., quartarios CXCII., cyathos DLXXVI.* Pedem vero ſexdecim digitorum, ne quis vulgarem exiſtimet, intelligere opus eſt. Hujus menſuræ mentio frequens apud noſtros, illa animadvertenda apud Labeonem (*n*) de navi duum milium amphorarum: ejuſdem capacitatis naves in Lentuli ad Senatum litteris Budæus interpretatur XC. aut paulo amplius *tonellorum*, hoc enim nomine nautæ in ſimili re utuntur. Tertia parte minores illæ naves ſunt conſtitutione Theodoſii, (*o*) quæ duum millium modiorum capaces eſſe dicuntur. Multo illa ampliſſima eſt apud Scævolam libro VII. Digeſtorum: (*p*) *Navem conduxit, ut de provincia Cyrenenſi Aquilejam navigaret, olei metretis tribus milibus impoſitis, & frumenti modiis octo milibus.* Illud etiam ſciendum eſt, in amphoras & cados non uſus perpetui cauſa vina diffundi, ut in dolia; ſed tantiſper dum uſus comprobaretur. (*q*) Vendi enim & legari ſolebant cum ipſis cadis & amphoris. Sed & ſi vinum legetur, hæc vaſa accedunt, quia *credibile eſt*, inquit Ulpianus, (*r*) *mentem teſtantis eam eſſe, ut voluerit acceſſioni eſſe vino amphoras: & ſic*, inquit, *loquimur habere nos amphoras mille, ad menſuram vini referentes.* Et licet vinarium vas eſſe amphora videatur, (*s*) tamen non eſſe Julianus ait, [*t*] niſi dum vinum habet; quia aliud in his addi poſſit. Ab amphora amphorarium vinum dicitur a Proculo libro III. ex poſterioribus Labeonis, (*u*) & urnalia vaſa ab urna, congiaria a congio dicta ſunt. Paulus libro IV. ad Sabinum: (*x*) *Sed videndum, ne inter inſtrumentum tabernæ cauponæ, & inſtrumentum cauponæ ſit diſcrimen, ut tabernæ, non niſi loci inſtrumenta ſint, ut dolia, vaſa, ancones, & calices, & trullæ, quæ circa cœnam ſolent traici; item urnæ æreæ, & congiaria, ſextaria, & ſimilia: cauponæ autem, cum negotiationis nomen ſit, etiam inſtitores.* Ita autem hæc Pauli verba ſcribere oportet, ut in Tuſco libro ſunt. Amphora, ut Mæcianus ait, capit urnas duas, congios octo, ſextarios XLVIII. a quibus menſuris illa vaſa cognoſces; *ſextarius* a ſexta congii parte dicitur, ut *quartarius* a quarta ſextarii. Sed quod de *trulla* circa cænam ſcriptum eſt, nemo miretur: mentio enim fit apud Ciceronem in Verrina illa oratio-

tio-

(b) *L.* 2. §. Mutui. *de reb. cred. l.* 1. §. 1. *de obl. & action.* §. Conſtituitur. *de uſufr. l.* Quod ſæpe. §. In his. *de cond. empt.*

[c] *Bud. lib.* 5. *de aſſe. Portius lib.* 2. *Alc. lib. ſing. de pond. & lib.* 4. *cap.* 21. *diſp. Georg. Agric. lib.* 1. 2. 3. *de pond.*

(d) L. Pœna. *de L. Pomp.* §. Alia. *de pub. judic. ubi Theoph.*

(e) *L. ult. in fine. de pign. action.*

(f) *L.* 3. *in fine. de trit. vinc.*

(g) *d. l.* 3.

[h] L. Vinum cum vaſis. *eod. tit.*

(i) L. Vinaria. *de verb. ſig.*

[k] L. Cui vinum. *l.* Si heres. *quod trit.* 6. *l.* 3. *in fin. de pen. leg. l.* 1. *de per. & comm.*

(l) L. Quod ſæpe. §. In his. *de contr. empt.*

[m] *d. l.* Cui vinum. *l.* Vinum. *l. de trit. vino.*

[n] *L. ult. in fin. de L. Rhodia.*

(o) L. Jubemus. C. *de ſacr. ecc. l.* 2. C. *de nav. non excuſ. lib.* 11.

(p) L. Colonus. §. 1. *locat.*

[q] L. Vino. *l.* Vinum. *de trit. vino.*

(r) L. 3. *eod.*

(s) L. 2. *l.* Cum certus. *l.* Cui vinum. *eod.*

[t] L. Vinaria. *de verb. ſign.*

[u] *L. ult. de trit.*

(x) L. Tabernæ. *de inſtr.*

tione de Signis; trullæ vinariæ ex gemma cum aureo manubrio, Horatius in ſermonibus:

*Qui Vejentanum feſtis potare diebus*
*Campana ſolitus trulla.....*

Sed & noſtri argenteas trullas inter vaſa non ſordida enumerant.(*a*) *Modius*, ut antea ſcriptum eſt, eſt tertia amphoræ pars: ejus mentio in Digeſtis multa, quoties de re frumentaria agitur: [*b*] item in conſtitutionibus (*c*) quibus modiatio dicitur ipſa frumenti penſitatio. [*d*] Solvebatur autem frumenti quinquageſima, ordei quadrageſima, vini & lardi viceſima. (*e*) De ſextario dictum eſt ſextam eſſe congii partem: utrumque vini vas eſt, aut liquentium rerum. (*f*) Hæc de ejus modi menſuris, quarum mentio in jure fit. Cæteras alii tractent, quibus illam unciarum controverſiam relinquo. Pedis tamen mentione admoniti, & menſuræ nomine, illud ad extremum addamus de alio genere menſurarum, quod non minus frequens in jure eſt. *Pes* habet palmos quattuor, ut Frontinus ſcribit, uncias duodecim, digitos ſexdecim; *Paſſus* pedes habet quinque, ut Columella ait libro V. de re ruſtica. *Actus quadratus* undique finitur pedibus CXX. quod duplicatum facit *jugerum* longitudine pedum CCXL. latitudine CXX. *Stadium* habet paſſus CXXV. octava miliarii pars. *Centuria* initio centum jugerum modus erat poſtea ducentorum. Pedum mentio multa in jure, ut de via, cujus latitudo ex lege XII. tabularum in porrectum octo pedes habet, in amfractum, ubi flexum eſt, ſexdecim. [*g*] Item illa Solonis lege de intervallo arborum & ædificiorum ab alienis ſub titulo finium regundorum, (*h*) in qua neſcio qua de cauſa Alciatus noſter ſcriptum eſſe Florentiæ ait [*i*] τὰ δέ ἄλλα δένδρα δύο πόδας, cum non δύο ſed πέντε ſit, ut apud Plutarchum in Solonis, & Conſtantinum libro II. titulo IV. Eodem loco de *Orgya* dicitur, quæ habet pedes ſex, ut Herodotus ait. (*k*) Ad legem Solonis pertinent duæ conſtitutiones [*l*] ſub titulo de aquæ ductu, & quæ Frontinus libro II. de aquæ ductibus ſcribit. De paſſibus multa referri poſſunt, quæ ad miliaria quoque pertinerent: (*m*) item de jugeribus, ut ſub titulo de cenſibus (*n*) & de contrahenda emptione, (*o*) atque aliis locis. Stadium apud Marcianum reperitur, (*p*) unde Juſtinianus accepit.

*Sed nos immenſum ſpatiis confecimus æquor.*

Quamobrem hæc ſatis ſunt.

(a) L. Cum aurum. §. Argento. *l.* Sejæ. *de aur. arg. leg. l.* 3. *de ſupp. leg.*

(b) L. Quidam. *de tritico. l.* Paulus. *de verb. ſign. l.* Stipulationum quædam. *l.* Ubi. *de verb. obl.*

(c) L. Modios. C. *de ſuſc. pr. & arc. lib.* 10. *l. ult. de fr. Alc. l.* 5. *l. de ann. civ. Nov.* 130.

(d) L. *ult.* C. *de naufr. lib.* 11. *l. ult. de ann. civ.*

(e) *d. l.* Modios. *de ſuſc.*

(f) *Eadem leg.* Modios. *Theophil.* §. Conſtituitur. *de uſufruct.*

[g] L. Viæ. *de ſerv. præd. ruſt.*

(h) L. *ult. fin. reg.*

(i) *Alciat. l.* Quinque pedum. C. *fin. reg. & fin. lib.* 2. *cap.* 6. *diſp.*

[k] *Bud. l. ult. ſi mend. fal.*

[l] L. 1. & *l.* Omnis. *de aquæd. lib.* 11.

(m) L. 3. *l.* Mille. *de verb. ſign. l.* Scire oportet. *de excuſ. l.* 1. *de off. P. V.*

[n] L. Forma. *de cenſib.*

(o) L. Qui fundum. §. Qui agrum. *de contr. empt.*

[p] L. In tantum. *de diviſ. rer. inſt. eod.* §. Univerſitatis. *adde. l.* Civitatib. *de legat.* 1.

# ANTONII AUGUSTINI

## EMENDATIONUM, ET OPINIONUM LIBRI TERTII

## *Ad Michaelem Majum Procancellarium*

### *PRÆFATIO.*

HAbuit hoc, Mai, multorum ſeculorum ſerie Hetruria, ut ab aliis regionibus neſcio qua religione ejus res habeantur auguſtæ. Quis enim ignorat aruſpicum, & augurum diſciplinam, ſine quibus neque leges ferre, neque comitia habere, neque prælium inire Romana reſpublica poterat, totam Ethruſcorum fuiſſe? Quis veterem illam Ethruſcam linguam non maxima veneratione coluit, quippe quæ a primis illis Aſſiriis, a quibus Italia habitari cœpta eſt, relicta eſſe videbatur? His vero temporibus omitto quantum Tuſcorum linguæ & libris Itali omnes honoris deferant: ingeniis certe præſtare ejus ſoli homines exiſtimantur. Huc acceſſit, quod ob Mediceæ illuſtriſſimæ familiæ liberalitatem, alti ſunt omnes pene, qui patrum, & avorum memoria docti habiti ſunt, græca quoque lingua ab eadem ſervata eſt græcorum librorum multis, & ingentibus bibliothecis comparatis, qua diligentia ſunt in vetuſtiſſimis quibuſque latinis libris quærendis uſi: ut nemo ſit cujuſcumque diſciplinæ ſtudioſus, qui ſe non multum Tuſcis, aut libris, aut hominibus debere fateatur. Noſtrum quidem certe jus utriſque permulta, atque adeo omnia accepta ferre oportet. Ut enim interpretes omnes juris enumeres, non facile quemquam Bartolo, Accurſio, Dino, Cyno, Angelo, Baldo, præferas. Sed multo maximum beneficium eſt, quod ab inſigni illo Pandectarum monumento accepit, ſine quibus non manca, ſed nulla pene erat noſtra diſciplina. Nam ut demus ex eo libro cæteros ortos non eſſe, quod falſum eſſe antea ſcripſimus, ſed fingamus nullum initium exſtare horum librorum, quod in conſtitutionum codice moleſtiſſime ferimus, quam magnis in tenebris verſaremur? Quid enim facilius improbiſſimo, & impudentiſſimo cuique eſſet, quam quod fieri cœptum erat, tribus litteris mutatis, negans verbum, aut addere, aut auferre? Sed & cætera verba quis repugnaret, quominus arbitratu ſuo mutarent: cum horum librorum theſauris in Hetruria conſervatis, neminem non audere videamus in his libris, quibus omnium gentium gubernacula reguntur, quod in plebeis vulgaribus audere religio eſt? Maximas igitur gratias agere Coſmo Medici Duci oportet, qui in majorum ſuorum inſtitutis perſeverans noſtram ſcientiam tam præclare juvat, ut reprehendere videatur ſuorum civium avaritiam, qui tales libros obſoleſcere, & oblitterari paterentur. Multum Lælio Taurello noſtro debetur, qui hoc unum curat, ut in omnium manus venire poſſint; quem ego optimum virum, juris, & bonarum litterarum peritiſſimum locupletem noſtrarum emendationum teſtem appello. Cujus libris qui, aut cum his, aut eodem tempore edentur, hos volo indices non ſatis plenos exiſtimari. Tertiam itaque partem noſtrarum emendationum, atque opinionum aggrediamur, qua ſilvam quandam non injucundam, ut arbitror, locorum mendoſorum oſtendam, quæ mendis illorum librorum ope ablatis, quaſi vepribus quibuſdam, & dumetis aſperis, faciles, & ſuaves aditus habere videatur.

AN-

# ANTONII AUGUSTINI
## EMENDATIONUM, ET OPINIONUM
### LIBER TERTIUS.

### CAPUT I.

*De Titulis, & Capitibus, quæ aut ſcribenda non ſunt, aut non ſuo loco ſcribuntur.*

Scriptum a nobis libro primo eſt, ex Florentinis Pandectis cæteros libros manaſſe, duorum librariorum errore deprehenſo cognitum fuiſſe: alter enim multa capita præpoſtere ſub titulo de diverſis regulis juris antiqui conglutinavit, alter titulum de ventre in poſſeſſionem mittendo, & quæ ſub eo titulo ſcribuntur, ante titulum de conjungendis cum emancipato liberis, cum contra fieri oportuiſſet, ſcripſit. Qui errores cum in omnibus libris ſint, eandem eſſe omnium originem oſtendunt. Quæ cum ita ſe habeant, ad horum librorum ſcripturam cæteros emendandos eſſe fateamur, neceſſe eſt. Itaque quoniam optima quæque emendationum genera perſequimur, de titulis quibuſdam & capitibus, quæ illic ſcripta non ſunt, aut quæ præpoſtere vulgo ſcribuntur, videamus: & initio tertium illorum librorum auctoritatis argumentum ſcribamus. Libro XLI. Digeſtorum titulus quartus *pro ſoluto* in omnibus libris ſcribitur; is neque in indice, neque poſt tractatum de uſucapionibus eſt: ſed quattuor illa capita, quæ ſub eo titulo ſcribuntur, ſub titulo de uſurpationibus & uſucapionibus: ita enim uſucapionum tractatus inſcribitur, poſt cætera, quæ in omnibus libris ſunt, reperiuntur. Et ſane neque ſecundo, neque ultimo capite (*a*) *Soluti* mentio fit, titulumque ipſum interpretes generalem eſſe exiſtimant, quo ſolo non facile putant uſucapionem locum habere. Eſt itaque rubrica *pro ſoluto* delenda, & Hermogeniani primum caput XLVI. appellandum eorum, quæ ſub titulo de uſurpationibus ſunt: & deinceps cætera. Ea vero ratio eſt, ut hic error omnes libros invaſerit: quod in Florentini libri margine duo hæc verba *ꝓ ſoluto* hac eadem nota, quæ ſcriptorem non antiquiſſimum fuiſſe arguit, ſcripta ſunt. Ejuſdem ſcriptoris manum aliis quoque locis agnovimus, cujus imperitiæ teſtimonium, niſi res non parva ageretur, indignum eſſe exiſtimarem, cujus mentio ab aliquo fieret: nam non uno in loco ab eodem (ut opinor) ſcriptum eſſe vidi eadem nota *ꝓbatio pīne ſi bona*, quibus verbis nihil ineptius dici poteſt. Item aliis actionum nomina, quarum mentio ab jureconſultis fieret, eodem modo minutis quibuſdam notis adſcripta: (*b*) quod cauſam dedit, ut eadem hæc *pro ſoluto* verba tituli eſſe crederentur: præſertim cum Hermogeniani verba ad eum titulum pertinere viderentur. Similis error eſt, cujus tamen auctorem ignoramus, libro XLII. titulo ut exiſtimatur, ſexto *de privilegiis creditorum*, qui Florentiæ non eſt: ea enim omnia capita, quæ ſub eo titulo eſſe exiſtimantur, ſunt ſub quinto titulo *de rebus auctoritate judicis poſſidendis*, & ſextus eſt *de ſeparationibus:* neque is in titulorum indice eſt. Credendum eſt, hunc errorem ex ſimili occaſione manaſſe: nam cum multis capitibus de privilegiis agi aliquis vidiſſet, addidit id fortaſſe, ut memoria facilius eum quaſi communem privilegiorum locum teneret. Erratum etiam in omnibus libris eſt, libro XLIII. titulo X. vulgo enim ſcribebatur rubrica *De via publica & itinere publico reficiendo*, quam Haloander ita mutavit: *De via publica, & ſiquid in ea factum eſſe dicatur, & de ea ex edicto ædilium curulium a ſingulis reficienda.* Sub his titulis quattuor capita ſcribuntur Ulpiani, Javoleni, Papiniani græcum, aut Piſis verſum caput, & Pauli. Sed in Florentino libro titulus X. eſt: *De via publica, & ſiquid in ea factum eſſe dicatur.* Sub eo græcum tantum Papiniani caput eſt. Deinde ſub XI. titulo: *De via publica & itinere publico reficiendo*, Ulpiani, Javoleni, & Pauli capita. Hujus erroris originem fuiſſe arbitror, quod qui græce non noverant, latina capita deſcripſerunt: cætera verſa poſtea Piſis ſunt; ſed minime diligentes viri non ſuo loco illam Papiniani non optimam interpretationem addiderunt, & ipſum titulum, ſub quo ſcripta fuit, deſcribere ſunt obliti. Quod etiam Ludovico Bononienſi accidit, qui græca quidem verba deſcribenda curavit ex Politiani libro; eum tamen titulum quem Politianus græcis verbis ſubjecerat, item ordinis præpoſteri notas non exſcripſit: & hæc cauſa eſt, cur Noricus liber hac in re mendoſus ſit: eſt enim Haloander Ludovici libris, qui in Dominici Bononiæ maxima religione ſervantur, uſus. Aliquam huic errori, de quo agimus, cauſam dedit titulorum index, qui in illis libris eſt decimo illo titulo mancus. Sed non id ſolum erratum eſt: habet alia majora, quæ aut ego aliquando, aut alii indicabunt. Hæc in omnibus libris mendoſa ſunt,

(a) L. 2. *l. ult. pro ſoluto.*

(b) *Sub tit. mand. cap.* 12. & 26.

in Norico vero aut ſolo, aut cum paucis libro ſecundo Digeſtorum non recte ſcriptus eſt poſt titulum de in jus vocando, titulus ille *in jus vocati, ut eant vel ſatis dent*, & poſtea, *ſi quis in jus vocatus non ierit, ſive per eum caverit, per quem ex edicto non debuit.* Sunt enim ſcripti præpoſtere, & aliis verbis ſcribendi. Itaque Florentiæ eſt, ut in veteribus libris, titulus quartus *de in jus vocando*, quintus *ſi quis in jus vocatus non ierit, ſive quis eum vocaverit, quem ex edicto non debuerit.* at ſextus: *In jus vocati ut eant, aut ſatis vel cautum dent.* Hujus varietatis cauſam ignoro. Ad capita veniamus, & principio quæ Florentiæ non ſunt, deinde quæ præpoſtere in Noricis libris ſunt, conſcribamus. His adſcribam quæ capita conjungenda, quæ ſeparanda in eiſdem libris ſunt. Et initio delendum eſſe cenſeo quartum caput de rebus dubiis, (*a*) quod in Tuſcis Pandectis non eſſe, Accurſius & Haloander teſtantur: ejus verba hæc eſſe exiſtimantur: *Paulus reſpondit id, quod conditionis implendæ cauſa dandum eſt, ſine dubio certis & incertis perſonis dari debere, ut fideicommiſſi petitio poſſit competere.* Quæ verba in hunc locum irrepſiſſe puto ex alicujus interpretis exceptione, quæ ad quintum caput (*b*) adſcribebatur: ejus enim verba Florentiæ ſunt hæc: IDEM (ſignificatur autem Paulus, cujus tertium caput eſt) *libro XIX. reſponſorum. Paulus reſpondit. Cum nomen fideicommiſſarii teſtamento adſcriptum non ſit, nulli perſonæ neque certæ neque incertæ datum fideicommiſſum videri, indubitatum eſt.* Sumitur autem illius exceptionis ſententia ex XXI. & XXII. capite de ſtatuliberis (*c*) ut Caſtrenſis Paulus notat. Item XXXIX. caput de furtis (*d*) Florentiæ non eſt: ejus verba in Norico hæc ſunt: ULPIANUS. *Si filius ſubreptus ſit, patrem habere furti actionem palam eſt.* Sed eodem modo irrepſerunt, quod altero capite, quod Haloander ante, cæteri poſt ſcripſerunt, (*e*) Paulus libro IX. ad Sabinum ſcribit: *Mater filii ſubrepti furti actionem non habet.* His Pauli verbis illa adjecta ſunt ex XIV. capite (*f*) in quo Florentiæ ita ſcribitur: *Si filiusfamilias ſubreptus ſit, patrem habere furti actionem palam eſt.* Delendum igitur illud caput, & XXXIX. exiſtimandum eſt, quod ei proximum Haloander ſcripſit. [*g*] Similis error eſt XVIII. capite de diverſis regulis juris. (*h*) Illa enim verba, quæ in multis libris, ut ſeparatum caput, in Norico ut alterius pars habentur, vel Accurſio teſte, ex LXXVIII. de verborum obligationibus (*i*) ſumpta ſunt: ita enim illic ſcribitur: PAULUS *libro LXII. ad edictum. Si filiusfamilias ſub condicione ſtipulatus emancipatus fuerit, deinde exſtiterit condicio, patri actio competit: quia in ſtipulationibus id tempus ſpectatur, quo contrahimus.* Quæ ad XVIII. caput adſcripta ſunt, quod ejuſdem argumenti eſſet. Sic etiam capiti XVII. ad legem Aquiliam (*k*) addita ſententia quædam eſt ex XXXIV. capite: (*l*) Florentiæ enim hæc verba non ſunt, ut

(a) L. Paulus reſp. id quod. *de reb. dub.*

[b] L. Paulus reſpond. cum nomen. *eod.*

(c) L. Labeo. §. Et ſi quæreretur. *l.* Qui pecuniam. *de ſtatulib.*

(d) L. Si filius. *de furtis.*

(e) L. Mater. *eod.*

[f] L. Eum, qui emit. §. Si filiusfamil. *eod.*

[g] L. Verum eſt. *eod.*

(h) L. Quæ legata. *l.* Si filius. *de div. reg. jur.*

(i) L. Si filiusfamilias. *de verb. obl.*

[k] L. Si dominus ſervum. *ad L. Aquil.*

(l) L. Titio. & *ſeqq. eod.*

Haloander notat: *Si conjunctim duobus legetur Stichus, & alter eorum occiſum repudiaverit, puto conjunctum ſolum poſſe Aquilia agere, quia retro adcreviſſe dominium ei videtur.* Quæ ſi auferantur: eleganter ſeptimum decimum octavodecimo (*m*) conjungetur. Adde caput XLIII. de vulgari, (*n*) in quo illa verba, quæ ab Haloandro notantur, delenda ſunt: neque enim ea Tuſcus liber habet. Sunt autem hæc: *Aliter ſi ejuſdem ætatis liberi inſtituti, invicemque ſubſtituti fuiſſent. Tunc enim altero defuncto intra pubertatem ejus, ſucceſſio non ad matrem, ſed ad ſubſtitutum fratrem ejus devolvitur.* Sed hæc ſententia ex proximi reſponſi ratione elici videbatur: quamquam his de rebus Accurſiani ingentes acervos chartarum ſcripſerunt. (*o*) Illud vero neſcio quo modo factum eſt, ut extremum Digeſtorum caput deſideretur, (*p*) quamquam ejus inſcriptio extat quidem hæc: PAULUS *libro ſexagenſimo nono ad edictum.* Sed cætera verba exciſa ſunt. Omnium tamen librorum conſenſus recepit, ut ſcriberetur: *Servus reipublicæ cauſa abeſſe non poteſt.* Quod arbitror veteres integram eam paginam habuiſſe, idque veriſimile eſt ex VII. capite *ſi quis cautionibus* (*q*) quod Accurſius refert. Id Florentiæ ita ſcriptum eſt: PAULUS *libro LXIX. ad edictum. Si quis ſervum in judicio ſiſti promiſerit, vel alium, qui in aliena poteſtate eſt, iiſdem exceptionibus utitur, quibus ſi pro libero, vel patrefamilias fidejuſſit, præter quam ſi reipublicæ cauſa abeſſe diceretur ſervus. Nam ſervus reipublicæ cauſa abeſſe non poteſt.* Quod caput non recte Haloander edidit.

Nunc ad cætera errorum genera veniamus: quæ nos ordine Digeſtorum ſervato referemus. Sub titulo de pactis caput XIV. ita ſcribendum: (*r*) *Ulpianus libro quarto ad edictum. Item magiſtri ſocietatium pactum & prodeſſe, & obeſſe conſtat.* XV. ita: (*s*) PAULUS *libro tertio ad edictum. Tutoris quoque, ut ſcribit Julianus, pactum pupillo prodeſt.* Nam Haloander & in ordine, & in inſcriptionibus errat. Sed & Florentiæ non recte, ut opinor, XIII. caput [*t*] Ulpiano libro III. ad edictum adſcribitur, ſed exiſtimo Pauli eſſe, ut alii habent. At LIII. capite duo capita conjuncta ſunt. (*u*) Eſt enim alterius Florentiæ initium illis verbis: *Scævola apud Julianum libro viceſimo ſecundo digeſtorum notat.* Sic enim ſcribitur, non *libro XXXII.* ut in Norico. Sub titulo de ſervitutibus caput VII. hoc eſt: (*x*) ULPIANUS *libro XIII. ad legem Juliam & Papiam: Jus cloacæ mittendæ ſervitus eſt.* VIII. hoc: (*y*) PAULUS *libro XV. ad Plautium. Ut pomum decerpere liceat, & ut ſpatiari, & ut cænare in alieno poſſimus,* [*z*] *ſervitus imponi non poteſt.* Haloander hæc capita præpoſtere edidit. Illud adverſus omnium librorum ſcripturam Florentiæ eſt, ut quod extremum caput ſub eodem illo titulo eſſe exiſtimatur (*aa*) illic primum ſit ſub titulo de ſervitutibus prædiorum urbanorum, quod Accurſius ſigni-

[m] L. Sed & ſi is. *eod.*

(n) L. Lucius Titius. *de vulg.*

(o) *Doc.* L. Jam hoc jure. *de vul.* L. Precib. *de imp.*

(p) L. *ult. de div. reg. jur.*

[q] L. Si quis ſervum. *ſi quis caution.*

(r) L. Item magiſtri. *de pact.*

(ſ) L. Tutoris. *eod.*

(t) L. Sed ſi tantum. *eod.*

[u] L. Sumptus. *l.* Si pactus. *eod.*

(x) L. Jus cloacæ. *de ſervit.*

[y] L. Ut pomum. *eod.*

(z) *Fl.* poſſumus.

(aa) L. *ult. eod. inc. ſi intercedat.*

gni-

UNED

gnificat. Sed ſub titulo de in rem verſo cap. XIII. & XIV. nimis audacem ſe Haloander oſtendit: eorum enim verba ſubſcribam, quæ non multum ab ea ſcriptura, quæ ante Noricos libros fuerat, differt. Caput itaque XIII. ita ſcribitur: (*a*) ULPIANUS *libro XXIX. ad edictum. Si in rem* [*b*] *alterius ex dominis verſum ſit: utrum is ſolus, in cujus rem verſum eſt, an & ſocius poſſit conveniri, quæritur? Et Julianus ſcribit, eum ſolum conveniri, in cujus rem verſum eſt, ſicuti cum ſolus juſſit; quam ſententiam puto veram.* Huic Ulpiani ſententiæ addit Tribonianus, quæ Marcellus & Paulus apud Julianum in eo libro, quem is retulerat, notaverant, quæ XIV. caput his verbis conficiunt: (*c*) *Juliani libro undecimo Digeſtorum Marcellus notat*, aut ſi mavis quod initio ſcriptum eſt: JULIANUS *libro XI. Digeſtorum. Marcellus notat: interdum & propter hoc, quod in rem alterius ſocii verſum eſt, de in rem verſo cum altero agi poteſt: qui conventus a ſocio petere poteſt id, in quo damnatus fuerit: quid enim dicemus, ſi peculium ſervo ab altero ademptum fuerit? Paulus. Ergo hæc quæſtio ita procedit, ſi de peculio agi non poteſt.* Haloander hæc duo capita non recte ſeparavit in *Pauli* nomine, addiditque *libro XXX. ad edictum*, & fecit ut Marcellus ab Ulpiano referretur. Sub titulo de compenſationibus ſextum caput ita ſcriptum eſt: (*d*) ULPIANUS *libro XXX. ad Sabinum. Etiam quod natura debetur, venit in compenſationem.* Septimi initium eſt hoc: (*e*) IDEM *libro XXVIII. ad edictum. Quod in diem debetur, non compenſabitur ante, quam dies veniat, quamquam dari oporteat.* In Norico libro non in ordine ſolum, ut in cæteris, ſed & in inſcriptionibus eſt erratum. Alio erroris genere ſub titulo de præſcriptis verbis erratur cap. XVIII. (*f*) neque enim id ſeparandum a XVII. eſt. (*g*) Sed poſt illa verba: *Actio autem ex hac cauſa utique erit præſcriptis verbis:* ſcribendum eſt; *Papinianus libro octavo quæſtionum ſcripſit: ſi rem tibi inſpiciendam dedi, &c.* delenda autem illa inſcriptio eſt: IDEM *libro XXX. ad edictum*, quæ in Norico eſt. Non minor Haloandri error eſt ſub titulo de pignoribus cap. XXXV. (*h*) ut ipſe ſcripſit, hac inſcriptione: IDEM [ eſt autem Scævola ] *libro I. quæſtionum.* δανειστάμενος &c. Nam Florentiæ, ut in multis libris ſcribebatur, XXXIV. capiti illa adſcribuntur in hunc modum: *Idem quæſiit, cum epiſtula talis emiſſa ſit,* δανειστάμενος *&c.* epiſtulæ autem verba in Haloandri libro melius, quam in Alciati ſcribuntur, (*i*) & ob id melius interpretatus is eſt, niſi quod ὡς εὐσχήμονι ἀνθρώπω ἐπίστευσας, *tanquam honeſto viro fidem adhibendam duxiſti*, melius præceptor meus, quam ille *honeſto & gravi homini*, vertit. Sub titulo qui petant tutores caput tertium [k] Haloander Modeſtino libro III. excuſationum inſcripſit, ſed Florentiæ nulla inſcriptio, aut ſeparatio eſt. Sed ſecundo capiti, quod in multa a multis dividitur, conjungitur. Diviſionum autem cauſa eſt, quod cum græcum illud caput ſit, quædam latine referuntur: & ut utriuſque linguæ ſententias ſepararent, ex uno capite hydram quandam quinque capitum fecerunt. Sed ea de re nos accuratius libro ſingulari ad Modeſtinum ſcripſimus.

[a] *L.* Si in re. *de in rem verſo.*
(b) re. *Fl.*
[c] *L.* Interdum. *a-litas inc.* Marcellus. *eod.*
[d] *L.* Etiam. *de compenſ.*
[e] *L.* Quod in diem. *eod.*
(f) *L.* Si rem tibi. *de præſc. verb.*
(g) *L.* Si gratuitam. *ead.*
[h] *L.* Cum tabernam. §. Idem quæſiit. *de pignor.*
(i) *Alc. lib. 2. cap. 17. diſp.*
[k] *L.* Qui qualitercumque. *qui petant tut.*

Contra vero ſeparandum eſt ſub titulo de adminiſtratione & periculo tutorum, quod in calce tertii capitis ſcribitur: *Vel in partes vel in regiones*, & ita ſcribendum quartum caput, (*l*) ut in aliquibus libris eſt: IDEM ( eſt autem Ulpianus ) *libro nono ad edictum. Vel in partes, vel in regiones, & ſi ita fuerit diviſa, unuſquiſque exceptione ſummovebitur pro ea parte, vel regione, quam non adminiſtrat.* Deinde quintum ſit ejuſdem libro XXXV. ad edictum. *Ita autem*, & quæ poſtea. Sub titulo vero quod falſo tutore auctore quartum caput eſt: (*m*) PAULUS *libro XXII. ad edictum. Minori vigintiquinque annis ſuccurritur etiam ſi ſcierit*; quintum vero hoc: (*n*) ULPIANUS *libro XII. ad edictum. Interdum tamen & ſi ſcientia noceat, tamen reſtitutio facienda erit, ſi a prætore compulſus eſt ad judicium accipiendum.* Hac in re in ordine Haloander errat. Sub titulo de heredibus inſtituendis tria capita conjunxit, [*o*] vel ut opinor quattuor. Sed Florentiæ tria ſunt, primum Juliani libro XXX. Digeſtorum *qui filio impuberi &c.* alterum Marciani libro II. regularum *ideſt partem dimidiam ſervi & quartam hereditatis:* tertium Juliani libro XXX. Digeſtorum *ſi paterfamilias &c.* Ego vero arbitror ſecundum in duo eſſe ſeparandum; illa enim verba: *Libro trigenſimo Digeſtorum Juliani Marcellus notat, immo & debet*, non Marciani eſſe videntur: ſed Triboniani, qui relatis Juliani verbis addidit Marciani declarationem, & Marcelli notam. Eſtque in eodem genere Florentiæ ſæpius erratum, ut cum cap. LXII. de adquirenda, vel omittenda hereditate dicitur: [*p*] *In libro ſingulari Pomponii regularum Marcellus notat.* Quæ verba jure ſeparata ab Haloandro ſunt. Item ſub titulo de liberali cauſa multis capitibus, quæ recte in omnibus libris ſunt ſeparata. Tria quoque capita ſub titulo de vulgari Haloander conjunxit, (*q*) quæ Florentiæ ita ſcripta ſunt, ut octavum Ulpiani ſit, libro quarto ad Sabinum: *Qui liberis &c.* nonum Labeonis lib. I. poſteriorum a Javoleno epitomatorum, *ſi pater* (*r*) *filio impuberi.* Pro quo Haloander *Labeo quoque ſcribit*, edidit. Decimum Ulpiani eodem illo libro quarto ad Sabinum: *Sed* [*s*] *ſi plures ſint &c.* Sub titulo de adquirenda vel omittenda hereditate LX. (*t*) caput eſt Javoleni libro I. ex poſterioribus Labeonis, ad cujus calcem dicitur: *Paulus & Proculus Labeonis ſententiam improbat, & in Javoleni ſententia eſt*; quæ verba Pauli ſunt notas ad Labeonem & Javolenum adicientis, quod alii ignorantes ſcribunt: *Paulus & Proculus Labeonis ſententiam improbant, & in Javoleni ſententia ſunt.* Haloan-

(l) *L.* Vel in partes. *de adm. & per.*
(m) *L.* Minori. *quod falſo tut. aut.*
(n) *L.* Interdum. *eod.*
(o) *L.* Qui filio. *l.* Ideſt partem. *L.* ſi paterfamil. *de hered. inſtit.*
(p) *L.* Antiſtius. §. *ult. de adq. vel omit. her.*
[q] *L.* Qui liberis.
[r] *L.* Si pater.
(s) *L.* Sed ſi plures. *de vulgari.*
(t) *L.* Filium emancipatum. *de adq. vel omitt. her.*

UNED

loander: *Et in Javoleni ſententia eſt Marcellus.* Sed nomen juriſconſulti LXI. capitis eſt: [*a*] ita enim id Florentiæ exorditur: MACER *libro primo de officio Præſidis. Si minor annis &c.* & Haloander ipſe notat alios id caput in duo dividere. Florentiæ tamen non recte in Pauli nomine alterius capitis initium fit. Illud eodem pacto mendoſum eſt, capite LVIII. de legatis. Duo enim capita [*b*] non belle Haloander conjunxit Papinianum Ulpiano reſpondentem inducens. Sed quoniam idem & Accurſius de illorum capitum ſcriptura dubitant, Tuſcarum pandectarum verba infra ſcripta ſunt: PAPINIANUS *libro nono reſponſorum. Domus hereditarias exuſtas, & heredis nummis extructas, ex cauſa fideicommiſſi poſt mortem heredis reſtituendas, viri boni arbitratu ſumptuum rationibus deductis, & ædificiorum ætatibus examinatis reſpondi.* Deinde altero capite: ULPIANUS *libro XXXIII. ad edictum. Si modo nulla culpa ejus incendium contigiſſet.* Et poſtea alio capite: [*c*] JULIANUS *libro XXXIX. Digeſtorum. Quod ſi nulla retentione facta domum tradidiſſet: incerti condictio ei competet, quaſi plus debito ſolverit.* Eſt autem *retentione* ſcribendum, non *ratione*, & ſi utrumque Florentiæ ſit. Cum enim illud ſcriptum fuiſſet, emendare aliquis viſus eſt verbum *ratione* ſupra illud ſcribens: unde id verbum ad cæteros libros manavit. Sub eodem titulo tria capita conjuncta ſunt, (*d*) ita ſcribenda, ut LXXIX. caput (hic enim numerus efficitur, ſi ad Norici libri ordinem unum illud, de quo antea ſcriptum eſt, adieceris) his verbis ſcribatur: JULIANUS *libro quinto Digeſtorum. Si quis teſtamento Titio & Sejo decem dari juſſerit:* nullam hæc verba recipiunt ambiguitatem, ut dena dixiſſe videatur, qui decem dixit, quod caput non recte ab Accurſio & Bartolo * acceptum eſt, ut dena ſemper viginti ſignificent, quod libro II. a nobis reprehenſum eſt: (*e*) ſignificant enim dena, quod ignorat hodie nemo, ſingulis decem: LXXX. autem caput hoc erit. *Apud Julianum libro trigeſimo ſecundo Digeſtorum Marcellus notat. Is, qui ſola triginta reliquerat, Titio triginta legavit, Sejo viginti, Mævio decem, Maſſurius Sabinus probat, Titium quindecim, Sejum decem, Mævium quinque conſecuturos ita tamen, ut ex his pro rata portionis Falcidiæ ſatis fiat.* LXXXI. initium hoc: JULIANUS *libro XXXII. Digeſtorum ſub condicione legatum &c.*

At libro II. de legatis in omnibus fere libris ex uno capite duo facta ſunt: (*f*) quod enim in Norico libro eſt XXXIII. (*g*) Florentiæ proximo ſuperiori conjungitur; quoniam, ut exiſtimo, ſeparare voluerunt duas illas ſententias, quæ a ſimilibus verbis inciperent. Item quod in Norico LII. eſt (*h*) & Paulo adſcribitur, cum ſuperiori [*i*] conjungitur Florentiæ, neque Pauli nomen interponitur; qua ratione fit, ut quod Haloander LIII. (*k*) ſcripſit, LI. fiat. Libro vero tertio de legatis caput XXIX. [*l*] Labeonis eſt libro II. Poſteriorum a Javoleno epitomatorum, licet Haloander Javoleno libro III. adſcribat. Ejus capitis finis eſt illis verbis: *Tuberonis ſententiam voluntati defuncti magis puto convenire.* Aliud deinde caput ita exorditur: (*m*) IDEM *libro ſecundo poſteriorum a Javoleno epitomatorum. Qui quattuor pocula oleaginea habebat &c.* Sed & XXXIV. caput (*n*) Norici libri ad finem aliud caput habet adjectum, qui error cum aliis libris, Florentino excepto, commune eſt. Id vero XXXVI. Florentiæ eſt, & ita ſcribitur: *Apud Scævolam libro octavodecimo Digeſtorum Claudius notat. Nec fideicommiſſa ab inteſtato data*, & quæ poſtea ſequuntur. Eſt autem omnium librorum maxima in his numeris & diviſionibus varietas, propterea quod in Florentinis libris neque numeri hi adſcripti ſunt, neque recte ſemper capita ſeparata. Huc acceſſit cæterorum librariorum negligentia, qui & capitum initia ignorabant, & cum inſcriptiones ſingulorum capitum deſcribendas non putarent, quoties in librorum numerum incidebant, aliud caput eſſe exiſtimabant. Sed reliqua videamus, & de XXIV. capite de inſtructo (*o*) dictum a nobis eſt, cum de libris Pauli ad Neratium ſcriberemus, (*p*) non recte ab Haloandro in duo ſeparatum eiſe. Idem dicendum eſt de ſexto capite [*q*] ſub titulo de auro, argento mundo, & cæteris legatis. Illa enim verba; *L. Titius teſtamento ita ſcripſit*, non ſeptimi, ſed ejuſdem capitis ſunt. Contra vero ſub titulo de condicionibus duo capita conjunxit. [*r*] Nam XX. caput Florentiæ eſt hoc: MARCELLUS *apud Julianum libro viceſimo ſeptimo Digeſtorum notat. Non dubitamus, quin turpes condiciones remittendæ ſunt: quo in numero plerumque ſunt etiam jurisjurandi.* Ex Florentini libri ſcriptura erratum in ordine trium capitum eſt ſub titulo ad L. Falcidiam. (*s*) Sunt enim ſcribenda ita. XLII. ULPIANUS *libro XIV. ad edictum in Falcidia æſtimatio pretii rerum ex veritate facienda eſt* XLIII. IDEM *libro XIX. ad edictum. Servi, qui apud hoſtes ſunt, poſt mortem teſtatoris reverſi, quod ad Falcidiam pertinet, locupletiorem faciunt hereditatem.* XLIV. IDEM *libro XXI. ad edictum. Falcidia intervenire non poteſt, ſi ſtatuliber de alieno dedit, non de bonis defuncti: vel alias eſt homo liber, qui condicionem implevit.* Dixi errorem ex illis libris manaſſe, propterea quod cum ſcriberentur, oblitus eſt librarius XLII. capitis, idque alius ejuſdem temporis ſcriptor in libri margine nota obeli [ ſic enim græci appellant ] adjecta ſcripſit; ſed noſtri minime diligentes antiquitatis inveſtigatores ejuſmodi notas neglexerunt. Sub eodem titulo caput LXXIV. (*t*) in duo dividendum eſt, ut prioris finis ſit illis verbis; *in quadrantem ei non im-*

(a) *L.* Si minor. *eod.*
(b) *L.* Domus. *l.* Si modo. *de legat.* 1.
(c) *L.* Quod ſi nulla. *eod.*
(d) *L.* Si quis teſtamento. & §. 1. & *l.* Si fundum. *eod.*
(e) *cap.* 9.
(f) *L.* Omnia. *l.* Cum ita legatur. *de leg.* 2.
(g) *d. l.* Cum ita.
[h] *L.* Si Titius mihi. *eod.*
(i) *L.* Ut heredib. *eod.*
(k) *L.* Si ita quis teſtamento.
(l) *L.* Qui concubinam. *de leg.* 3.
(m) §. Qui quattuor.
(n) *L.* Patronus. §. *ult. eod.*
(o) *L.* Fundus. *de inſtr. vel. inſtr. leg.*
(p) *lib.* 1. *cap.* 6.
(q) *L.* Seja. *l.* L. Titius. *de auro arg.*
[r] *L.* In condicionib. *l.* Non dubitamus. *de cond. & demonſtr.*
[s] *L.* Servi. *l.* Falcidia. *l.* In Falcidia. *ad L. Falcidiam.*
(t) *L.* Quod autem. *ad l. Falcidiam.*

* Franc. Hotoman. Am. reſp. Cap. XXIV. defendit Barthol.

*imputatur*. Poſterius ita ſcribatur: *Ex libro quadrageſimo Digeſtorum Juliani Marcellus, ſed ſi ideo legatum eſt, &c.* Sed ſub titulo de donationibus XXX. caput (*a*) portio eſt ſuperioris, (*b*) quod Accurſius ſignificat. Quod vero Haloander capite XIV. de mortis cauſa donationibus [*c*] ſcribit, *item Marcellus notat.* Florentiæ aliud caput eſt hoc initio: IDEM *libro XXVII. Digeſtorum, Marcellus notat: cum teſtamento* & reliqua; eſt autem XIV. caput Juliani libro XVIII. Digeſtorum. Animadvertendum eſt ad quinque capitum ordinem ſub titulo de manumiſſis teſtamento: (*d*) illinc enim quartum argumentum Florentinarum Pandectarum auctoritatis accipio. Eſt enim in eo libro is ordo eorum capitum, qui vulgo ante Noricos libros fuerat; ſed adjectæ ſunt græcæ litteræ, quæ mutationem ordinis fieri debere ſignificent: eas noſtri aut non intellexerunt, aut neglexerunt. Politianum intellexiſſe exiſtimo; ſed Haloander Ludovici fortaſſe peccato non recte veterem errorem emendavit. Ea ita ſcribenda ſunt: XXX. caput: ULPIANUS *libro nonodecimo ad edictum. Si ſervi, qui apud hoſtes ſint, liberi eſſe juſſi ſunt, ad libertatem perveniunt: quamvis neque teſtamenti, neque mortis tempore teſtantis, ſed hoſtium fuerunt.* XXXI. PAULUS *libro vicenſimo ſexto ad edictum. Cum ex pluribus eodem nomine ſervis, unus liber juſſus, non appareat, qui ſit, nullus liber eſt.* XXXII. ULPIANUS *libro ſexagenſimo quinto ad edictum. Sciendum eſt, neceſſario herede exiſtente, quamvis ſe abſtineat, tamen libertates competere: ſi modo non in fraudem legis Æliæ Sentiæ datæ fuerint.* XXXIII. PAULUS *libro duodecimo quæſtionum. Libertas ad tempus dari non poteſt.* XXXIV. IDEM *libro ſeptuagenſimo quarto ad adictum. Ideoque ſi ita ſcriptum ſit, Stichus uſque ad annos decem liber eſto, temporis adjectio ſupervacua eſt.* In Norico libro duo hæc extrema capita recte fuerant conjuncta, qui maximus in cæteris libris error fuit. Sed illi vetuſtiſſimi librarii errorem ſecuti ſunt, quod mirifice noſtram opinionem confirmat, ut ex illis libris credamus ortos eſſe omnes. Emendandum etiam eſt ſub eo titulo, quem delendum eſſe diximus de privilegiis creditorum caput quartum, (*e*) quod XIX. Florentiæ eſt, de rebus auctoritate judicis poſſidendis, ut ejus finis ſit: *quibus curatores, quaſi debilibus, vel prodigis dantur*; & XX. caput ſit hoc: PAULUS *libro LX. ad edictum, vel ſurdo, muto*. Hujus erroris in Norico tantum libro cauſa eſt Politianus. Sub titulo de ſtipulationibus prætoriis caput VII. (*f*) ita ſcribatur: ULPIANUS *libro XIV. ad edictum. Prætoriæ ſatiſdationes perſonas deſiderant pro ſe intervenientium, & neque pignoribus quis, neque pecuniæ, vel auri, vel argenti depoſitione in vicem ſatiſdationis fungitur.* Deinde VIII. (*g*) PAPINIANUS *libro quinto quæſtionum. Paulus notat, qui ſub condicione inſtitutus eſt, adgnita bonorum poſſeſſione, cogitur ſubſtituto in diem cavere longiorem.* Hæc duo capita conjunxit Haloander. Sub titulo arborum furtim cæſarum ſeparavit IX. caput, quod octavi portio eſt. (*h*) Sub titulo de cuſtodia & exhibitione reorum præpoſtere IX. caput ante VIII. ſcribitur: [*i*] ſunt autem ita ſcribenda: VIII. PAULUS *libro ſingulari de pœnis militum, carceri præpoſitus &c.* IX. VENULEJUS SATURNINUS *libro I. de officio Proconſulis, de militibus* X. IDEM *libro II. de officio Proconſulis, ne quis receptam.* Græcæ quoque litteræ illarum Pandectarum neglectæ ſunt duobus capitibus ſub titulo de captivis (*k*) viceſimo quinto & ſexto, quæ in Noricis & Lugdunenſibus libris præpoſtere ſcripta ſunt. In eiſdem ſub titulo de verborum ſignificatione caput CIX. Modeſtini libro ſexto Pandectarum [*l*] & CX. (*m*) ejuſdem libro V. Pandectarum præpoſtere ſcribuntur. Nam vel ipſa horum capitum inſcriptio ordinem indicaret. Item caput CLXI. [*n*] poſt CLXIII. (*o*) ſcribendum eſt, quorum ordo & inſcriptiones ſunt hæ: CLX. (*p*) IDEM (Ulpianus) *libro ſecundo ad Sabinum. Cæterorum &c.* CLXI. IDEM *libro ſeptimo ad Sabinum. Non eſt pupillus, qui in utero eſt.* CLXII. POMPONIUS *libro ſecundo ad Sabinum. In vulgari &c.* CLXIII. PAULUS *libro ſecundo ad Sabinum. Illa verba*, & quæ poſtea *Ad Sabinum* autem ſcribendum eſt, non ad *S. C.* Denique præpoſtere ſub titulo de diverſis regulis Haloander ſcripſit caput LV. & LVI: (*q*) quæ ita Florentiæ ſunt. LV. GAJUS *libro ſecundo de teſtamentis ad edictum urbicum. Nullus videtur dolo facere, qui ſuo jure utitur.* LVI. IDEM *libro tertio de legatis ad edictum urbicum. Semper in dubiis benigniora præferenda ſunt.* Idem LXX. & LXXI. ita ſcribenda ſunt: (*r*) IDEM (ſignificatur autem Ulpianus) *libro ſecundo de officio proconſulis. Omnia quæcumque cauſæ cognitionem deſiderant, per libellum expediri non poſſunt.* Deinde: JAVOLENUS *libro tertio ex poſterioribus Labeonis. Fructus rei eſt vel pignori dare licere.* Sub eodem titulo præpoſtere tria capita [*s*] in ipſis illis præpoſtere conglutinatis chartis ſcribuntur, ita emendanda: ut CXXIX. ſi vulgarem ordinem ſequamur; nam noſtra & Læliana emendatione eſt CLIX. ſit hoc: IDEM [Paulus autem eſt] *libro ſecundo ad Plautium. Is damnum dat, qui jubet dare*: & quæ poſtea. CXXX. IDEM *libro tertio ad Plautium. Factum a judice, quod ad officium ejus non pertinet, ratum non eſt.* CXXXI. IDEM *libro quarto ad Plautium. Nemo ideo obligatur, quia recepturus eſt ab alio, quod præſtiterit.* Hic ordo in Florentinis libris eſt, qui inſcriptionibus convenit. Nam, ut alio loco diximus, Tribonianus, & alii Juſtiniani miniſtri ſecuti ordinem illorum librorum ſunt, dum licuit, ex quibus Pandectas confecerunt: & hæc ratio eſt, cur in quibuſdam rerum ordinem deſideremus meliorem.

[a] L. Quidam. *de donat.*
(b) L. Donari. *eod.*
[c] L. Si mortis. *de mort. cauſ. don.*
(d) L. Si ſervi. *l.* Libertas. *l.* Ex pluribus. *l.* Sciendum. *l.* Ideoq. *de man. teſtam.*
(e) L. Dabimuſq. *de priv. cred.*
(f) L. Prætoriæ. 3. *de ſtip. præt.*
(g) L. Paulus. *eod.*
[h] L. Facienda. *arbor. fur. cæſ.*
[i] L. De militib. *l.* Carceri. *de cuſt. & exh. reo.*
(k) L. Nihil intereſt. *l.* Divi. *de captivis.*
(l) L. Sequeſter. *de verb. ſign.*
(m) L. Bonæ fidei. *ead.*
(n) L. Illa verba. *ead.*
(o) L. In vulgari. *eod.*
(p) L. Cæteror. *eod.*
[q] L. Semper. *l.* Nullus. *de reg. jur.*
(r) L. Fructus. *l.* Omnia. *ead.*
[s] L. Factum. *l.* Nemo ideo. *l.* Is damnum. *eod.*

CA-

## CAPUT II.

*Aliquot Digeſtorum loca emendata, atque alia declarata, quibus de contubernalibus ſervorum mentio fit.*

SI quis eſt, qui moleſte ferat laborioſas illas ſuperioris capitis in eodem errorum genere emendationes: is velim ſe brevi hac aliquorum capitum emendatione & declaratione reficiat. In Norico libro capite XXXIX. libri tertii de legatis, ita ſcriptum eſt: (*a*) *omnibus autem libertis meis, & quos vivus, & quos his codicillis manumiſi, vel poſtea manumiſero, contubernales ſuos, item filios, filias lego.* Et poſtea (*b*) Concubinæ inter cætera his verbis legaverat: *Fundum in Appia cum vilico ſuo & contubernali ejus, & filiis dari volo.* Quæſitum eſt, an nepotes quoque vilico & contubernali ejus teſtator ad concubinam pertinere voluerit. Et capite viceſimo de alimentis: [*c*] *Stichus nutricis meæ nepos liber eſto, cui decem aureos annuos dari volo*: qui deinde interpoſitis nominibus eidem Sticho contubernalem ejus, & libertos legavit. Dubitari poſſit, quinam hi ſervorum contubernales fuerint: & aliquis eos eſſe exiſtimaret, qui in eadem taberna verſarentur. *Tabernæ appellatio*, inquit Ulpianus, [*d*] *declarat omne utile ad habitandum ædificium*; inde *tabernacula, & contubernales* dicti ſunt, ut Paulus adicit, (*e*) qua de cauſa milites, qui ſub eiſdem tabernaculis ſunt, ſe contubernales appellant. (*f*) Sed præſtat, quod Accurſius intelligere viſus eſt, contubernales quaſi ſervorum uxores exiſtimare. Cum enim nuptias cives tantum Romani contrahere poſſent, (*g*) inter ſervos, aut cum ſervis contubernium appellatur. (*h*) Quamobrem Paulus libro II. ſententiarum ſcribit: *Inter ſervos & liberos matrimonia contrahi non poſſunt, contubernium poteſt*; unde ſervorum, aut ancillarum filii naturales habentur, non juſti: (*i*) ipſi conjuges (ſi ita appellandi ſunt, quod Pontificibus placuit (*k*) contubernales ſe vocant. Refertur a Scævola libro IV. Reſponſorum (*l*) hoc legatum: *December diſpenſator meus, Severus vilicus, & Victorina vilica Severi contubernalis, in annos octo liberi ſunto.* Item apud Paulum: (*m*) *Stichus, ſi rationes reddiderit, cum contubernali ſua liber eſto, eiſque decem heres dato.* Contubernalis utroque loco ſervi uxor eſt, quod apertius Ulpianus ſcribit: (*n*) *Contubernales quoque ſervorum, ideſt uxores*, (hic enim ſubſiſtendum eſt) *& natos inſtructo fundo contineri verum eſt.* Nam filios contubernales non appellari ex Papirii reſponſo apud Calliſtratum (*o*) apparet. Is prædio cum vilico & contubernali ejus, & filiis legato, reſpondit nepotes quoque ex filiis contineri. Et alio apud Scævolam legato: [*p*] *Sejo liberto meo fundos illum, & illum do, lego ita, ut inſtructi ſunt, cum dotibus & reliquis colonorum, & ſaltuariis, cum contubernalibus ſuis, & filiis, & filiabus.* Eſt igitur Noricus liber tribus illis locis emendandus ex Florentino libro, ut libro tertio de legatis, (*q*) *contubernales ſuas, item filios, filias lego*, ſcribatur: non *ſuos*, ut alii ſcripſerunt. Et poſtea: (*r*) *Quæſitum eſt, an nepotes quoque vilici & contubernalis ejus, teſtator ad concubinam pertinere voluit?* quod etiam in aliis libris legi. Sub titulo de alimentis multa mendoſa ſunt, (*s*) quod hujus ſignificationis ignoratione commiſſum eſt. Itaque reſtituere hoc pacto oportet: *Et idem Sticho contubernalem ejus, & liberos legavit, hiſque quæ vivus præſtabat*: Et poſtea. *Stichi contubernali & liberis, utrum ab herede inſtituto, an a republica diaria & veſtiaria, quæ vivus dabat, præſtari debeant.* Namque teſtator cum Sticho uxorem & liberos reliquiſſet, viſus eſt eis libertatem reliquiſſe; quamobrem cum a republica omnes liberti, quæ vivus præſtabat, acciperent: benigna interpretatione hi quoque uxor & liberi inter libertos legatum accipient; quamvis Accurſius benignam interpretationem alio referat. Sed & nobiſcum facere Jacobus Herena apud Bartolum, & Albericus videntur. In hac ſignificatione Columella eo verbo utitur libro XII. *Vilicæ*, inquit, *fæditas faſtidioſum, nimia ſpecies deſidioſum faciet ejus contubernalem*: *itaque curandum*, inquit, *eſt, ut nec vagum vilicum, nec averſum contubernio ſuo habeamus, nec rurſus intra tecta deſidem & complexibus adjacentem feminam.* Sed juriſconſulti ancillam, is ſervum eo nomine appellat.

(a) L. Uxorem. §. Codicillis. *de leg. 3.*
(b) §. Concubinæ.
[c] L. Stichus. *in princ. de aliment.*
(d) L. Tabernæ. *de verb. ſign.*
(e) L. Inde. *eod. ubi Accurſ.*
(f) L. Rem. *comm. l. ult. de auro arg. leg.*
[g] *Inſt. de nupt. in princ.*
(h) L. Plerumque. *de æd. edicto. L.* Adoptivus. §. 1. *de ritu nupt. l.* Cum ancillis. C. *de inceſ. & nef. nup. l.* Si ejus *l.* Servi. C. *de adult. l. 3. l.* de ancilla. C. *de lib. cauſ.*
(i) L. Titius. §. Tres heredes. *ad S. C. Treb. l.* Denique. *de pign. l.* Ex libera. C. *de ſuis & leg.*
(k) *Cap. 1. de conjunct. ſerv.*
(l) L. Thais. §. Herede. *de fideic. liber.*
(m) L. Julius Paul. *de cond. & dem.*
(n) L. Quæſitum. §. Contubernales. *de inſtructo.*
(o) L. Liberorum. *de verb. ſign.*
(p) L. Sejæ. §. 1. *de inſtructo.*
(q) L. Uxorem. §. Codicillis. *de legat. 3.*
(r) §. Concubinæ.
(ſ) L. Stichus. *de alim. & cib.*

## CAPUT III.

*Falſo quædam dici in Tuſcis libris eſſe ſcripta.*

MEmini me libro primo retuliſſe, Accurſium bis optimorum illorum librorum ſcripturam referendo deceptum eſſe. [*t*] Sed excuſabamus omnium optimum interpretem librariorum noſtrorum notis, qui Piſanum a Pilei libro non facile diſtinguerent. Quid vero Caſtrenſi Paulo maximæ apud omnes auctoritatis viro reſpondeam, non habeo. Is ſub titulo de rebus creditis (*u*) cum apud Accurſium de Ulpiani verbis dubitantem legiſſet, *Bene eſt*, alias ſecundum Piſanam litteram eſt *ex re*, ideſt ex utilitate; alias *here* ideſt herile: non vidiſſe Accurſium ait eas pandectas, ſe vero Florentiæ vidiſſe, jam enim Piſis allatæ fuerant, & in eis ſcriptum eſſe *Bene eſt*. Bartolus vero Piſanam ſcripturam exiſtimat *here*. Alciatus noſter, quod Haloander edidit, *e re*, quod verum eſt, idque ipſum Bartolus eleganter explicat, ut e re ſit, accommodatum, & pertinens, operæque pretium. Idem Ulpianus alio loco. (*x*) *E re autem eſt hic ſubjungere, utrum pœnam contineat hæc actio.* Quod ipſum alii eodem modo mutarunt. Idem Ulpianus ſcribit: (*y*) *E re itaque eſſe Prætor putavit calliditatem & protervitatem horum, qui here-*

di-

(t) *Accurſ. l.* Etiam. *de tut. l.* In illa ſtipulatione per te. *de verb. obl.*
(u) *Paul. Caſ. l. 1. de reb. cred. ubi Accurſ.*
(x) L. Item illa. §. E re. *alii bene. de pecunia conſt.*
(y) L. 1. §. 1. Si is qui. *teſt. lib. eſſe jur. eod.*

UNED

*ditates depopulantur*, *duplatione coercere*: quod etiam mendoſum circumfertur. Itaque aut de eorum interpretum memoria dubitandum eſt, aut credendum eſt, eorum libros, ut multis aliis in rebus hac etiam parte mendoſos circumferri. Sunt autem alii, (*a*) qui temere ſcripſerunt, *Vulpianum*, non *Ulpianum* ſemper illic ſcriptum eſſe; item *Verum*, non *Severum*; *Areſcuſam*, non *Arethuſam*; *Cajum*, non *Gajum*. De Ulpiano rejecta jure eſt eorum ſententia, de Cajo probata. Sed ut illud verum eſt, ſemper Ulpianum, ita ſemper Gajum ſcriptum eſſe illic, & licet Cai ſcriptura mihi antiquiſſima Romanis fuiſſe videatur, tamen ſcio alia extare monumenta ante aliquot annos, quam Juſtinianus fuit, conſcripta, quibus Gajus ſcribitur, atque etiam Gnæus. Idque Diaconus, Diomedes, & Priſcianus ſignificant. De Severo & Vero nos libro ſingulari ad Modeſtinum tradimus, quibus locis utrumque nomen ſcribatur. Arethuſæ nomen e multis locis Haloander amovit, (*b*) quibus in illis libris vidimus: Areſcuſam aliis recte ſcripſit. Quamquam hæc quid noſtra? & ſi noſtra quidem intereſt illorum librorum ſcripturam noſcere, & omnem ſcrupulum evellere, ne quis fidem noſtris emendationibus, propterea quod illorum obſervationem non ſequamur, minus adhibeat. Illud etiam nolim quemquam fallat, quod Zaſius refert (*c*) ſe ab Amerbachio Alciati noſtri diſcipulo accepiſſe emendatum a præceptore in libris de verborum ſignificatione [*d*] Pomponii ipſum illum locum, de quo tum Zaſius agebat, ex Piſanis libris; neque enim id doctor meus ſcribit: ſed vulgares libros ſic eſſe emendandos: *Cum animadvertiſſet Verginius App. Claudium vindicias filiæ ſuæ a ſe abjudicaſſe, & ei, qui in ſervitute ab eo ſuppoſitam petierat, addixiſſe*: & hoc ipſum vetuſtos libros habere Zaſius ſcribit. Florentina tamen ſcriptura nullam deſiderat emendationem; eſt enim hæc: *Qui cum animadvertiſſet Appium Claudium contra jus, quod ipſe ex vetere jure in duodecim tabulas tranſtulerat, vindicias filiæ ſuæ a ſe abdixiſſe: & ſecundum eum, qui in ſervitutem ſuppoſitus ab eo petierat, dixiſſe*. Abdixit enim Claudius a ſe vindicias Verginiæ, cum propinquis petentibus vindicias ſecundum libertatem negavit; & ſecundum eum, qui a ſe fuerat ſuppoſitus, ut virgine potiretur, ſententiam dixit. Ad præceptorem meum venio, in cujus libris, quos multos multa eruditione, atque elegantia, in maximis docendi, & reſpondendi occupationibus ſcripſit, Tuſci libri, aut Florentini appellantur nonnumquam Bolognini, & Haloandri Digeſta. Nam initio primi libri Diſpunctionum obiter ſe ait, & quaſi per tranſennam Ethruſcas Pandectas vidiſſe. Bolognini tamen libris uſum ſcio, ex quibus multa, & neſcio, an græca omnia, quæ in diſpunctionibus, ac prætermiſſis optime reſtituit, ſumpſit. Ejus vero nomen cælandum exiſtimavit ob eam fortaſſe cauſam, quæ Haloandro idem faciendi fuit. Neque enim ignotum eſt, quanta religione ſuos libros coli Bologninus ipſe voluerit. Itaque qui ad ea myſteria adeunt, ab his, qui illis ſacris præſunt, aut nullam earum rerum memoriam, aut ſine ipſius auctoris nomine proditurum polliceri coguntur. Et hæc ratio eſt, cur Politiani libros edere ſe Haloander, quos viderat numquam, ſcripſit. De Alciato noſtro mihi idem fit veriſimile. Sed & illud credo, levem eum ipſi auctorem viſum, ut ejus nominis crebra fieret mentio. Huc acceſſit, quod ut omnes probi viri ſolent, facile dicentibus ita Florentiæ ſcriptum eſſe credidit. Sed ſive his de cauſis, ſive ob alias, quas in tanto viro credendum eſt, optimas fuiſſe: loca quædam Digeſtorum aliter Florentiæ ſcripta ſunt, quam ab ipſo referantur. Sunt autem hæc: capite I. (*e*) *Nec enim debet*, inquit, Pomponius *per remigem, aut meſonautam obligari, ſed per ſe, vel per navis magiſtrum*: neque enim græce meſonauta eſt, aut eo capite, aut ultimo: [*f*] in quo Haloandrum ſecutus eſt. Nam illud in Tuſco libro eſt: *Ecquod* (*g*) *ſi quis quos volgo* ναυτεπιβάτας *dicunt?* Item capite primo unde legitimi: (*h*) JULIANUS *libro XXVII. Digeſtorum. Hæc verba; Tum quem ei heredem eſſe oporteret, ſi inteſtatus mortuus eſſet*, παρατατικῶς, *& cum quodam temporis ſpatio accipiuntur, non ad mortis teſtatoris tempus referuntur: ſed ad id, quo bonorum poſſeſſio peteretur: & ideo legitimum heredem, ſi capite deminutus eſſet, ab hac bonorum poſſeſſione ſummoveri palam eſt*. Quod caput eo libentius retulimus, ut quintum adderemus illorum librorum auctoritatis argumentum. Sciendum enim eſt, illic addita eſſe illa verba, *non ad mortis teſtatoris tempus referuntur*, ab eodem, aut ab alio non minus antiquo ſcriptore: itaque poſteri, qui illinc deſcripſere, ea verba ad græcum verbum pertinere exiſtimantes præpoſtere totum caput, ut in omnibus libris videre licet, ſcripſerunt. Similem errorem ſub titulo ad L. Falcidiam contigiſſe antea notavimus. (*i*) Prætoris autem verba recte Haloander illic ſcripſit, & ſub titulo ut ex legibus. (*k*) Sed quodam capite de verborum ſignificatione & is, & Alciatus noſter *eum* pro *tum* ſcripſerunt: [*l*] eſt autem id ita Florentiæ ſcriptum: PAULUS *libro II. manualium. Ex illa parte edicti: Tum quem ei heredem eſſe oportet: heredis heredibus bonorum poſſeſſio non defertur*. De græco autem verbo recte Alciatus ſcripſit ſimilem locum eſſe ſub titulo quibus ex cauſis in poſſeſſionem eatur. (*m*) In eadem ſignificatione accipi videtur, quod Ulpianus ſcribit: [*n*] *Julianus*, inquit, *ait intereſſe quando dominus ratam habere deberet ſolutionem in procuratorem factam, an tunc demum, cum primum certior factus eſſet. Hoc autem* ἐν πλάτει *accipiendum, & cum quodam ſpatio temporis nec minimo, nec maximo, & quod magis intellectu percipi, quam elocutione exprimi poſſit*. Quæ græca verba eleganter ab eodem multis Digeſtorum locis ſunt reſtituta. [*o*] Sed alia videamus.

[a] *Bol. & Nebriſſ.*

(b) *L.* Ubi autem. *de verb. obl. l.* 1. *de oper. ſerv. l.* 3. *in fin. de ſtatuliberis. l.* Cum illud. *quando dies legat.*

[c] *Zaſ. l.* 2. §. Initium. *de orig. jur.*

(d) *Alc. l.* Pecuniæ. §. Actionis. *de verb. ſign.*

(e) *L.* 1. *nautæ, caup. Alciat. lib.* 3. *cap. ult. diſpunct.* & *lib.* 1. *cap.* 43. *parerg.*

(f) *L. ult. eod.*

(g) *alii* & quid.

(h) *L.* 1. *unde legit. Alciat. lib.* 2. *cap.* 12. *diſpunct.*

(i) *L.* Servi. *l.* Falcidia *l.* in Falcidia. *ad L. Falcid.* Nos. *cap.* 1. *hujus. libri.*

(k) *L. un. ut ex legib.*

(l) L. Ex illa. *de verb. ſign.*

(m) *L.* 2. *in fin. quib. ex cauſ. in poſſ. eat.*

(n) *L.* Quo enim. *ratam rem hab.*

(o) *Alciat. lib.* 2. *cap.* 11. *diſpunct.*

Ethruſcæ pandectæ in duo volumina conſcriptæ ſunt, quorum alterum libros novem & viginti, alterum unum & viginti reliquos continent. Eſt ante priorem partem titulorum index, poſt quem tres illæ latinæ conſtitutiones, (*a*) quas Haloander in Digeſtorum initio ſcripſit. Eas ita arbitror ſcribendas eſſe, ut duæ illæ, quæ in conſtitutionum codice extant, ante eam, quæ ſola ſcribi ſolet, ponantur. Ante poſteriorem partem græca conſtitutio ſcripta eſt ejuſdem ſententiæ, cujus ſecunda eſt (*b*) ex illis tribus, quam tamen Haloander tertiam ſcripſit. Eam ſequitur græcus index librorum, e quibus collectæ ſunt Pandectæ. Hujus conſtitutionis mentio ab Alciato noſtro fit libro III. Diſpunctionum, (*c*) quamvis ejus auctoritatem non magnam putet, ut neque etiam Florentinis libris ſatis honoris deferre ſolet, in quo pace præceptoris dixerim, ejus deſideratur humanitas. In eadem ſcriptum eſſe ait libro IV. (*d*) hæc verba: *πᾶν τὸ ἔργον τȣ́το τῷ ὑψὶςῳ ἀνδρὶ Τριβωνιανῷ ἐπετρέψαμεν τῷ παραγγελλιάρχῳ, καὶ τȣ͂ ἱερȣ͂ ἀνακτόρȣ ταμίατε καὶ ὑπάτω.* Quibus verbis exiſtimat eam partem latinæ conſtitutionis interpretatam eſſe, qua ita ſcribitur: (*e*) *Et omne ſtudium Triboniano viro excelſo magiſtro officiorum, & exquæſtore ſacri noſtri palatii, & exconſule credidimus.* Sed ſciendum eſt, primam partem græcæ conſtitutionis ita contritam eſſe, ut non multa verba legi poſſint. Ad quam legendam cum & ſolis ſplendorem, & maximam aliis modis diligentiam crebrius ego, & Joannes Metellus meus adhibuiſſemus, bonam ejus partem deſcripſimus. Attuleramus nobiſcum exemplum quoddam ejus conſtitutionis ex noſtri doctoris exemplo exſcriptum: ſed id nos ea parte nihil juvit, neque etiam aliud Politiani, ex quo Alciatinum ſumptum fuit, excepta illa priori parte, quam exiſtimamus aut Politiani tempore, aut noſtro effictam eſſe: ea enim pars in Politiani libro non eſt, ſed ejus exemplum hæc prima verba habet poſt Juſtiniani cognomina, quæ miniata legi facile poſſunt: *ἅπερ ἄμφω παρακολȣθήματα*, & cætera, quæ his latinis reſpondent: (*f*) *Quia hæc omnia titulis emptionum & venditionum conſentanea ſunt.* In his tamen exeſis & obſoletis litteris, quas diximus, hæc verba agnita ſunt, *Τριβωνιανῷ τῷ ἐνδοξωτάτῳ μαγίςρῳ, καί ἀπὸ κυαιςόρων τȣ͂ θείȣ ἡμῶν παλατίȣ, καὶ ὑπάτων πρός τὴν ὅλην ὑπȣργειάν χρησάμενοι.* Quæ verba ad Juſtiniani ætatem propius accedunt, ſi ad Novellas conſtitutiones, & Theophili inſtitutiones reſpexeris. Sed & quod eadem epiſtula ſcriptum eſt: (*g*) *Quæ omnia confecta ſunt per virum excelſum, nec non prudentiſſimum magiſtrum exquæſtore, & exconſule Tribonianum, qui ſimiliter eloquentiæ & legitimæ ſcientiæ artibus decoratus, & in ipſis rerum experimentis emicuit.* In Alciati exemplo, & Politiani, & Tuſcorum Pandectis ita ſcriptum eſt: *ἅπερἅπαντα σȣντέθειταί τε καὶ ἐκπεπόνηται καλῶς τε καὶ τῆς παρ᾽ ἡμῶν κε λεύσεως ἀξίως παράτε Τριβονιανȣ͂ τοῦ ενδοξωτάτȣ καὶ σοφωτάτȣ μαγίςρȣ, καὶ ἀπὸ κυαιςόρων τῶν ἡμετέρων βασιλείων, καὶ ὑπάτων.* Verum enim eſt, quod Haloander ait *exconſule & exquæſtore* græcos *ἀπὸ ὑπάτων, ακὶ ἀπὸ κυαιςόρων* appellare, quos, ut Crinitus dicebat, veteres Quæſtorios & conſulares appellabant, idque non a noſtris ſolum uſurpatur, ſed in ſeptem epigrammatum græcorum libris aliquot legi Iȣλιανȣ͂ ἀπὸ ὑπάρχων: & *κύρȣ ἀπὸ ὑπάτων.* In hanc autem opinionem me multæ conſtitutiones conſtituerunt, in quibus ſcriptum vidi, *cubicularii* & *excubiculariis*, (*h*) *archiatri* & *exarchiatris*, [*i*] *proximi ſacrorum ſcriniorum* & *exproximis*; (*k*) item *exprotectoribus* & *expræpoſitis*, [*l*] *excomitibus* & *expræſidibus* (*m*) & *expræfectis*, (*n*) omnes denique, magiſtratus, aut officia, quæ ſimilem adjectionem habent, eam, ni fallor, recipiunt interpretationem, ut eo munere functos ſignificent, quod alii apud doctorem meum relati ſcribunt; quamvis is, cum ea ætate eſſet, in qua nos ſumus, aliam interpretationem probaverit ab illo deceptus, qui adulterinam conſtitutionis partem pro Florentina ei vendidit. Uſque eo verum eſt, quod Epicharmus dicebat, nervos, atque artus eſſe ſapientiæ non temere credere. Sed vere etiam a Cicerone in quadam epiſtula ſcriptum eſt. *Ut quiſque eſt vir optimus, ita difficillime eſſe alios improbos ſuſpicatur.* Ab eadem credulitate manavit, quod libro IV. ſcripſimus, de quibuſdam locis prius ab Haloandro ſcriptis: item de quinque pedibus, de quibus libro II. ſcripſimus. Ut tamen uno exemplo oſtendere poſſimus, neque Ludovicum Bononienſem Florentinos libros, neque Haloandrum Politiani deſcripſiſſe (hoc enim ad hunc locum pertinet, nequis utriuſque verbis fallatur: & ipſorum libros, Florentinorum juſtum exemplum eſſe ſuſpicetur:) Sub titulo de heredibus inſtituendis ad calcem XVII. capitis Ulpiani, Florentiæ ſcriptum eſt: (*o*) *Quod ſiquis dupondium diſtribuit, & tertium ſine parte inſtituit, hic non in alium aſſem, ſed in trientem venit, ut Labeo libro quarto poſteriorum ſcripſit, nec Ariſto, vel Aulus, ut pote probabile notant.* Hæc verba ita in cæteris libris antiquioribus Noricis ſunt, niſi quod non *Aulus*, ſed *Paulus* habent: in quo etiam Politianus erravit. Cæterum cum hæc verba Politianus legiſſet, in libri margine hanc ſententiam ſcripſit: *Ariſto & Paulus ſcripta Labeonis notaverunt, proque probabilibus accipit Ulpianus, quæ ab eis notata non ſunt.* In quo verum dicebat, excepto quod de Paulo pro Aulo ſcripſimus. Ecce autem Bologninus non acutiſſimus ingenio vir, hæc ipſa Politiani verba Ulpiani eſſe exiſtimans, ineptam quandam ſententiam Pandectarum verbis commiſcendo confecit, ex quibus Haloander, qui ingenio & diligentia, & bonarum litterarum cognitione optimis quibuſque comparari poteſt, hanc ſcripturam efficit: *Ut Labeo libro quarto Poſteriorum ſcripſit. Sed & Ariſto & Paulus ſcripta Labeonis probaverunt, proque probabilibus accepit Ulpianus, quæ ab eis notata non ſunt.*

(a) *L.* 1. & 2. *C. de vet. jure en.* & *proœm. Digeſt.*

(b) *d. l.* 2.

(c) *cap.* 12.

[d] *cap.* 3.

[e] *L.* 2. §. Nos itaque. *C. de vet. jure en.*

(f) *d. l.* 2. §. Quartus.

(g) §. Quæ omnia. *e. l.*

[h] *L.* Maximar. C. *de exc. mun. lib.* 10.

[i] *L.* Medicos. C. *de prof.* & *med. e. lib.*

(k) *L. un. C. de mag. ſacr. ſcr. lib.* 12.

[l] *L.* 2. C. *de excuſ. mun.*

[m] *L.* Univerſi. C. *de legatio. lib.* 10.

[n] *L. ult. C. de præf. præt. ſive ur. lib.* 12.

(o) *L.* Item quod Sabinus. *de her. inſt. in fin.*

*ſunt.* Adſcripſitque his verbis de ſuo, hæc eſſe Triboniani, & cæterorum verba: item de ſuo dupondium pro aſſe ſcripſit, ſed neſcio aſſem ne juriſconſultus dupondium appellet, an vero duodecim uncias intelligat. Illud quidem certe ſine dubio eſt, Haloandrum, ſi aut Tuſcos libros, aut ſaltem Politiani vidiſſet, neque hæc, neque alia ſatis multa, quæ reprehendimus, ſcripturum fuiſſe. Alterum exemplum hujus rei addi poſſet tertii capitis (*a*) de legibus, quod Budæus recte, Haloander Ludovici peccato mendoſe ſcripſit. Sed hac de re libro quarto (*b*) tractatum eſt.

(a) *L.* 3. *de legib. ubi Bud.*
(b) *cap.* 16.

## CAPUT IV.

*Emendandum apud Pomponium, cum de Celſi conſulatu agit,* & item, *ſcribendumque eſſe* & iterum.

MUlta nunc emendationum genera diſcutiamus, & Juſtiniani ordinem ſecuti, menda multa ab Haloandrinis libris; hi enim minus mendoſi ſunt, auferamus. Apud Pomponium cum de jureconſultorum factionibus & ſucceſſione tractatur, ita ſcriptum in optimis libris eſt: (*c*) *Caſſio Cælius Sabinus ſucceſſit, qui plurimum temporibus Veſpaſſiani potuit: Proculo Pegaſus, qui temporibus Veſpaſſiani Præfectus urbi fuit: Cælio Sabino Priſcus Javolenus: Pegaſo Celſus: patri Celſo Celſus filius, & Priſcus Neratius, qui utrique conſules fuerunt, Celſus quidem & iterum: Javoleno Priſco Aburnus Valens, & Tuſcianus, item Salvius Julianus.* Haloander vero *Celſo quidem, & item Javoleno* ſcripſit, quaſi vero Valens, Tuſcianus, & Julianus in utraque Caſſianorum & Proculianorum ſchola profecerint. Namque ſcire oportet, Atejum Capitonem cum Antiſtio Labeone veluti factionem quandam habuiſſe: ille nimia ſervitute conſulatum adeptus eſt, hic nimia libertate eum honorem recuſavit. Extat utriuſque morum elegans deſcriptio apud Tacitum, & diſſenſionis veſtigium in Capitonis litteris apud Gellium libro XIII. Sed ſectarum occaſio ex ea diverſitate manavit, quam Pomponius refert. Labeo enim ingenii fiducia multa innovabat, Capito in præceptorum traditionibus perſeverabat. Ab his Caſſianorum, qui etiam Sabiniani appellantur, item Proculianorum controverſiæ ortæ ſunt. Labeoni enim Nerva pater ſucceſſit, huic filius, & Proculus, qui nomen cæteris dedit: Proculo Pegaſus, Pegaſo Celſus pater, patri filius, & Neratius Priſcus. Atejo autem Capitoni Maſſurius Sabinus ſucceſſit, a quo Sabiniani appellati; huic C. Caſſius Longinus, quod ex Pauli quodam loco conſtat, [*d*] item Longinus alter: a Caſſio item Caſſiani dicti, & Caſſiana ſchola a Plinio libro VII. epiſtularum: huic Cælius Sabinus ſucceſſit, cui Javolenus Priſcus, Priſco Valens, Tuſcianus, & Julianus. Extant controverſiarum multa in Digeſtis & inſtitutionibus veſtigia, ut de eo, quod fit ex aliena materia, [*e*] an venditio ſine nummis fieri poſſit, (*f*) de eo, qui certo die nundinarum dare promittit, [*g*] & de eo, qui exceſſit fines mandati, (*h*) & in hereditatis petitione de his, quæ poſt litem conteſtatam perierunt (*i*) atque aliis. (*k*) Salvium autem Julianum Javoleni diſcipulum fuiſſe, traditum eſt ſub titulo de manumiſſis vindicta. [*l*] *An apud ſe manumittere* (inquit Julianus) *poſſit is, qui conſilium præbet, ſæpe quæſitum eſt. Ego qui* (*m*) *meminiſſem Javolenum præceptorem meum & in Africa & in Syria ſervos ſuos manumiſiſſe, cum conſilium præberet: exemplum ejus ſecutus & in Prætura & Conſulatu meo quoſdam ex ſervis meis vindicta liberavi, & quibuſdam Prætoribus conſulentibus me idem ſuaſi.* Javolenique partes ſecutum Julianum, apparet ex eo, quod cum cæteris Caſſianis referri ſoleat. [*n*] Quod vero Pomponius ait, *Celſus quidem & iterum*, ſignificat Neratium ſemel, hunc iterum Conſulem fuiſſe, extatque Celſi conſulatus memoria in quadam Diocletiani conſtitutione: (*o*) qua dicitur legis Vectibulici poteſtatem ſenatuſconſulto, Juventio Celſo iterum, & Neratio Marcello conſulibus, ad provincias porrectam eſſe. Sic enim dicebant in ſecundo conſulatu iterum, in tertio tertium, & poſtea quartum, quintum, ſextum, ſeptimum conſule. Gellius tamen refert, dubitatum eſſe, Pompejo tertium conſule, num *tertium* ſcribendum eſſet, an *tertio*; & ait, Ciceronem conſultum rem controverſam reliquiſſe, & juſſiſſe, ut quattuor utriuſque verbi litteræ tantum ſcriberentur: eum tamen uſum his, quæ dixi, ſcio. Eleganter vero Haloander Leonis conſtitutionem [*p*] emendavit, quod dicebatur *a conſulatu & iterum Sigisbuldi:* ut *a conſulatu Ætii iterum & Sigisbuldi* ſcribatur: quamvis is nobis ſcripſerit *Ætii II.* Sic etiam Ulpianus ait: (*q*) *Invenimus reſcriptum ab Imperatore noſtro Antonino Auguſto, & Divo patre ejus Mammiæ Maximinæ pridie Idus Apriles, Plautiano iterum conſule.* Hæc autem vox *iterum*, ut alio loco Paulus ſcribit, (*r*) duas res ſignificat: alteram, qua demonſtratur tempus ſecundum, quod Græci δεύτερον dicunt: alteram, quæ ad inſequentia quoque tempora pertinet, quæ græce dicitur πάλιν. Sic igitur emendandus, & intelligendus eſt Pomponii locus.

(c) *L.* 2. *in fine. de orig. jur.*
(d) *L.* Qualem. *de receptis.*
(e) *L.* Adeo. §. Cum quis. *de adq. rer. dom.* §. Cum ex aliena. *inſt. de rer. div.*
(f) *L.* 1. *de contr. empt.* §. Item pretium. *inſt. de empt. & vend.*
(g) *L.* Eum qui certar. *de verb. obl.*
(h) §. Is qui inſt. *de mand. l.* 3. *&* 4. *mand.*
(i) *L.* Illud quoq. *de her. petit.*
(k) *L.* Pupillus. *de adq. rer. domin. l.* 3. C. *de poſt. her. inſt. l.* Ex facto. *Dig. de her. inſt.*
(l) *L.* An manumittere. *de manum. vind.*
(m) quem. *Fl.*
(n) *L.* 1. §. Item adquirimus. §. Per ſervum. *de adq. vel om. poſſ. l.* 3. *in fin. de lib. & poſſ.*
(o) *L. ult.* C. *de ſerv. reip. mand.*
(p) *L. un.* C. *ut nemo ad ſuum patr. lib.* 11.
(q) *L.* 2. *in fin. ad S. C. Tertyll.*
(r) *L.* Veluti. *de edend.*

## CAPUT V.

*Quæ ſit inter eunuchos, ſpadones, & caſtratos differentia adverſus Accurſianos.*

CAjus libro primo inſtitutionum ſcribit: (*s*) *Illud utriuſque adoptionis commune eſt, quod & hi, qui generare non poſſunt, quales ſunt ſpadones, adoptare poſſunt.* Hæc tantum Florentiæ reperimus, & in priore libro Caii inſtitutionum titulo de adoptionibus addunt alii ex Juſtiniani inſtitutionibus: [*t*] *Caſtrati autem non poſſunt*: quæ verba delenda in digeſtis ſunt. *Spado adrogando*, ut Modeſti-

[s] *L.* 2. *de adopt.*
(t) §. Sed & illud. *eod. ubi Theoph.*

ſtinus ait, [*a*] *ſuum heredem ſibi adſciſcere poteſt, nec ei corporale vitium impedimento eſt.* Poſſe quoque poſtumum heredem inſtituere, ut adoptare, & uxorem ducere; caſtratum vero tribus his rebus prohiberi, Ulpianus ſcribit: (*b*) operæ igitur pretium eſt videre, quæ inter ſpadonem, & caſtratum differentia ſit: & Accurſianorum ineptiis neglectis Theophili definitio probanda eſt, quam Conſtantinus, ut alia non pauca, libro II. τȣ̃ προχείρȣ refert: (*c*) *Eunuchorum*, inquit, *tres ſpecies ſunt, ſpadones, caſtrati, thlibiæ. Spadones ſunt, qui ob morbum, aut frigiditatem liberis operam dare non poſſunt, impedimento liberati poſſunt. Caſtrati, quibus exacta ea corporis pars eſt. Thlibiæ vero, quibus a matre, aut nutrice teſticuli attriti ſunt.* Eunuchi generale eſſe nomen exectis & non exectis, ex ſacra Matthæi hiſtoria conſtare poteſt. Chriſtum enim optimum maximum his verbis uſum refert: (*d*) *Sunt eunuchi, qui de matris utero ita nati ſunt: ſunt, qui facti ab hominibus ſunt: ſunt, qui ſeipſos caſtraverunt propter regnum cœlorum.* Sed & viceſimo primo Apoſtolorum canone, quem Haloander XX. ſcribit, conſtitutum eſt, ut eunuchus, ſive ita natus ſit, ſive vis ei adhibita fuerit, ſi dignus eſt, fieri pontifex poſſit: & ſi pontificis nomen in græco libro deſit, in Gratiani tamen libro (*e*) & Cæleſtini Pont. Max. epiſtula (*f*) reperitur. Cum itaque Conſtantinus ſcribit [*g*] eunuchis licere facere teſtamentum, recte noſtri interpretantur caſtratis & non caſtratis licere: in dubitandi autem cauſa falli mihi videntur. Sed eam ſignificare arbitror Paulum libro III. ſententiarum titulo de teſtamentis: *Spadones*, inquit, *eo tempore teſtamentum facere poſſunt, quo plerique pubeſcunt, ideſt anno XVIII.* Cum enim pubertas in maribus ab Juſtiniano primum definita ſit, [*h*] numquam puberes eſſe ſpadones videbantur. Nec me movet, quod ab aliis ante Juſtinianum XIV. anno majores teſtamentum facere poſſe dicatur, [*i*] namque exiſtimo id in eorum verbis Tribonianum mutaſſe, ut alia permulta. Sed & ſi hoc verum non ſit, tamen illud ipſum dubitationem adferre potuit. Eunuchos vero a cubiculo cuſtodiendo dictos, ut Alciatus noſter ait, (*k*) conſtitutione quadam ſub titulo de præpoſitis ſacri cubiculi mihi probatur. [*l*] Et Conſtantini conſtitutione eunuchos facere capitale eſt: [*m*] Sed ea conſtitutio abrogatur ab Juſtiniano Novella CXLII. a quo par pœna ei delicto indicitur, cum bonorum publicatione: qua conſtitutione arbitror Narſeti ſuo gratificari voluiſſe. De quo præclarum hodie monumentum extat in ponte Salario Romæ, cujus verba infraſcripta ſunt.

IMPERANTE DN. PIISSIMO AC TRIUMPHALI SEMPER, JUSTINIANO PP. AUG. ANN. XXXIX. NARSES VIR GLORIOSISSIMUS EXPRÆPOSITO SACRI PALATII, EXCONS. ATQUE PATRICIUS, POST VICTORIAM GOTHICAM IPSIS EORUM REGIBUS CELERITATE MIRABILI CONFLICTU PUBLICO SUPERATIS, ATQUE PROSTRATIS, LIBERTATE URBIS ROMÆ, AC TOTIUS ITALIÆ RESTITUTA, PONTEM VIÆ SALARIÆ USQUE AD AQUAM A NEFANDISSMO TOTILA TYRANNO DISTRUCTUM PURGATO FLUMINIS ALVEO IN MELIOREM STATUM, QUAM QUONDAM FUERAT, RENOVAVIT.

(a) L. Adrogato. *in fine. eod.*

(b) *L.* Sed eſt quæſitum. *de lib. & poſt. l.* Si ſerva. *in fine. de jure dot.*

(c) *tit.* 8.

(d) *Matth.* 19. *cap.* qui ſitit. 33. *q.* 5.

[e] *cap.* Eunuchus. 55. *diſt.*

(f) *c.* 3. *de corp. vitiat.*

(g) *L.* Eunuchis. C. *qui teſt. fac. poſſ. ubi Dec.*

(h) *L. ult. C. quando tut. vel cur. eſſe deſ. & inſt. quib. mod. tut. fin. in princ.*

(i) *L.* Si frater. C. *qui teſt. fac. poſſ. l.* Qua ætate. *dig. eod.*

(k) *Alciat. l.* Spadonum. *de verb. ſign.*

(l) *L.* 4. *de præp. ſac. cub. lib.* 12.

[m] *L.* 1. C. *de eun.*

Quod monumentum eo libentius ſcripſimus, ut imperii Juſtiniani tempora cognoſcantur. Expræpoſito autem, exconſule, & patritius Narſes dicitur, quod patritia dignitate eſſet, præpoſiti & conſulis munere functus, ut antea dictum eſt. Sed ad propoſitum revertor. Spadonum appellatio non ea ſolum eſt, quam ex Theophilo ſcripſimus, ſed generalis quoque eſt, qua caſtrati, non caſtrati, thlibiæ & thlaſiæ continentur. (*n*) *Si ſpadoni mulier nubſerit, diſtinguendum arbitror* (inquit Ulpianus) *caſtratus fuerit, necne, ut in caſtrato dicas dotem non eſſe; in eo, qui caſtratus non eſt, quia eſt matrimonium, & dos & dotis actio eſt.* Itaque ſpadonem ab eunucho nihil differre exiſtimemus, ſi generalem hanc appellationem ſequamur. In ſacris libris magnum illum virum Joſephum eunucho Pharaonis venditum legimus, (*o*) LXX. interpretes eum ſpadonem appellant. Item, ut antea rettulimus, Conſtantinus eunuchos, Paulus ſpadones teſtamentum facere poſſe ſcribunt. Speciali autem nomine hi, qui natura ſpadones ſunt, ſignificantur: quibus enim vis adhibita eſt, caſtrati appellantur. Sic de adoptione dicimus, ſpeciali nomine de eo, qui alieni juris eſt, dici, etſi adrogatio ſpecies adoptionis ſit, (*p*) & cognatos eos appellamus, qui per femineam cognationem nobis conjuncti ſunt, quamvis adgnati cognati ſint. (*q*) Caſtratos autem non dubito exectos eſſe, a caſtrandi verbo, quo ſæpe juriſconſulti utuntur. *Si puerum quis caſtraverit, & pretioſiorem fecit*, Vivianus ſcribit ceſſare Aquiliam. [*r*] *Si mulus caſtratus eſt, neque morbi, neque vitii quid habere videtur*, ut Ulpianus ait. [*s*] Cælius quoque ſcribit non omnia animalia caſtrata ob id ipſum vitioſa eſſe, niſi propter ipſam caſtrationem facta ſunt imbecilliora: & in reſcripto Hadriani apud eundem Ulpianum, (*t*) ſpadones facere, excidere, & caſtrare idem ſignificant. Thlibias autem non Theophilus ſolum, ſed & Paulus libro II. de officio Proconſulis, uſurpat: (*u*) *Hi quoque*, inquit, *qui thlibias faciunt, in eadem cauſa ſunt, qua hi, qui caſtrant*, ut caſtrati verbum grandioribus thlibiæ infantibus exectis conveniat Pretioſiores autem fieri dicebantur, quod hi in deliciis haberentur, quamobrem ab Juſtiniano multo pluris cæteris ſervis æſtimantur, (*x*) & in vectigalibus rebus ſpadones numerantur, (*y*) faceteque Terentius ait: *eunuchum dixti velle te, quia ſolæ utuntur his reginæ.* Ille etiam Accurſianorum error eſt, niſi meus eſt, cum ſpadonem eum etiam eſſe arbitrantur, qui cum uno teſticulo natus eſt. Ulpiani verba ſunt hæc: [*z*] *Spadonem morboſum non eſſe, neque vitioſum, verius mihi videtur; ſed ſanum eſſe, ſicuti illum, qui unum teſticulum habet*,

[n] *d. l.* Spadonum. *d. l.* Si ſerva. *in fine.*

(o) *Gen.* 37. *cap.* ſicut eunuchus. 1. *q.* 1.

(p) *L.* 2. *de adop.* §. 1. *inſtit. eod.*

(q) *L.* Sunt autem. *de legat. tut. l.* Inter adgnatos. *unde leg.*

(r) *L.* Si ſervus. §. Etſi. *ad L. Aquil.*

(s) *L.* Ædiles ajunt. §. Sed enim. *de æd. ed.*

(t) *L.* Lege cornelia. *ad L. Jul. de vi priv.*

(u) *L.* Hi quoq. *eod. t.*

(x) *L. ult.* C. *comm. de leg. l.* 1. C. *de commun. ſerv. man.*

[y] *L. ult. de publ.*

(z) *L.* Pomponius *in fin. de æd. ed.*

UNED

*bet, qui etiam generare poteſt.* Sic enim ſcribendum eſt, non *generare non poſſit*, quibus verbis non dicitur eum, qui eo habitu eſſet naturæ ſpadonem eſſe, ſed ſpadonem ita ſanum eſſe, atque eum, qui cum uno teſticulo eſſet, de quo alio loco ſcriptum eſt militare poſſe.(*a*) Mea igitur opinio eſt, cum de eunucho, aut ſpadone mentio fit, caſtratos & non caſtratos contineri, niſi contra in caſtrato eſſe dicatur, aut ex ipſis verbis appareat, de quo dictum ſit. Exempli gratia, ſpadones a tutelis non excuſari, conſtitutum eſt: (*b*) credendum eſt de utroque genere idem reſponderi. At cum dicitur ſpadonem adoptare poſſe, aut adrogare, [*c*] aut matrimonium contrahere, non caſtratus intelligendus eſt. Idem eſſe exiſtimo, cum dicitur ſpadonem ſervum morboſum non eſſe: nam excipitur, niſi ita ſpado eſt, ut tam neceſſaria pars corporis ei penitus abſit; (*d*) caſtratos enim morboſos eſſe exiſtimo, alio enim loco ſcribitur: *Sunt quædam, quæ in hominibus quidem morbum faciunt, in jumentis non adeo, ut puta ſi mulus caſtratus eſt.* [*e*] Durior autem eſt caſtratorum condicio propter ſpem, in qua ſpado eſt, naturali vitio remoto, ut Theophilus ſcribit, liberos procreandi. Fremant licet noſtri interpretes, & mare cœlo commiſceant, me de ſententia hac non commovebunt.

(a) L. Qui cum uno. *de re mil.*

(b) L. 1. C. *de excuſ. tut.* L. Spadonem. *in princ. eod. Dig.*

[c] *d.* L. 2. *d. l.* Adrogato. *de adopt.*

(d) L. Sin autem. *de æd. ed.*

[e] L. Ædiles ajunt. §. Sed enim. *eod.*

## CAPUT VI.

*Cætera, quæ prima parte Noricorum Digeſtorum maxime mendoſa ſunt.*

NUnquam putaſſem fieri poſſe, ut unius litteræ adjectione, maxima fieret ſententiæ mutatio: niſi ex ea comparatione, quam cum optimis illis libris feci, animadvertiſſem capite altero (*f*) De officio Procuratoris Cæſeris, vel Rationalis, *conſulitur imperatori* circumferri, cum *conſulitur imperator* ſcribendum ſit; ejus enim capitis Florentiæ verba ſunt hæc: PAULUS *libro quinto ſententiarum. Quod ſi ea bona, ex quibus imperator heres inſtitutus eſt, ſolvendo non ſint, re perſpecta, conſulitur imperator.* Additur ea ratio, in qua miror cæteros hallucinatos eſſe. Heredis enim inſtituti in adeundis, vel repudiandis hujuſmodi hereditatibus voluntas exploranda eſt. Quid enim apertius dici poteſt, quam ut conſulatur imperator, qui inſtitutus eſt? Sub titulo ſi quis cautionibus, defendenda eſt nobis Florentina ſcriptura: (*g*) *Dixerit aliquis, quo ergo hæc exceptio damnato? Sed reſpondebitur fidejuſſoribus ejus eſſe neceſſariam, aut ſi forte in exilium ſalva civitate abiit, ubi defenſori ejus exceptio iſta proderit.* Mirantur aliqui exilium ſalva civitate fieri poſſe; ego vero Accurſii interpretationem ſequor, ut deſcribere relegatum voluerit, qui ſalva civitate exul erat. Cicero in oratione pro A. Cecinna: *Non adimitur exulibus civitas, ſed ab eis relinquitur*, inquit, *atque deponitur.* Nam cum ex noſtro jure duarum civitatum nemo eſſe poſſit; tum admittitur hæc civitas denique cum is, qui profugit, receptus eſt in exilium, hoc eſt, in aliam civitatem. Ovidius quoque cum ſe relegatum eſſe diceret, ita ſe verſibus conſolatur:

(f) L. 2. *de offic. proc. Cæſar.*

(g) L. Sed & ſi quis. *in pr. ſi quis caut.*

*Ira quidem moderata tua eſt, vitamque dediſti:*
*Nec mihi jus civis, nec mihi nomen abeſt.*
*Nec mea conceſſa eſt aliis fortuna, nec exul*
*Edicti verbis nominor ipſe tui.*
*Arva relegatum juſſiſti viſere Ponti,*
*Et Scythicum profuga ſindere puppe fretum.*

Alio tamen loco exulem ſe, quod notius nomen eſt; appellat:

*Vade* (libro illi ait) *ſed incultus, qualem decet exulis eſſe:*
*Infelix habitum temporis hujus habe.*

Paulus quoque libro XV. ad edictum ſcribit [*h*] publicum & capitale judicium eſſe, ex quo pœna mors, aut exilium eſt, hoc eſt, aquæ & ignis interdictio: *Per has enim pœnas eximitur*, inquit, *caput de civitate*; *nam cætera non exilia, ſed relegationes proprie dicuntur.* Hanc rem doctiſſime, ut omnia, præceptor noſter explicat libro I. παρέργων. (*i*) Quod vero dicitur, *quo ergo hæc exceptio damnato?* eleganter dictum eſt, ut apud Ciceronem: *Martis vero ſignum, quo mihi pacis auctori?* & emendandum eſt hoc pacto aliquot juriſconſultorum locis. Ulpianus libro XXXIX. ad edictum: [*k*] *Cum enim poſſit ſecundum tabulas habere poſſeſſionem: quo bonum eſt ei contra tabulas dari?* Idem libro XL. [*l*] *Quo enim bonum eſt eis favere, ut partem faciant nihil habituris?* Scævola libro ſingulari quæſtionum publice tractatarum: [*m*] *Si duo rei ſint ſtipulandi, & alter alterum heredem ſcripſit: videndum, an confundatur obligatio: placet non confundi: quo bonum eſt hoc dicere? Quod ſi intendat dari ſibi oportere, &c.* Cajus libro IX. ad edictum provinciale: [*n*] *Quo enim bonum eſt expectare condicionem, vel diem? cum in ea cauſa ſit prior iſte debitor, ut omnimodo ipſe debeat ſuſcipere actionem?* Hæc omnia ne in Norico quidem libro recte ſcripta ſunt. Sub titulo de dolo malo miror VII. capitis (*o*) initium Haloandrum nulla de cauſa mutaſſe. Itaque ſcribendum eſt ut Florentiæ, & in Lugdonenſibus antiquioribus eſt: *Hoc enim ſic accipimus carere dolo emptorem, ut ex empto teneri non poſſit; aut nullam eſſe venditionem, ſi in hoc ipſo, ut venderet, circumſcriptus eſt. Et quod minor proponitur, non inducit in integrum reſtitutionem: nam adverſus manumiſſum nulla in integrum reſtitutio poteſt locum habere.* Communis ille error cum multis eſt, ſub titulo de receptis. (*p*) *Non cogetur arbiter ſententiam dicere niſi pœna compromiſſa ſit.* eſt enim Florentiæ, *ſi pœna commiſſa ſit.* ut capite XXXIV. (*q*) *Semel commiſſa pœna ſolvi compromiſſum rectius puto dici:* quod ſi compromiſſum ſolvi-

(h) L. 1. *de pub. jud.*

(i) *cap.* 15.

(k) L. 3. §. Si quis ex liberis. *de bon. poſſ. cond. tab.*

(l) L. Si poſt mortem. §. Liberi. *eod.*

(m) L. Si duo rei. *de ſolut.*

[n] L. Aliquando. *in fine. ad S.C. Vell.*

[o] L. Et eleganter. *in princ. de dolo malo.*

[p] L. Non Diſtinguemus. *de receptis.*

(q) L. Si duo. *in fin. eod.*

vitur: cum arbitro nihil eſt, quod agatur. Sub titulo de ſervitutibus prædiorum ruſticorum XXXI. cap. (*a*) ita Haloander edidit: *Tria prædia continua trium dominorum objecta erant: unius prædii dominus ex ſuo fundo in imum fundum ſervitutem aquæ quæſierat: & per medium fundum domino concedente in ſuum agrum ducebat.* Florentiæ vero eſt: JULIANUS *libro ſecundo ex Minicio. Tria prædia continua trium dominorum adjecta erant: imi prædii dominus ex ſummo fundo imo fundo ſervitutem aquæ quæſierat.* Hoc toti ſententiæ aptum eſt, ut Accurſius intellexit: neque enim is, qui ſervitutem quæſierat, ſummi fundi dominus erat, quem poſtea emiſſe dicitur: ſed imi, in quem ſervitutem adquiſivit. Sub titulo communia prædiorum cap. X. ita ſcribendum eſt: (*b*) *Quidquid venditor ſervitutis nomine ſibi recipere vult, nominatim recipi oportet. Nam illa generalis receptio* QUIBUS EST SERVITUS UTIQUE EST: *ad extraneos pertinet, ipſi nihil proſpicit venditori ad jura ejus conſervanda: nulla enim habuit, quia nemo ipſe ſibi ſervitutem debet.* Illa verba *utique eſt*, quæ ſignificant, *& ut eſt*, minus percepta fecerunt, ut variis modis caput hoc ſcriptum ſit. Similis error eſt cap. I. (*c*) de minoribus; item de aleæ luſu: *Utique quæ ea res erit, animadvertam.* Scribendum enim eſt: *uti quæquæ res erit, animadvertam.*

(a) L. Tria prædia. *de ſerv. præd. ruſt.*

(b) L. Quidquid. *comm. præd.*

(c) L. 1. *de minor. l.* 1. *de aleæ luſu.*

Librariorum error eſſe videtur, ut *præſentiam* pro *pœnitentia* Haloander ſcriberet, cap. XI. ad extremum de interrogationibus in jure faciendis. [*d*] In Tuſco libro ita ſcriptum eſt: *Celſus ſcribit licere reſponſi pœnitere, ſi nulla captio ex ejus pœnitentia ſit actoris.* Sub titulo de rebus creditis (*e*) male *fiduciariam hereditatem* in *fideicommiſſariam* mutavit, & ſi eadem ſignificatio ſit. Sed tamen illud elegantius eſt, & ab Haloandro ſcriptum ſub titulo ad S. C. Trebellianum. (*f*) Qua de re eleganter Budæus & Alciatus noſter ſcripſerunt. (*g*) Capite quinto commodati, [*h*] ſcribendum eſt: *Si me rogaveris, ut ſervum tibi cum lance commodarem, & ſervus lancem perdiderit, Cartilius ait, periculum ad te reſpicere: nam & lancem videri commodatam; quare culpam in eam quoque præſtandam.* Cartilii nomen nunquam editum hoc loco opinor, quoniam Florentiæ duo illa verba [ *Cartilius ait* ] ita circumſcripta ſunt, ut ea illic ſolent, quæ repudiantur. Repudiata autem eſſe arbitror, quod nunquam in id jureconſulti nomen incidiſſent: ego vero id Florentiæ reperi apud Proculum libro II. epiſtularum. (*i*) Fuit enim Proculus ita interrogatus: *Cornelius & Mævius uter eorum volet, heres eſto: uterque vult: Trebatius neutrum fore heredem, Cartilius utrumque; tu cui adſentiaris?* PROCULUS. *Cartilio adſentio.* Vulgo tamen *Carſilius* ſcribitur. Culpam vero præſtare, quod Haloander omiſit, eleganter dictum eſt, ut a Cicerone: *Perge vero, Craſſe: iſtam enim culpam, quam vereris, ego præſtabo.* Recte autem Alciatus noſter lib. II. παρέργων ait apud Scævolam libro V. Digeſtorum [*k*] ſcriptum eſſe: *Inſtrumentum a ſe traditum auctoritatis exhiberet,* quamvis in Norico libro ſit *auctionis*, in aliis *actori*. Nam qui vendit, auctoritatis nomine tenetur; unde ſi alienam rem mihi tradideris, & ego eam pro derelicto habuero, amiſi auctoritatem, id eſt actionem pro evictione, ut Venulejus ſcribit. [*l*] Et hac etiam de cauſa fidejuſſor ob evictionem datus, *auctor ſecundus* ab Ulpiano dicitur, (*m*) quod Novella quoque IV. traditur, etſi barbarus interpres eum *confirmatorem* appellet. [*n*] Hoc etiam auctoritatis nomen pro Imperatoris, aut præſidis litteris in multis conſtitutionibus reperiri, ſcio. (*o*) Quod etiam in Theodoſiano codice inveniri, præceptor noſter auctor eſt. Sub titulo pro ſocio non recte ſcribitur (*p*) diſſolvi ſocietatem maxima capitis deminutione. Sed in Ethruſco libro eſt: *Diſſociamur renuntiatione, morte, capitis minutione, & egeſtate:* quod verſum Græce apud Conſtantinum reperitur libro III. titulo X. Et Cajus poſteriore libro inſtitutionum ſcribit: [*q*] *Diſſolvitur ergo ſocietas aut morte unius ſocii, aut contraria voluntate, aut capitis diminutione: id eſt, ſi unus ex ſociis, ſicut frequenter ſupra,* inquit, *diximus, capite fuerit deminutus.* Quamquam quid opus eſt alienis teſtimoniis? Hæc ſunt Ulpiani verba libro XXXI. ad edictum: (*r*) *Sive homines, ſive res, ſive voluntas, ſive actio interierit, diſtrahi videtur ſocietas. Intereunt autem homines quidem maxima, aut media capitis deminutione aut morte.* Apud eundem Ulpianum libro XXXVIII. ad Sabinum, (*s*) ita Florentiæ ſcriptum eſt: *Si averſione vinum venit, cuſtodia tantum præſtanda eſt. Tamen* Haloander, non *tantum* ſcripſit. Sed diu multumque dubitavi, quid averſione vendere, aut locare ſignificaret. In eam tandem veneram opinionem, ut crederem, cum non explicaretur res, quæ gerebatur ſatis, averſione dici id fieri. Sed communicata cum Lælio noſtro opinione mea, cum numerus, menſura, aut pondus dictum non eſt, aut quid aliud, quod his ſimile ſit; averſione locatam, aut venditam rem dici exiſtimo. Labeo libro I. pithanon a Paulo epitomatorum: [*t*] *Si conduxiſti navem amphorarum duomilium, & ibi amphoras portaſti: pro duobus milibus amphorarum pretium debes.* Hæc verba Labeonis Paulus ita notat: *Immo ſi averſione* [ inquit ] *navis conducta eſt, pro duobus milibus debetur merces: ſi pro numero impoſitarum amphorarum merces conſtituta eſt, contra ſe habet.* Averſionem numero opponit, ex quo conſtat, navem totam, quæ duum milium amphorarum eſſe dicebatur, conductam pretio non in ſingulas amphoras conſtituto. Sic Florentinum quoque interpretor, cap. XXXVI. locati: (*u*) *Opus, quod averſione locatum eſt, donec adprobetur, conductoris periculum eſt. Quod vero ita conductum ſit, ut in pedes, menſuraſve præſtetur: eatenus conductoris periculo eſt, quatenus ad-*

*men-*

(d) L. De ætate. *in fin. de interrog.*

(e) L. Certi condictio. *verſ.* Sed & ſi. *de reb. cred.*

(f) L. Siejus Saturninus. *l.* Si poſtulante. *in fin. ad S. C. Treb.*

(g) *Alciat. cap. ult. parerg. Bud. l.* 2. *de orig. jur.*

(h) L. Si ut certo. §. Si me. *commod.*

(i) L. Cornelius. *de hered. inſtit.*

(k) L. *ult. de pign. act. Alciat. lib.* 2. *cap.* 9. *parerg.*

(l) L. *ult. de evict.*

(m) L. Illud. *eod.*

[n] *Auth. de fideic.* §. Sed neque.

(o) L. *ult.* C. *de fabric. lib.* 11. *l. ult. de vend. reb. civ. l.* Diligenter. *de aquæd. l.* Si quis auctoritate. *de omni agr. deſ. lib.* 11.

[p] L. Societatem. *pro ſocio.*

[q] *titulo de obligation.*

[r] L. Verum eſt. *in fine. pro ſocio.*

[s] L. Si quis vina. §. Si averſione. *de per. & comm. rei vend.*

[t] L. *ult. in fin. de lege Rhodia.*

[u] L. Opus. *locat.*

UNED

menſum non ſit. *Si opus faciendum locatur, ſiquidem in pedes ſingulos, aut certos, pretium conſtitutum eſt: antequam admetiatur, quod factum eſt, opificis periculum eſt: ſi vero totum uno pretio conſtet, donec adprobetur.* Ulpianus libro XXVIII ad edictum. [a] *Exercitorem autem eum dicimus, ad quem obventiones & reditus omnes perveniunt: ſive is dominus navis ſit, ſive a domino navem per averſionem conduxit, vel ad tempus, vel in perpetuum,* PER AVERSIONEM intelligo ſive ut ex Labeone & Paulo dictum eſt, ut totam conduxerit, non ut in ſingulas amphoras, aut res importatas mercedem det: ſive ita, ut domino non ſingulorum dierum aut menſium lucrum ſolvat, ſed certa mercede conſtituta ad conductorem fructus pertineant, ad navis dominum merces. Sic Haloander Novella LXIV. [b] cum Juſtinianus de hortulani fraude quereretur, qui hortorum domino, cum alicui de ſuis hortus locat, non diligenter olera æſtimat: at cum redduntur hortulano, diligentiſſime minutiſſima quæque perſequitur: Haloander inquam addit de ſuo celebrare eum veluti *per averſionem* priori caſu æſtimationem. Averſione fieri venditionem exiſtimat Lælius noſter, cujus ſententiam probamus, cap. XXXV. de contrahenda emptione (c) *in his, quæ pondere, numero, menſurave* (inquit Cajus) *conſtant, veluti frumento, vino, oleo, argento, modo ea ſervantur, quæ in cæteris, ut ſimul, atque de pretio convenerit, videatur perfecta venditio: modo ut etiam ſi de pretio convenerit, non tamen aliter videatur perfecta venditio, quam ſi admenſa, adpenſa, adnumeratave ſint. Nam ſi omne vinum, vel oleum, vel frumentum, vel argentum quantumcumque eſſet, uno pretio venierit, idem juris eſt, quod in cæteris rebus.* Hanc eſſe averſione venditionem factam exiſtimamus; opponitur enim: *Quod ſi vinum ita venierit, ut in ſingulas amphoras; item oleum, in ſingulas metretas; item frumentum, ut in ſingulos modios; item argentum, ut in ſingulas libras certum pretium diceretur.* De quibus ait tunc perfici emptionem, cum adnumerata, admenſa, adpenſave ſint. Sed & ſi non in ſingula dicatur, ſed in certum menſurarum numerum, idem dicendum eſt. (d) Imperator quoque Alexander conſtituit: (e) *Cum convenit ut ſingulæ amphoræ vini certo pretio veneant: ante, quam tradantur, imperfecta etiam tum venditione, periculum vini mutati, emptoris, qui moram menſuræ faciendæ non interpoſuit, non fuit. Cum autem univerſum, quod in horreis erat poſitum, veniſſe ſine menſura, & claves emptoribus traditas allegas, poſt perfectam venditionem, quod vino mutato damnum accidit, ad emptorem pertinet.* Hoc ipſum de averſione dicitur: [f] *Res in averſione empta, ſi non dolo venditoris factum ſit, ad periculum emptoris pertinebit, etiam ſi res adſignata non ſit.* Nam quod de clavibus in Alexandri conſtitutione additur, quoniam ita evenerat, dictum eſt; idque Accurſio placet; & Ulpianus ſimilem interpretationem ſenatuſconſulti facit ſub titulo de hereditatis petitione: (g) Et hac de cauſa Lælius noſter exiſtimat *averſionem* dictam eſſe, quod periculum avertat emptor, aut conductor a venditore, aut domino, idque in ſe recipiat, etiam ſi verbis expreſſum non ſit, in quo Accurſius decipitur. Huic nominis rationi, quod nihil melius invenerim, aſſentior; ſed ſive hac de cauſa, ſive alia juriſconſulti hoc dicendi genere utantur, neque enim alios uſos arbitror: quid eo ſignificetur, diximus. Et, ut ad Ulpianum revertamur: (h) ita exiſtimamus, Sabini hæc verba eſſe: *ſi averſione vinum venit, cuſtodia tantum præſtanda eſt.* Quæ ſententia explicata mihi eſſe videtur, cum ab eodem Ulpiano dicitur: (i) *Et ante menſuram periculo liberatur, Si non ad menſuram vendidit, ſed forte amphoras, vel etiam ſingula dolia.* Amphora autem hoc loco vas ſignificat, ut dolium, non menſuram, ut in aliis. (k) Ulpiani autem verba eſſe arbitror illa: *Ex hoc apparet, ſi non ita vinum venit, ut deguſtaretur, neque acorem, neque mucorem venditorem præſtare debere, ſed omne periculum ad emptorem pertinere.* Ut enim libro I. ſcripſimus, Ulpiani ad Sabinum libri, e quibus hæc ſumpta ſunt, interpretationes Sabinianorum librorum eſſe videntur. Sic etiam caput primum (l) de periculo, quod ex eodem libro eſt, interpretamur, ut prima verba Sabini ſint: *Si vinum venditum acuerit, vel quid aliud vitii ſuſtinuerit, emptoris erit damnum.* Ulpiani vero hæc: *Sed ſi venditor ſe periculo ſubjecit, &c.* quibus excipit, ut opinor, e Sabini ſententia eos caſus. Sed & hoc loco, quo de agimus, Sabini eſſe exiſtimo, quæ ſequuntur: (m) *Vino autem per averſionem vendito, finis cuſtodiæ eſt avehendi tempus.* Ulpiani cætera. Itaque arbitror ea verba: *Ex hoc apparet*, addidiſſe, ut oſtenderet iniquitatem Sabini ſententiæ, ſi tam late paterent ejus verba. Ipſum vero cenſuiſſe opinor, etiam ſi averſione vinum venierit, antequam deguſtetur, venditoris periculum eſſe. Hæc tamen opinio non ſatis certa eſt: ſed hoc mihi probabile in tantis Accurſianorum tenebris eſſe videbatur. Africani quoque verba neſcio, an hanc interpretationem accipiant cap. XXXV. locati, [n] ut averſione locatam inſulam intelligamus, cum non in ſingulos habitationis dies: an ut non in ſingula cænacula, domus locata ſit. Illud certum eſt, oneris averſi actionem (o) nihil cum his rebus commune habere; eſt enim ſurripere avertere rem, aut ea abuti. Ulpianus lib. XXIX. ad edictum: [p] *Sed & ſi mercem perire paſſus eſt; aut eam avertit, aut vilioris data opera diſtraxit, vel ſi ab emptoribus pretium non exegerit: dicendum erit teneri eum tributoria, ſi dolus intervenit.* Quæ verba non recte Haloander ſcripſit. Ita etiam intelligenda eſt V. conſtitutio ſub titulo de naviculariis, (q) quam Accurſius ad aver-

(a) L. 1. §. Exercitorem. *de exerc. act.*
(b) *Nov. de hortul.*
(c) L. Quod ſæpe. §. In his. *de contr. empt.*
(d) L. *ead.* §. Sed & ſi.
(e) L. 2. C. *de peric. & comm. rei vend.*
(f) L. Qui officii. *de contr. empt.*
(g) L. Item veniunt. §. Ait ſenatus. *de her. petit.*
(h) *d. l.* Si quis vina. §. Si averſione. *de per. & comm.*
(i) L. 1. §. Sed & cuſtodiam. *eod.*
(k) *Vide libr. 2. c. ult.*
[l] L. 1. *in princ. eod.*
(m) *d. l.* Si quis vina. *in fine.*
[n] L. Et hæc. *locat.*
[o] L. In nave. *eod.*
[p] L. Illud. §. Sed et ſi. *de trib. act.*
[q] L. Qui fiſcales. C. *de navic. lib.* 11.

verſionem quoque pertinere poſſe putat, quod ipſe probare non poſſum. Cæterum quod in Norico libro ſcribendum eſſe dicimus *tantum*, non *tamen*: contra in multis libris fiat oportet, ſub titulo ſi quis jus dicenti non obtemperaverit. [a] Florentiæ enim eſt, ut in Norico libro: *Omnibus magiſtratibus non tamen duumviris, ſecundum jus poteſtatis ſuæ, conceſſum eſt juriſdictionem ſuam defendere pœnali judicio.* Scribunt alii vel Accurſio teſte *non tantum duumviris.* Sed cum hi municipales magiſtratus ſint, (b) neque judicationem habeant, multam indicere non poſſunt. (c) Sed hæc alii accuratius. Facile autem in his erratur ob librariorum notas, quas jure Juſtinianus tribus conſtitutionibus perſequitur. Hæc in tribus Digeſtorum partibus emendanda eſſe potiſſimum cenſemus.

(a) L. un. *ſi quis jus dic. non obt.*

(b) L. dies. §. Si forte. *de damn. infect.*

[c] L. 2. *in fin. de jud.* L. Aliud. *in fin. de verb. ſign.*

## CAPUT VII.

*Quæ ſecunda parte Digeſtorum Noricorum, qua quarta & quinta Juſtiniani Pandectarum pars continetur, emendanda ſunt.*

ERronem ita definit Labeo, *puſillum fugitivum eſſe, & ex diverſo fugitivum magnum erronem eſſe: ſed proprie erronem ſic* [inquit Ulpianus] (d) *definimus, qui non quidem fugit, ſed frequenter ſine cauſa vagatur, & temporibus in res nugatorias conſumptis ſerius demum redit.* Fugitivo, & erroni ſimiles ſunt emanſores & deſertores milites. *Eſt* enim *emanſor, qui diu vagatus ad caſtra regreditur: deſertor eſt, qui per prolixum tempus vagatus reducitur.* [e] Ideoque Menander ait: (f) *Levius delictum emanſionis habetur, ut erronis in ſervis, deſertionis gravius, ut in fugitivis.* Eſt tamen in erronis nomine aliquot locis erratum in Norico quoque libro, quamquam ne ſuperiora quidem recte ſcripta ſunt. Ulpianus ſcribit: (g) *Hoc autem, quod deterior factus eſt ſervus, non ſolum ad corpus, ſed etiam ad animi vitia referendum eſt, ut puta, ſi imitatione conſervorum apud emptorem talis factus eſt, aleator forte, vel vinarius, vel erro evaſit. Erroneum* alii ſcribunt. Idem Ulpianus alio loco ait: [h] *Is quoque deteriorem facit, qui ſervo perſuadet, ut injuriam faceret, vel furtum, vel fugeret, vel alienum ſervum ut ſollicitaret, vel ut peculium intricaret, aut amator exiſteret, vel erro, vel malis artibus eſſet deditus, vel in ſpectaculis nimius, vel ſeditioſus.* In aliis libris ſcriptum eſt *vel errori.* In Baſilienſi autem ſolo erratum eſt cap. IV. de ædilicio edicto: (i) ſic enim ſcribitur: *Et ideo nominatim de errore & fugitivo excipitur.* Scribendum eſt *de errone.* Idem error eſt in Tuſco libro cap. XXXII. de evictionibus: (k) *Cum quis ſtipulatur fugitivum non eſſe, errorem non eſſe, & cætera, quæ ex edicto ædilium curulium promittuntur. Et erronem* ſcribendum eſſe nemo non videt. In una etiam littera erratum eſt in alio nomine ſub eodem titulo: [l] *Si ideo*, inquit Ulpianus, *contra emptorem judicatum eſt, quod defuit: non committitur ſtipulatio; magis enim propter abſentiam victus videtur, quam quod malam cauſam habuit.* Vulgo vero *evictus videtur*, ſcribitur. Sub titulo de pactis dotalibus cap. XXVI. (m) ſcribatur: *Convenit, ut mulier viri ſumptibus quoquo iret, veheretur, atque ideo mulier pactum ad litteras viri ſecuta, provinciam, in qua centyrio merebat, petit. Centyrio* pro *Centurione* hic Florentiæ eſt, & ſub titulo de vulgari, (n) ut apud veteres, *Sylla* & *Sulla.* Illa vero verba *quoquo iret, veheretur*, multis modis ſcripta ſunt: neque enim intelligebant conveniſſe, ut quoquo iret, ſumptibus viri veheretur, hoc eſt ſive in provinciam, ſive Romam, ſive alio iret, itineris ſumptus maritus impenderet. *Merebat* quoque ſcribendum eſt, non *morabatur*: nam milites ſtipendia merere dicuntur, dum militant. (o) Idem verbum mendoſe ſcriptum eſt capite tertio de donationibus inter virum. (p) Sic enim Florentiæ eſt: *Si ſenatoris filia libertino contra ſenatuſconſultum nupſerit, vel provincialis mulier ei, qui ibi meret, contra mandata, valebit donatio, quia nuptiæ non ſunt.* Mandatis autem milites prohibebantur in ea provincia, in qua ſtipendia mererent, uxorem ducere. (q) Ad centurionem revertamur, quem Accurſius maritum eſſe non putat, ſed non minus fallitur, quam cum verbum *petit* non ad provinciam, ſed ad principem refert, cujus hic mentio nulla. *Meret* itaque utroque loco ſcribendum eſt, non *moretur*, aut *maneret*, ut alii ſcribunt.

(d) L. Quis ſit fugitivus. §. erronem. *de æd. ed.*

(e) L. Deſertorem. §. emanſor. *de re milit.*

(f) L. Qui cum uno. §. edicta. *eod.*

(g) L. Ædiles etiam. §. Pedius. *de æd. ed.*

(h) L. 1. *in fine. de ſervo corr.*

(i) L. Ob quæ vitia. *de æd. ed.*

(k) L. Quia dicitur. *de evict.*

(l) L. Si ideo. *eod.*

(m) L. Inter ſocerum. §. Convenit. *de pact. dot.*

(n) L. Centurio. *de vulg.*

(o) L. Miles. *in princ. l.* Item miles. *de re jud.*

(p) L. 3. §. 1. *de donat. inter vir. & uxor.*

[q] L. Præfectus. *l.* Eos. *de ritu nupt.*

Non minus eleganter emendandum eſt caput II. ſoluto matrimonio, in quo in Noricis, ut opinor, ſolis libris ſcribitur: (r) *Cæterum ſi pater ſolus juſſit, dotis actio filiæ non erit adempta, quandocunque ſui juris filia fuerit facta.* Sed Florentiæ *quandoque* eſt, non *quandocumque*; ut etiam cap. VI. [s] *Hi reſtituendi ſunt quandoque divortio facto.* Recte autem utroque loco Accurſius *quandocumque* interpretatur. Item cap. VI. de tributoria: (t) *Non enim hæc actio* [inquit Paulus] *ſicut de peculio, occupantis meliorem cauſam facit: ſed æqualem condicionem quandoque agentium.* In quo etiam Haloander ſolus *quandocumque* ſcripſit. In omnibus libris mendoſum eſt primum caput ſub titulo [u] de adſignandis libertis. Florentiæ recte hoc pacto: ULPIANUS *libro quartodecimo ad Sabinum. Senatuſconſulto, quod factum eſt Claudianis temporibus, Velleo Rufo, & Hoſterio Scapula conſulibus, de adſignandis libertis in hæc verba cavetur: Si qui duos, pluresve liberos juſtis nuptiis quæſitos in poteſtate haberet, de liberto, libertave ſua ſignificaſſet, cujus ex liberis ſuis eum libertum, eamve libertam eſſe vellet: is, eave, quandoque is, qui eum, eamve manumiſit inter vivos, vel teſtamento, in civitate*

[r] L. 2. §. 1. *ſolut. mat.*

(s) L. Si ante. *eod.*

(t) L. Non enim. *de trib. act.*

[u] L. 1. *in princ. de adſ. lib.*

*eſſe*

UNED

eſſe deſiſſet, *ſolus ei patronus, ſolave patrona eſſet.* Vulgo in conſulum nomine non hic ſolum, ſed & libro III. inſtitutionum (*a*) erratum eſt. Et pro *quandoque* alii *quando*, alii *cum* ſcribunt. In eodem libro inſtitutionum ſub titulo quibus modis re contrahitur obligatio (*b*) ita ſcribendum eſt, ut in duobus libris in Albornotiana noſtra bibliotheca habetur: *Quas res aut numerando, aut metiendo, aut adpendendo in hoc damus, ut accipientium fiant, & quandoque nobis non eædem res, ſed aliæ ejuſdem naturæ & qualitatis reddantur. Inde etiam mutuum appellatum eſt.* Hoc eſt quandocumque reddenda eſt, ita reddatur. Sic apud Cajum ſcribitur: (*c*) *Quia in hoc dantur, ut eas maritus ad arbitrium ſuum diſtrahat, & quandoque ſoluto matrimonio, ejuſdem generis & qualitatis alias reſtituat, vel ipſe, vel heres ejus.* Et alio loco: (*d*) *Si vini, olei, frumenti uſusfructus legatus erit, proprietas ad legatarium transferri debet:* * *& ab eo cautio deſideranda eſt, ut quandoque is mortuus, aut capite deminutus ſit, ejuſdem qualitatis res reſtituatur.* Quo etiam loco quidam *quandocumque* Haloander *quandoque, cum is* ſcripſit. Sed ille inſtitutionum locus hujus nominis ignoratione multorum manus paſſus eſt: cum enim multi *quandoque aliquando* interpretarentur, maluerunt *quoniam* ſcribere, & *redduntur*, non *reddantur.* Iidem non recte ſepararunt eam ſententiam. (*e*) Alii recte quidem ſcribunt *quandoque*, ſed non recte *aliquo tempore* illic, atque ſuperioribus locis interpretantur. (*f*) Noſtra ſcriptura & interpretatio confirmari poteſt Caii verbis libro II. aureorum: (*g*) *Quas res*, inquit, *in hoc damus, ut fiant accipientis, poſtea alias recepturi ejuſdem generis & qualitatis.* Et libro poſteriore inſtitutionum titulo de obligationibus: *Quæ omnia numerando, aut penſando, aut metiendo, ad hoc damus, ut eorum fiant, qui ea accipiunt, & ad nos ſtatuto tempore non ipſæ res, ſed aliæ ejus naturæ, quales datæ ſunt, atque ipſius ponderis numeratæ, vel menſuratæ reddantur. Propter quod mutuum appellatum eſt quaſi a me tibi ita datum ſit, ut ex meo tuum fieret.* Eſt autem ille inſtitutionum locus ex his duobus Caii acceptus, ut alia permulta. (*h*) Adde Pauli verba libro XXVIII. ad edictum: [*i*] *Mutuum damus recepturi non eandem ſpeciem, quam dedimus, alioquin commodatum erit, aut depoſitum, ſed idem genus.* Ut vero *quandoque* pro *quandocumque* accipiatur, a grammaticis veteribus obſervatum eſt, [*k*] & nuper a Victorio erudito viro traditum quibuſdam placere Horatianum carmen ita interpretari:

*Indignor; quandoque bonus dormitat Homerus.*

Sed & Haloander multa Digeſtorum loca recte ſcripſit. [*l*] *Ubique* etiam pro *ubicumque* a

(a) *inſt. eod. in fin.*
(b) *inſtit. quib. mod. re contr. obl. in princ.*
(c) L. Res in dotem. *de jure dot.*
(d) L. Si vini. *de uſuf. ear. rer.*
(e) *Hal. in inſtit. Alc. l. 2. ſi cert. pet.*
(f) *Dec. d. l. 2.*
(g) L. 1. *in princ. de oblig. & action.*
(h) §. Quas ex omnib. *in prooem. inſtit.*
(i) *d. l. 2. de reb. cred.*
[k] *Priſc. lib. 17.*
[l] L. Neque leges. *l.* Ideo. *de legib. l.* Si adrogator. *de adopt. l. 1. l. 3. quod quiſque jur. l.* Non idcirco. *de jud. l. 2. de her. vel act. vend. l.* Si & per emptorem. *de action. empt. l.* Si ſocer. *ſol. mat. l.* Si mulier. *de jure dot. l. 1. de aqua cott. l.* Tutor. §. Si deponi. *de admin. tut.*



* Vid. Cujac. 11. Obſerv. XXXVI.

Javoleno uſurpatur: (*m*) *In lege* (inquit) *fundi vendundi lapidicinæ in eo fundo ubique eſſent, exceptæ erant, &c.* & ſi hoc quoque loco mendum in omnibus libris ſit. Sub eodem titulo ſoluto matrimonio VII. capite (*n*) ſcribendum eſt: *Puto autem, ſi arbores cæduæ fuerunt, vel gremiales, dici oportet in fructu cedere.* Nam Ulpianus quoque ita ſcripſit: [*o*] *Nec ſarmenta ligni appellatione contineri: ſed ſi voluntas non refragatur, & virgulæ, & gremia, & ſarmenta, & ſuperamenta materiarum, & vitium ſtirpes atque radices continebuntur.* Uterque locus mendoſus in omnibus libris habetur; in Norico tamen minus male *cremia*, & *cremiales*, quam in cæteris *germina*, & *germinales*, quamvis Accurſius veram quoque ſcripturam referat. Quid vero hoc verbum ſignificet, ex his Columellæ verbis, quæ libro XII. de re ruſtica ſcripſit, cognoſcemus: *Muſtum*, inquit, *in vaſa defrutaria deferemus, levique primum igne ex tenuibus admodum lignis, quæ gremia ruſtici appellant, fornacem incendemus, ut ex commodo muſtum ferveat.* Ita intelligendum eſt illud Davidis carmen, (*p*) *Et oſſa mea ſicut gremium aruerunt.* Cujus nominis rationem in quadam Politiani ad Bologninum epiſtula legi a Græcis juriſconſultis tradi: ut quod gremio ruſtici ad comburendum ea ferant, *gremia*, gremialeſque arbores dicantur. At illi, qui *cremia* ſcribunt, a cremando deducere videntur, quod mihi magis probatur, & ſi Florentinam ſcripturam ſequendam putem. A Græcis id φρύγιον dicitur. Sed reliqua videamus.

Sub eodem titulo cum de ſævitia viri in dotales ſervos Ulpianus tractat, ita ſcribit: (*q*) *Et ſi quidem tantum in ſervos uxoris ſævus fuit, conſtat eum teneri hoc nomine: ſi vero & in ſuos eſt natura talis, adhuc dicendum eſt, immoderatam ejus ſævitiam hoc judicio coercendam.* Alii *naturalis* pro *natura talis* neſcio qua ratione ſcripſerunt, Haloander *licet natura.* Verba Ulpiani apertiſſima ſunt. Sub titulo de adminiſtratione & periculo tutorum apud Tryphoninum [*r*] non *dempta actio* neque *exactio*, ſed *deprecatio* ſcribi debet. Sic enim Florentiæ eſt: *Non eſt propterea cæteris pœnæ deprecatio, quod ab uno jam exacta eſt.* Idem alio loco ait: (*s*) *Utique nulla deprecatio adulterii pœnæ eſt, ſi ſe minor annis adulterum fateatur.* Et aliis locis alii jureconſulti hoc verbo, quod rhetorum eſt, utuntur. (*t*) Cicero deprecationem ita definit: *deprecatio eſt, in qua non defenſio facti, ſed ignoſcendi poſtulatio continetur.* Illud deinde miror, cur Haloander hæc verba mutaverit apud Ulpianum libro I. ad Sabinum: (*u*) *Ne furioſus quidem teſtis adhiberi poteſt, cum compos mentis non ſit. Sed ſi habet intermiſſionem, eo tempore adhiberi poteſt: teſtamentum quoque, quod ante furorem conſummavit, valebit, & bonorum poſſeſſio ex eo teſtamento compe-*

(m) L. In lege. *de contr. emp.*
(n) L. Fructus eos. §. Si fundum. *ſol. matr.*
(o) L. Ligni. §. Lignis. *de legat. 3.*
(p) *Pſal.* 102.
(q) L. Si conſtante. §. Si maritus. *ſol. mat.*
[r] L. Tres tutores. *in princ. de adm. tut.*
(s) L. Auxilium. §. Sed ut. *de minor.*
[t] L. Quid ſit fugitivus. §. Idem Vivian. *de æd. ed. l. 2. de his qui ſui.*
[u] L. Qui teſtamento. §. Quæ autem. *qui teſt. fac. poſſ.*

*petit. Teſtimonium* enim pro *teſtamento* in Norico legitur: in aliis recte eſt. Apud Africanum quoque (*a*) non recte ſcripſit *Titius & Mævius ſubſtitutus ſit*, quod etiam Accurſio diſplicet, ſed ſcribendum eſt, *Titio Mævius ſubſtitutus ſit*. Capite quoque VII. de teſtamento militis (*b*) de ſuo ſcripſit *vel cum prægnantem ſcierit*, pro quibus Florentiæ eſt, *vel non fuit prægnas*. Sic enim ſemper fere ſcribitur, non *prægnans*. Caput XXIII. vel ut Florentiæ eſt, XXII. de auro argento & cæteris legatis (*c*) ita illic ſcribitur: ULPIANUS *libro viceſimo ſecundo ad Sabinum. Veſtimentum ideſt, quod detextum eſt, & ſi defectum non ſit, ideſt, ſi ſit conſummatum. Quod in tela eſt nondum pertextum, vel detextum, contextum appellatur. Quiſquis igitur veſtem legaverit, neque ſtamen, neque ſubtegmen legato continebitur*. Hæc ita, exceptis interpunctionibus, Florentiæ. Videtur Ulpianus his verbis nullam differentiam inter *detextum* & *pertextum* conſtituere. Nam, ut idem alio loco ait, *præpoſitio* de *auget in depoſito*. (*d*) Erit itaque utrumque conſummatum, quod ad textrinam attinet, etſi nondum defectum: quod neſcio ad textorem, an ad ſarcinatorem pertineat: contextum vero quod nondum pertextum eſt, ſed potius ſtamen & ſubtegmen, quæ telæ initia ſunt. Veſte itaque, aut veſtimento, nihil enim intereſt, (*e*) legatis, nondum conſummata non continetur; pertexta, etiam ſi defecta non ſit aut a textore e filis, quibus tenetur, aut ab alio poſtea in veſtis uſum conciſa & conſuta, veſtis appellatione continetur. Ego vero aliquando exiſtimavi veſtimentum ab Juſtiniano appellari, quod nondum detextum eſt libro II. inſtitutionum, (*f*) cum de eo tractat, qui alienam purpuram veſtimento ſuo intexuit, & prætextam ſibi faciendam curavit; nunc vero eam opinionem neque ſatis probare, neque improbare poſſum. Venio nunc ad Modeſtini ſub titulo de liberatione legata (*g*) reſponſum, & illa verba, *cauſa perlata Modeſtinus reſpondit*: maximum mendum habere in omnibus libris deprehendimus. Refertur enim illic teſtamenti pars, qua hæc verba ſcripta fuerant: *Et abſolvo ei, & libero ex pignoribus ejus domum & poſſeſſionem Caperlatam*. Id enim nomen poſſeſſionis erat, vel Accurſio teſte: ſed ex *Caperlata Camperlatam* fecerunt librarii, unde notis uſi *cauſa perlata*. Doctiſſimum quoque quendam virum eſſe audio, qui *cum prolatis* ſcribat Plautino verſu in Captivis motus:

*Ubi res prolatæ ſunt, cum rus homines eunt.*

Sed hæc, ut ingenioſa emendatio eſt, ſic etiam a Modeſtino aliena. Apud Pomponium libro XI. epiſtularum [*h*] *expreſſum* pro *expenſo* Haloander non recte edidit: eſt enim Florentiæ: *Ut neque ſubtraxerit quid ex his, quæ acceperit, neque expenſum rationibus præſcripſerat, quod non dederat. Præſcripſerit* tamen ſcribendum arbitror. Apud Marcianum (*i*) *nominibus*, non *hominibus* ſcribatur in omnibus libris oportet: *Ut idoneis* (inquit) *nominibus collocetur pecunia ad curam ſuam revocaturum præſidem provinciæ*. Capite vero XXXVII. ad S. C. Trebellianum [*k*] ex unius litteræ in Florentino libro errore duorum verborum mendum ad omnes libros pervenit. Sic igitur Florentiæ eſt: *Nec ſe quidem auctore pupillum reſtituere potuiſſe hereditatem Divus Severus in perſonam Arri Honorati pupilli decrevit, qui Aprio Antonino patruo & tutori ſuo reſtituerat*. Sciendum eſt, Florentiæ omnia verba eſſe conjuncta, paribuſque litteris omnia conſcripta exceptis ſingulorum capitum initiis. Unde mirandum non eſt, ſi una littera addita, *quia prior*: pro *qui aprio* ſcripſerunt, ex quo Haloander *qui prior* fecit. Nos qui *Arrio* ſcribendum eſſe cenſemus, nomen pupilli ſecuti, & erroris librarii uſum.

Non multum ab hujus capitis ſententia diſceſſerimus, neque a noſtro emendandi inſtituto, ſi ſub titulo de auctoritate tutorum mendum indicaverimus, quod facilem cognitu ſententiam occultat. Libro primo inſtitutionum [*l*] negat Juſtinianus pupillum hereditatem adire, bonorum poſſeſſionem petere, fideicommiſſum hereditatis ſuſcipere poſſe, quamvis lucroſa ſit, *nec ullum damnum habeat*, ſine tutoris auctoritate. Vulgo vero, *ne ullum damnum habeat*, ſcribunt adverſus imperatoris ſententiam. Hoc ita emendare audeo auctoritate Theophili ductus, & duorum librorum Albornotianæ noſtræ bibliothecæ. *Arri* autem *Honorati*, non *Arrii* ſupra ſcripſimus Tuſcos libros imitati, ut veterem uſum traderemus, qui alterum inſtitutionum locum declarare poterit. Item caput nonum de liberis & poſtumis, (*m*) in quo ita ſcribitur: *Rumpit enim his caſibus nepos teſtamentum, quod moriente avo fili jus pependerit, non abſciſſum, ut ſuperiore caſu fuerit*. Licet Alciatus noſter libro I. prætermiſſorum, atque alii omnes multo aliter ſcribant. Nam, ut poetæ teſtes eſſe poſſunt, non ſemper veteres *Arrii*, *Tullii*, *Servii* ſcribebant, ſed *Servi*, *Tulli*, *Arri* crebro.

*Nec ſpes libertatis erat, nec cura peculi:*

Item:

*Pauperis & tuguri congeſtum ceſpite culmen.*

Itaque quod ſub titulo de libertinis in inſtitutionibus dicitur: (*n*) *Omnes libertos nullo nec ætatis manumiſſi, nec domini manumiſſoris, nec in manumiſſionis modo diſcrimine habito civitate Romana decoravimus. Domini* diſcrimen pro *dominii* intelligendum eſt, non *ætatis domini*. Nam, ut Theophilus tradit, neceſſe erat ex jure Quiritium dominum eſſe ſervi, qui manumiſſione vellet eum in civitatem Romanam venire: neque ſatis erat eum in bonis eſſe. Namque ait alterum naturæ jus eſſe, alterum civitatis: eum vero, qui utroque jure dominus eſſet, pleno jure dominum eſſe. Ex quibus verbis conſtitutio ſingularis intelligitur ſub titulo de nudo

jure

(a) L. Si poſtumus. §. Quod vulgo. *de lib. & poſt.*

(b) L. Qui jure. *de teſt. milit.*

(c) L. Veſtimentum. *de auro arg. leg.*

(d) L. 1. *depoſ.*

[e] L. Veſtis. *l.* Inter veſtem. *de auro arg. leg.*

(f) §. Si tamen. *de rer. div. in inſtit.*

(g) *L.* Aurelio. *in princ. de lib. legat.*

[h] L. Qui ſub condicione. *de cond. & dem.*

(i) L. Divi. *ad L. Falc.*

[k] L. Reſtituta. *in fin. ad S. C. Treb.*

(l) §. 1. *inſtit. de auctor. tut.*

[m] L. Si quis poſtumos. *de lib. & poſt.*

(n) §. *ult. inſt. de libertinis. ubi Theoph.*

UNED

(a) *L. un. C. de nudo jure Quib. toll. l. un. C. de uſuc. transf.*

jure Quiritium tollendo [*a*] & illa veterum vindicandi formula, *Hunc ego hominem ex jure Quiritium meum eſſe ajo*, item quæ de pleno jure dominis, multis Digeſtorum locis dicuntur. Unum exempli cauſa addam, quod Theophili ſententiam confirmet. Cajus libro primo de manumiſſionibus ſcribit: (*b*) *Generaliter pignori datus ſervus, ſine dubio pleno jure debitoris eſt, & juſtam libertatem ab eo conſequi poteſt.* Et poſtea: *Sub condicione ſervus legatus pendente condicione pleno jure heredis eſt, ſed nullam libertatem ab eo conſequi poteſt, ne legatario injuria fieret.* Juſtam libertatem interpretor civitatis Romanæ, nullam autem neque Latinam, neque Romanam, neque dediticiam. Si quis vero diceret unam litteram in inſtitutionum libro deeſſe, & *dominii* malit, quam *domini* ſcribere, me facile non repugnante faceret. Sed quoniam inſtitutionum, ac Thophili mentio facta eſt, & ſecundam Noricorum librorum partem peregimus: in duobus Theophili locis noſtri laboris requiem nonnullam quæramus.

(b) L. Generaliter. *qui & a quib.*

## CAPUT VIII.

*Theophili in ſervorum nominibus, & in prænominis interpretatione erratum; & ea de re multa.*

THeophilus antiquus ſatis jureconſultus Juſtiniani inſtitutiones græce vertit, addiditque quaſdam doctas ſane antiquitatis interpretationes, quo libro nullus extat ad eos Juſtiniani libros intelligendos aptior. Sed ut in omnibus rebus evenit, in quibus nihil ita perfectum eſt, ut, quod ille ait, omni ex parte beatum dici poſſit: ita in his græcis interpretibus antiquitatis Romanæ peritia major nonnumquam deſideratur. Refertur ab Juſtiniano Divi Marci reſcriptum ad Pompilium Rufum libro III. Inſtitutionum, [*c*] quo dicitur petiſſe Rufum, ut bona Verginii Valentis, cui nemo ſucceſſor erat, libertatum conſervandarum cauſa ei addicerentur. * Theophilus exiſtimat, Pompilium Rufum ſervum libertatem Valentis teſtamento conſequi potuiſſe: ego vero didici ex Diocletiani conſtitutione, (*d*) quam eleganter Alciatus noſter interpretatur, (*e*) liberum hominem fuiſſe. Cum enim nomini cognomen, quo liberi dumtaxat utuntur, additum ſit: eum liberum eſſe neceſſe eſt. Itaque aut creditorem, alium quemcumque interpretari poſſumus: quippe cum in ea conſtitutione, quam hac de re Juſtinianus tulit, [*f*] eadem Marci conſtitutio referatur, qua cuilibet extraneo id petere permiſſum eſſe dicitur. Ignoraſſe autem hoc Theophilum facile credendum eſt, cum in prænominis & cognominis interpretatione maxime fallatur ſub titulo de legatis. (*g*) Cum enim recte ſcripſiſſet, nomen eſſe veluti *Titius*; cognomen, quod nomini conjungeretur, ut *Pius*, aut *Superbus*: addit prænomen χρηματιστικὸν dici poſſe, quod multi appellativum dicunt: ut *Æacidem*, aut ſi quod aliud nomen addas, quo alicujus beneficii memoriam conſerves. Melius id Alciatus noſter, (*h*) & Viglius (*i*) interpretati ſunt: ex quorum libris nos, & veterum ſcriptorum obſervatione, quid his de rebus ſentiamus, pluribus verbis ſcribemus. Nominis appellatio, cum de hominis nomine (qua de re agimus) mentio fit, generalis eſt, & prænomen, familiæ nomen, ac cognomen ſignificat: quod vel ex eo cognoſci poteſt, quod ſub titulo de mutatione nominis his verbis conſtitutio Diocletiani ſcripta ſit: (*k*) *Sicut initio nominis, cognominis, prænominis recognoſcendi ſingulos impoſitio privatis libera eſt: ita horum mutatio innocentibus periculoſa non eſt. Mutare itaque nomen, vel cognomen, vel prænomen ſine aliqua fraude licito jure, ſi liber es, minime prohiberis. Si liberes*, addidit, non quod ſervi his tribus nominibus uterentur, ſed quod liberum non eſſet ſervo ſuum nomen mutare, domino ſervi eſſet. Ab hac generali appellatione exheredatio nominatim facta dicitur, cum ſufficiat nomen, prænomen, aut cognomen dicere, ut Ulpianus ſcribit. (*l*) Sed & Cicero in oratione pro Murena veteres juris peritos irridens: *Ut quia* [inquit] *in alicujus libris exempli cauſa id nomen invenerant, putarunt omnes mulieres, quæ coemptionem facerent, Cajas vocari.* Quem locum recte Viglius ad Cajam Cæciliam, quæ eadem Tanaquil dicta eſt, pertinere arbitratur. Illic igitur prænomen, dictum nomen eſt; at pro Cecinna cognomen. *Sextus*, inquit, *Clodius, cui nomen eſt Phormio, nec minus niger, nec minus confidens, quam ille Terentianus eſt Phormio.* Eſt etiam ſpecialis quædam nominis ſignificatio, quam eleganter Alciatus noſter perſequitur, cum familiæ tantum nomen ſignificat. Animadvertique hæc magna ex parte apud veteres in eas litteras deſinere, in quas hæc *Tullius, Julius, Pomponius, Pompejus, Mucius*: quamobrem feminæ ab his *Tullia, Julia, Pomponia, Pompeja, Mucia*. Item leges ab his latæ idem nomen conſequebantur. Hinc Aquilia ab Aquilio Tribuno Plebis rogata, (*m*) Falcidia a Falcidio, (*n*) Julia quoque de adulteriis coercendis ab Auguſto lata eſſe dicitur. [*o*] Cujus nominis rationem Accurſiani invenire nequeunt, quæ expedita ſatis erit, ſi noveris, quod ignorat, opinor, nemo, Cæſarem Auguſtum Octavianum a C. Julio Cæſare Dictatore teſtamento adoptatum fuiſſe. Itaque, ut Dion optime omnium perſcribit, qui prius C. Octavius dicebatur, deinde C. Julius Cæſar Octavianus dictus eſt, nomenque Octavii in cognomen eſt verſum: ut Æmilii Pauli filius poſtea, quam a P. Scipionis Africani filio adoptatus eſt, P. Cornelius Scipio Æmilianus, qui Africanus quoque minor eſt dictus. Hinc a Juliis Juliani, a Marcellis Marcellini, a Domitiis Domitiani, & ut ar-

(c) *Inſtit. de eo cui lib. cauſ. bon. add.*

(d) L. Cum precum. *C. de lib. cauſ.*

(e) *Alc. lib. 5. cap. 5. paradox.*

(f) *L. ult. C. de teſtam. manum.*

(g) *Theoph.* §. Si quis in nomine. *de legat.*

(h) *Alciat. lib. 4. diſpunct. cap. 1.*

(i) *Vigl.* §. 1. *de exher. libert.*

(k) L. *un. C. de mut. nom.*

(l) L. 1. *de lib. & poſtum.*

(m) *Novel.* 18. *auth. de tr. & ſem.* §. Studium.

(n) *cap.* quædam. 2. *diſt. Dion lib.* 48.

(o) *L. 1. ad L. Jul. de adult.*

I 2

* Vid. Bynkershoek obſerv. Jur. cap. 22. Lib. I. ubi defenditur Theophil.

arbitror, ipſum Juſtiniani nomen a Juſtino adoptivo patre manaſſe: * ſed tamen hæc non eadem mutatio eſt; quippe cum hic adoptivi patris nomen flectatur, in ſuperioribus naturalis. Hunc tamen morem ex illo veniſſe ſuſpicor, & neſcio, an id Paulus ſignificet libro XII. Reſponſorum [*a*] cum Lucius Titius legitimum filium *Titianum* nomine, naturalem *Titium* habuiſſe fingitur. Si legitimum adoptivum intelligas, ut multi, nobiſcum Paulus faciet, invito tamen Haloandro, qui pro *Titiano Titium* ſcripſit. Macrobius libro I. Saturnalium: *Cognomina*, inquit, *ex propriis ſunt tracta nominibus ut ab Æmilio Æmilianus, a Servilio Servilianus.* Sic enim ſcribendum eſt. Itaque Auguſtus quod Julia familia eſſet, leges Julias appellavit, de ambitu, de adulteriis coercendis, quæ ſatis notæ ſunt, de pudicitia, cujus mentio in quibuſdam conſtitutionibus, (*b*) Julia de maritandis ordinibus, cujus plurima quoque mentio fit ab imperatoribus, & a juriſconſultis: (*c*) Hanc etiam eſſe arbitror, quæ cum lege Papia conjungitur, (*d*) & ad utramque Paulus, Ulpianus, Cajus, & Mauricianus ſcripſerunt. Papia Poppœa ab Auguſto quoque lata eſt, ut Tacitus ait, quem Alciatus noſter adoleſcens retulit, [*e*] ſed a M. Papio & Q. Poppœo coſſ. tunc propoſita, ut a Dione libro LVI. & ab Iſidoro libro V. ſcribitur, (*f*) nomen accepit. Juliæ ipſius familiæ mentio fit ab Ulpiano ſub titulo de verborum ſignificatione. [*g*] Nomen itaque cum ſpeciali hac ſignificatione accipitur, familiæ nomen ſignificat Romanis tantum hominibus. Nam Græci, & barbari ſingulis nominibus uſi, familiæ nomine non utebantur. Itaque Demoſthenes, Ariſtoteles, Plato, & illa ſacroſancta nomina JESUS, *Moyſes*, *Petrus*, item cætera aliarum nationum ad familiam non propagantur: erant enim non gentis ſed ſingulorum hominum vocabula. Quamobrem magna controverſia apud Græcos fuit, quod eſſet civium Romanorum nomen, ut Plutarchus in Marii refert: aliis enim cognomen, aliis prænomen videbatur. De quibus ante dicendum eſt, quam de Plutarchi quæſtione diſſeramus.

[a] *L.* Lucius Titius. *de vulg.*

[b] *L.* Caſtitati. *l.* reos. C. *de adult.*

(c) *L.* Nec patronis. C. *de op. lib. l.* Adigere. *in fin. de jure patr.*

(d) *L. penult.* C. *de nupt. l.* Lege Julia. *de ritu nupt.*

[e] *Alciat. lib.* 3. *cap.* 3. *diſpunct.*

[f] *cap.* Quædam. 2. *diſtinct.*

(g) *L.* Pronunciatio. *in fin. de verb. ſign.*

Prænomen itaque eſt, quod nomen illud familiæ præcedit, ut idem ipſum verbum ſignificat, idque notis ſcribi ſolebat L. Titius, P. Mævius, M. Cicero, Serv. Sulpitius, quod idem Plutarchus, cum de ſpuriis appellatione tractat, ſcribit. Huic ſucceſſiſſe videtur, quod hodie familiæ nomini præponimus, Andreas, Joannes, Petrus, quæ indocti ſolent propria nomina appellare; docti notis ſcribere And. Alciatus, Jo. Pyrrhus, Petr. Bembus. Sed multis abutimur: ut quod mihi prænomen eſt Antonio, nomen veteribus fuerit, quod mihi nomen, aliis prænomen ſit. Hoc tamen ipſum in veterum quoque nominibus fuit, ut Claudius prænomen, & familiæ nomen fuerit. Prænominibus pueros caruiſſe, mihi ſit veriſimile. Item maximam mulierum partem, ſed utrique familiæ nomine utebantur; pueri vero etiam cognomine familiæ, ut Cicerones, ut Cæſares. Feminis exiſtimo prænomina addi ſolum, quæ plures eſſent. Nam Terentiæ, Pomponiæ, Tulliæ, Juliæ, Octaviæ non facile prænomen dices. Non quod non habuerint, ſed quod cives Romani non uterentur, familiæ appellatione contenti, eas pluribus nominibus, ut viros, appellare. *Quintam* tamen *Claudiam* Cicero in Cœliana, & de aruſpicum reſponſis appellat, quam Livius *Claudiam Quintam*, eam, quæ matronarum caſtiſſima judicata eſt, quo tempore Scipio Naſica vir optimus, [*h*] ut ambo matrem deorum hoſpitarentur; Cajaſque permultas appellatas multi ſcribunt.

(h) *L.* 2. §. Juris civilis. *de orig. jur.*

Cognomen vero, quod cum illo nomine conjungatur, non quod cognationis nomen ſit, appellatur. Id Plutarchus in Coriolani, & in Marii tertium nomen appellat, Theophilus ἐπώνυμον, quo etiam nomine Plutarchus utitur, & Juſtinianus Novella LXXVIII. (*i*) hoc aut hereditarium eſt, aut tum primum partum: hereditarium ut Scipionum, Cæſarum, Ciceronum, quod multi nomen appellare ſolent: nam familiæ fiebat, quod aliqua de cauſa initio unius erat. Hoc Macrobius, cum de *Prætextati* nominis origine ſcribit, his verbis tradit: *Papirio puero poſtea cognomentum inditum Prætextatus ob tacendi, loquendique prætextata ætate prudentiam. Hoc cognomentum poſtea familiæ noſtræ in nomen hæſit. Non aliter dicti Scipiones, niſi quod Cornelius, qui patrem luminibus carentem pro baculo regebat, Scipio cognominatus, nomen ex cognomine poſteris dedit: ſic ex cognominibus nata ſunt nomina.* Hæc ille, quibus cognomen, quod hereditarium appellavimus Ciceronem libro VI. de re publica ſecuti, is nomen appellat. Varronis vero verba ſubſcribam, quæ ſuperiorem nominis & cognominis differentiam oſtendunt, etſi uno verbo mendoſa circunferantur. Is libro II. de re ruſtica ita ſcribit: *Nomina multa habemus ab utroque pecore a majore & a minore: a minore Porcius, Ovinius, Caprilius; ſic a majore Equitius, Vitulus, Taurus cognomina adſignificare, quod dicuntur, ut Annii Capræ, Statilii Tauri, Pomponii Vituli. Hæc poſſumus familiæ cognomina appellare.* Alterum cognominis genus eſt, quod ob inſignem aliquam rem illius nomini additur, quod ab hoc initio in poſteros deinde plerumque manabat. Hoc grammatici agnomen appellant, quod ego in veterum libris numquam legi, excepto ſecundo libro Ciceronis de inventione, quem mendoſum eſſe accepi; item ſub titulo de legatis libro II. inſtitutionum: ita enim ſcribitur vulgo: (*k*) *Siquis in nomine, cognomine, prænomine, agnomine legatarii teſtator erraverit: cum de perſona conſtat, valet legatum.* Sed hunc etiam locum mendoſum eſſe non dubito: ** nam neque Theophilus id verbum agnoſcit, neque in Digeſtis cum multis locis præ-

no-

[i] *Auth. ut liberti de cet. in fine.*

(k) §. Si quis in nomine. *inſtit. de leg.*

* Contradicit Hotoman. in Comm. de verb. jur. in verb. *Juſtinianus* pag. 193. in fin. edit. Baſil. ann. 1563.
** Impugnatur per Ant. Cont. in not. ad tit. XX. de leg. lib. 11. in verb. *Agnomen.*

(a) L. Heredes palam. *in pr. de teſt. l.* 1. *de lib. & poſt. l.* Si in judicis. *de jud. l.* Falſi. *de l. Cornel. de Falſ.*

nominis & cognominis verbum ſit, [a] uſquam exſtat agnomen; & in Albornotiana noſtra bibliotheca id verbum in vetuſto libro additum apparet. Neque video, cur id nomen grammatici addiderint, cum rem, quam explicare dicunt, cognomen ſatis explicet. Cicero de Cn. Pompejo cognomento Magno libro II. ad Atticum: *Quanto in odio noſter amicus Magnus? cujus cognomen una cum Craſſi Divitis cognomine conſeneſcit.* Idem libro II. finium, T. Manlium, ait, cum Gallo depugnaſſe, & ex ejus ſpoliis ſibi & torquem, & cognomen induiſſe: nam Torquatus deinceps appellatus eſt. * Simili appellatione non male Juſtinianus utitur in quadam conſtitutione, quæ ante Digeſta ſcripta eſt: (b) ut frivolum ridiculumque cognomen depondiorum eſſe dicat, quo primi anni auditores appellabantur. His itaque conſtitutis, Græcorum opiniones fuerunt, aut proprium nomen cognomen, aut prænomen fuiſſe: propterea quod hæc cum familia communia non eſſent, ſed ſingulorum ut Græcis ſua. Falli tamen utroſque Plutarchus ait, *quod nemo C. Marii, aut Q. Sertorii, aut aliorum cognomen dixerit: item feminarum prænomina aut nulla fuerunt*, in quo jure a Viglio reprehenditur, *aut rara.* Sed, ut dixi, latinorum uſus eſt tria hæc aut ſimul, aut ſeparata *nomina* appellare, ſed *nomen* ſpeciali ſignificatione familiæ nomen uſurpant.

[b] §. Et primo. *in procem. Dig.*

At vero, ut ad ſervorum nomen longo plane intervallo revertamur, ſciendum eſt, hos manumiſſos familiæ manumiſſoris nomen aſſequi, & quod libuiſſet prænomen, vetuſque nomen in cognomen converti, quod eleganter Politianus tradit Ciceronis epiſtulam interpretatus, qua ita ſcribitur: *De Eutychide gratum, qui vetere prænomine novo nomine Titius erit Cæcilius, ut eſt ex me & te junctus Dionyſius M. Pomponius.* Dionyſius enim a Tito Pomponio Attico manumiſſus M. Pomponius Dionyſius appellatus eſt: deinde Atticus a Q. Cæcilio avunculo adoptatus Q. Cæcilius Pomponianus Atticus dictus: qui cum Eutychidem ſervum manumiſit, T. Cæcilium Eutychidem appellavit. Et ita intelligendum eſt, cum vetare teſtatorem legimus, ne res de nomine ſuo, aut familia nominis ſui exeat. Item quod manumiſſione, adoptione, nativitate dicitur, municipem quem fieri. [c] Hæc autem ipſa nomina conſequebatur quiſquis civitatem Romanam adipiſceretur, etiam ſi ſervus non eſſet. Sed poterat ſe, in cujus familiæ nomen vellet inſerere. *Cum Demetrio Maga*, inquit Cicero in quadam commendaticia epiſtula, *mihi vetuſtum hoſpitium eſt, familiaritas autem tanta, quanta cum Siculo nullo. Ei Dolabella rogatu meo civitatem a Cæſare impetravit: qua in re ego interfui. Itaque nunc P. Cornelius vocatur.* Sed civitate Romana omnibus data ab Antonino Pio, (d) & Bizantium imperio translato vetus hæc Romanorum conſuetudo tenuibus veſtigiis manſit, neque facile Juſtiniani tempore tria hæc nomina diſtinxeris. Quamobrem tenebræ in his rebus grammaticis, [e] qui aut eo tempore, aut non multo ſuperiore fuerunt, obortæ ſunt ad præceptoris noſtri tempora, qui rem hanc, ut multa, optime omnium explicavit. Illud omittendum non eſt, non ſemper veteres cognomen nomini conjunxiſſe, ſed ſæpe his præpoſtere uti. *Hala* ille *Servilius*, item *Gallus Aquilius*, & *Priſcus Neratius* appellantur, cum familiæ nomina *Servilius*, *Aquilius*, *Neratius* ſint: item Græcos ac barbaros cognomina habuiſſe ex Plutarcho in Coriolani vita cognoſcitur. Sed hæc his de rebus hactenus dicta ſint: ſunt enim ſatis, ſuperque nota.

(c) L. 1. *l.* Ejus qui. *ad municip.*

[d] L. In orbe. *de ſtatu hom. auth. ut liberti de cetero. in fin. Nov.* 78.

(e) *Priſcian. lib.* 2. *& Sergio, & Victorino.*

## CAPUT IX.

*De emendatione tertiæ partis Noricorum Digeſtorum.*

REdeo nunc ad noſtras emendationes, & primum caput (f) de bonorum poſſeſſionibus ita ſcribendum eſt: ULPIANUS *libro* XXXIX. *ad edictum. Bonorum poſſeſſio admiſſa commoda, & incommoda hereditaria, itemque dominium rerum, quæ in his bonis ſunt, tribuit. Nam hæc omnia bonis ſunt conjuncta.* Haloander non recte *bonorum poſſeſſione admiſſa tribuitur* ſcripſit. Capite vero primo (g) de operis novi nuntiatione, multis modis erratum eſt, in illis verbis: *Et erit tranſeundum ad interdictum quod vi, aut clam, quod factum erit, ut reſtituatur:* adduntque alii *olim*, ut Accurſius refert. Sed ita ſcribendum eſt, ut Florentiæ: *Nam ſi quid operis fuerit factum, quod fieri non debuit, ceſſat edictum de operis novi nuntiatione, & erit tranſeundum ad interdictum: Quod vi, aut clam factum erit, ut reſtituatur, & quod in loco ſacro, religioſove, & quod in flumine publico, ripave publica factum erit.* Septimo capite (h) ſcribendum: *Et tutor, & curator opus novum recte nuntiant;* non vero, *Et tutori*, vel *actori*, *& curatori novum opus recte nunciatur*, quod multi ſcripſerunt. XLV. caput de damno infecto, (i) de cujus ſcriptura Accurſius dubitat, ita ſcribendum eſt: SCÆVOLA *libro duodecimo quæſtionum. Ædificatum habes, ago, tibi jus non eſſe habere, non defendis: ad me poſſeſſio transferenda eſt.* In Ethruſco tamen libro ante verbum *Ædificatum* ſunt hæc: *à quo fundus petetur ſi rem nolit' circumſcripta tamen, utpote aliena.* Et hoc eſt, quod Accurſius ait, Piſis primum verſiculum eſſe deletum. Nam qui ab eo libro deſcripſerunt veterem delendi morem ignorantes, nobis id reliquerunt, quod nec Haloander, nec Alciatus, (k) nec ceteri recte ſcripſerunt: *à quo fundus* [ ſcribunt ] *petetur, ſi ab illo ædificatum habes.* Quæ verba quantam controverſiam noſtris faciant, ignorat ne-

[f] L. 1. *de bon. poſſ.*

(g) L. 1. §. 1. *de oper. nov. nunt.*

[h] L. Et ſi ſatisdationem. *eod.*

(i) L. A quo fundus. *de damn. inf.*

(k) *Alciat. lib.* 1. *cap.* 8. *parad.*

* Objectum hoc elevat Franciſcus Balduinus in Comm. ad inſtitut. lib. 2. tit. XX. de legat. §. *Si quidem.*

UNED

nemo. Sub titulo de publicanis caput IX. (*a*) ita fere ſcriptum eſt, ut ab Alciato traditur. (*b*) Haloander variat, Florentiæ vero eſt: PAULUS *libro quinto ſententiarum. Locatio vectigalium, quæ calor licitantis ultra modum ſolitæ conductionis inflavit, ita demum admittenda eſt, ſi fidejuſſores idoneos, & cautionem is, qui licitatione vicit, offerre paratus ſit. Ad conducendum vectigal invitus nemo compellitur: & ideo impleto tempore conductionis ea locanda ſunt. Reliquatores vectigalium ad iterandam conductionem ante, quam ſuperiori conductioni ſatisfaciant, admittendi non ſunt.* Hæc ita in Tuſco libro, niſi quod non *ea locanda* ſcriptum initio fuit, ſed *elocanda*, & *A* poſtea additum eſt, ut fortaſſe non male *elocanda* ſit emendandum. Sub titulo de ſtatuliberis III. capite (*c*) *allata* pro *ablata* Haloander, & *meretur* pro *meret* alii ſcribunt; in Ethruſco legimus: *Si quis ſervum juſſum decem dare, & liberum eſſe operari prohibeat: vel ſi quod ex operis ſuis meret, abſtulerit ei heres.* Et poſtea: *Plane ſi ei ablata fuerit pecunia ex operis collecta, liberum fore arbitror.* Caput vero XLII. de liberali cauſa, (*d*) ita ſcribendum eſt: LABEO *libro quarto poſteriorum. Si ſervus, quem emeras, &c. Nec tibi obſtabit rei judicatæ præſcriptio,* (*e*) *Javolenus: Hæc vera ſunt.* Multi ſcribunt *Javoleni hæc verba ſunt*, Haloander *Labeonis hæc verba ſunt*, qui de ſuo inſcripſit hoc caput ita. *Jabolenus libro VI.* ἐπιστολῶν. Error ortus eſt ex errore ſcriptoris Tuſcorum librorum, qui *verba* pro *vera* ſcripſit, ſed *B* expunctum ac deletum eſt; item ex indocti emendatoris audacia, qui *V* poſterius Javoleni delevit. Sed neminem arbitror negaturum, ſupraſcripta cæteris omnibus præſtare, modo idem noverit Javolenum epitomen eorum librorum Labeonis feciſſe. Pomponius ſcribit libro XXXIV. ad Sabinum: (*f*) *Flumina enim cenſitorum vice funguntur, ut ex privato in publicum addicant, & ex publico in privatum.* Non deſiderant hæc emendationem Haloandri, ut *cenſorum* ſcribatur. Nam cenſui agendo cenſitores cenſoribus ſucceſſerunt, non tamen ſimili auctoritate officium id gerebant. De his multæ conſtitutiones ſcriptæ ſunt ſub titulo de cenſibus & cenſitoribus, atque aliis locis, (*g*) & libro L. Digeſtorum ſub ſimili titulo Ulpianus multis de cenſu apud eos agendo tractat. (*h*) Modeſtinus autem libro XXXV. ad Q. Mucium (*i*) non ſcripſit *nec tam levem, quam ab extraneo:* Sed, *ut tamen culpam in damno dando exigere debeamus graviorem, nec tamen levem, quam ab extraneo, ut ab homine libero levem culpam non exigamus, ſi bona fide nobis ſervit, ſin minus, exigi poſſit.* Deinde ait: (*k*) *Quidquid tamen liber homo, vel alienus, quive bona fide nobis ſervit, non adquirit nobis, id vel ſibi liber, vel alienus ſervus domino ſuo adquiret, excepto eo, quod vix eſt ut liber homo poſſidendo uſucapere poſſit: quia nec poſſidere intelligitur; qui ipſe poſſideretur.* Haloander eam ſcripturam ſecutus eſt, quæ aliis [*l*] facilior eſſe videbatur excepto eo, *quod jus eſt, ut liber homo poſſidendo uſucapere non poſſit.* Indigna tamen hæc verba juriſconſulto ſunt; illa vero elegantia, quibus ſignificatur, non facile dici poſſe, ut is liber homo poſſit uſucapere: qui ne poſſidere quidem intelligitur, cum ab alio poſſideatur. Sed & in eodem verbo emendandum eſt ſub titulo de judiciis (*m*) quod Haloander immutavit, & ſcribendum: *Vix certis ex cauſis adverſus dominos ſervis conſiſtere permiſſum eſt.* In Norico libro eſt *in certis cauſis*, ſed illud habet neſcio quid modeſtiæ, atque elegantiæ, & hoc loco concedere videtur, illo altero negare. Sic Paulus: (*n*) *Vix eſt enim, ut non videatur alienare, qui patitur uſucapi*, hoc eſt*: rarus ille caſus eſt*, aut *videtur enim, niſi fallor, alienare*, aut ſi quo alio modo interpretari velis. Et Juſtinianus libro II. inſtitutionum: (*o*) *Vix receptum eſſe videtur, ut hoſpitem ei recipere liceat*, hoc eſt*: jus controverſum fuit, & prope fuit, ut non licere diceretur.* Pomponius vero ait: [*p*] *Ex die quoque certa adſignari poteſt, ſed uſque in diem certum vix poteſt; nam ipſe ſenatus huic negotio finem præpoſuit*, ideſt, *mihi videtur concedendum non eſſe, ut poſſit:* atque ita aliis locis. (*q*) Similem modeſtiam habent hæc verba *prope eſt*, aut *pæne eſt*, aut *parum*: quæ mutata etiam in Noricis libris ſunt: *Quod ab alio, nomine ipſius, præſente eo datur, prope eſt, ut ab ipſo datum intelligatur*: (*r*) Haloander *proprie eſt*: ſed illud elegantius, & verius. Sic Menander libro II. de re militari: (*s*) *Si bonus miles antea æſtimatus fuit, prope eſt, ut adfirmationi ejus credatur.* Item Proculus: [*t*] *Proprius eſt tamen, ut hoc eum ſenſiſſe exiſtimem, deducto ære alieno potero*, & alii aliis locis. [*u*] Ejuſmodi eſt etiam, quod in quadam conſtitutione [*x*] dicitur, *pæne eſt, ut quadam dediti ſervitute videantur.* Sic Javolenus intelligendus eſt, ſub titulo de diverſis regulis: (*y*) *Omnis*, inquit, *definitio in jure civili periculoſa eſt: parum eſt enim, ut non ſubverti poſſit*, etſi Budæo atque Haloandro placuerit *rarum.* Quæ emendatio ab optimorum librorum ſcriptura non multum diſcedit. Reperi tamen apud Conſtantinum libro I. titulo XIII. ita verſam græce eam regulam πᾶς νομικὸς κανῶν σαθρός ἐστιν. εὐχερῶς γὰρ ἀνατρέπεται. quamvis libro ultimo εὐερχῶς ſcribatur; ſed illud *facile* ſignificat, hoc neſcio, quod ſibi velit. *Facile*, itaque ait, *ſubverti poteſt*, quod Javolenus *parum eſt, ut non ſubverti poſſit.* Sed & illud animadvertendum eſt, Græcos definitionem regulam interpretari, non illam, quam ὅρον appellant. Neque eos audio, qui alteram *diffinitionem*, alteram *definitionem* ſcribendam eſſe contendunt: ut neque eos, qui inter *venditio* & *vindico*, *charum* & *carum*, *venire* & *vænire*, differentiam conſtituunt: eſt enim Florentiæ in quacumque ſignificatione *definitio*, *carus*, *vindico*, & *venire.* Sed reliqua videamus.

Sub

[a] *L.* Locatio. *alias* Licitatio. *de publ.*
(b) *Alc. lib.* 1. *cap.* 12. *diſpunct.*
(c) L. 3. §. Si quis ſervum. *de ſtatulib.*
(d) L. Si ſervus. *de lib. cauſ.*
(e) Proſcriptio. *Fl.*
(f) L. Ergo. §. Alluvio. *de adq. rer. dom.*
(g) L. 1. C. *de imm. nem. conc. lib.* 10. *l.* Si qui a priori. C. *de fund. patr. lib.* 11.
(h) L. Forma. *de cenſib.*
[i] L. Homo liber. *de adq. rer. dom.*
(k) §. *ult. d. l.*
(l) *Alex. l.* 1. *nupt.* 12. *Jaſ.* 31. *de adq. poſſ.*
(m) L. Vix certis. *de judic.*
[n] L. Alienationis. *de verb. ſign.*
(o) §. 1. *de uſur. & hab.*
(p) L. *ult. de adſig. lib.*
[q] L. Tutor pupilli. *in princ. ad S. C. Vell. l.* Si ſervus. §. Qui quinque. *de legat.* 1. *l.* Adeo. §. Cujus. *de adq. rerum dom. l.* Ubi autem. §. Qui vero. *de verb. obl.*
(r) L. Quod ſtatuliber. *de mor. cauſ. don.*
(s) *L.* Non omnes. §. A barbaris. *de re milit.*
(t) L. Nepos Proculo. *de verb. ſign.*
(u) L. Sed ſi manente. *de prec. l.* Liber homo. 2. *de verb. obl.*
(x) L. 2. C. *in quib. cauſ. colon. do. acc. poſſ. lib.* 10.
[y] L. Omnis definitio. *de diverſ. reg. jur.*

Sub titulo, quibus ex cauſis in poſſeſſionem eatur, ita ſcribendum eſt: (*a*) *Utrum ergo omnes bona ejus vendere poſſunt, quia latitat, hoc eſt, etiam hi, adverſus quos non latitat, quia verum eſt eum latitare: an vero is ſolus, adverſus quem latitat? Et quidem verum eſt, eum latitare, & fraudationis cauſa latitare, etſi non adverſus me latitet: Sed illud ſpectandum Pomponius putat, an adverſus me, eumque ſolum poſſe hinc venditionem impetrare, adverſus quem latitetur. Latitare autem eſt cum tractu aliquo latere, quemadmodum factitare, frequenter facere.* Quæ mendoſa in omnibus libris ſunt. Sub titulo de ſeparationibus Accurſiana dubitatio auferenda eſt. Ita enim Papinianus ſcribit: [*b*] *Utrum portio cum cæteris heredis creditoribus ei quærenda erit: an contentus eſſe debebit bonis, quæ ſeparari maluit?* Item alia ſub titulo quæ in fraudem; eſt enim apud Scævolam ſcribendum: (*c*) *Reſpondit, creditorem non idcirco prohibendum a perſecutione pignorum, quod in vetus creditum, ut obligaretur, pactus eſſet: niſi id* (*d*) *& in fraudem cæterorum creditorum factum ſit, & ea via juris occurratur, qua creditorum fraudes reſcindi ſolent.* Sub titulo de tabulis exhibendis verba edicti in Norico libro mutata ſunt nulla de cauſa. Nam Florentiæ ita legimus: [*e*] ULPIANUS *lib.* LXVIII. *ad edictum Prætor ait: Quas tabulas Lucius Titius ad cauſam teſtamenti ſui pertinentes reliquiſſe dicetur, ſi hę penes te ſunt, aut dolo malo tuo factum eſt, ut deſinerent eſſe, ita eas illi exhibeas.* Miror etiam ſub titulo de liberis exhibendis ſcripſiſſe: [*f*] *Proxime autem ætatem prætextati accedere eum dicimus, qui impuberem ætatem nunc ingreſſus eſt*: cum *puberem*, vel Accurſio teſte, in multis libris habeatur. Sed aliud etiam eſt hoc loco mendum: quamobrem Ethruſci libri ſcripturam referam, qua nihil dici poteſt elegantius: *In hoc interdicto* [inquit Ulpianus] *donec res judicetur, fœminam, prætextatum, eumque, qui proxime prætextati ætatem accedet, interim apud matremfamilias, deponi Prætor jubet. Proxime ætatem prætextati accedere eum dicimus, qui puberem ætatem nunc ingreſſus eſt.* In puerilibus veſtimentis togas prætextas Ulpianus numerat, (*g*) quæ ita appellabantur, propterea quod purpura eſſent prætextæ. His ad pubertatem pueri, ac puellæ utebantur: quo tempore togam puram, quam virilem appellabant, pueri ſumebant. Ejus rei originem Macrobius libro I. Saturnalium, & Plinius libro VIII. tradiderunt: (*h*) ex eo uſu prætextati, pueri ſignificantur; & cum injuriam facere dicitur, *qui matremfamilias, aut prætextatum, prætextatamve affectatus fuerit:* (*i*) qui pueros ingenuos affectatus fuerit, feciſſe injuriam dicetur. Apud Paulum libro V. ſententiarum titulo de injuriis, quod libro XLVII. Digeſtorum ſub titulo de extraordinariis criminibus ſcripſit Tribonianus: (*k*) *Qui puero ſtuprum abducto ab eo, vel corrupto comite perſuaſerit, aut mulierem, puellamve interpellaverit, quidve impudicitiæ gratia fecerit, donum præbuerit, pretiumve, quo is perſuadat, dederit: perfecto flagitio punitur capite, imperfecto, in inſulam deportatur: corrupti comites ſummo ſupplicio adficiuntur*; illic inquam ſcriptum eſt: *Qui puero prætextato ſtuprum, aliudve flagitium abducto ab eo, vel corrupto comite perſuaſerit.* Eſtque Florentiæ id caput ita inſcriptum: PAULUS *libro quinto ſententiarum*: & ut ſcripſi, *donum præbuerit*, non *domum*, ut vulgo, illic legi. Quod mendum in ſententiis quoque Pauli eſt, in quibus initium quoque ejus capitis eodem loco reperitur, mediam tamen ſententiam non inveni. Jam itaque conſtat, prætextatos pueros ſignificare, proxime vero ætatem prætextati accedunt, *qui nunc puberem*, inquit Ulpianus, *ætatem ingrediuntur*; ut proximus infantiæ eſſe dicitur, qui infans eſſe nuper deſiit. [*l*] Prætextatos magiſtratus quoque Romanos inceſſiſſe, Budæus tradit; idque multis locis a Cicerone, ac aliis ſignificatur, ut in peroratione Seſtianæ. *Video*, inquit, *P. Lentulum, cui ſuperior annus, idem & virilem patris, & prætextam populi judicio togam dederit.* Titulus vero, qui vulgo de actionibus & obligationibus ſcribitur, multo melius Florentiæ de obligationibus & actionibus. Nam prius ſub eo de obligationibus tractatur multis capitibus, & ad verborum obligationem, de qua proximo titulo ſcribitur, ideſt multo accommodatius: & ita hic titulus in quadam Juſtiniani conſtitutione appellatur, (*m*) & ſimilis eſt libro IV. Codicis, ut ab Haloandro ſcriptum fuit. Sub titulo judicatum ſolvi caput VII. (*n*) ab Haloandro mancum editum eſt, propter Politiani, ut arbitramur, dubitationem: in ejus enim libro notata eſſe vidimus ea verba, quæ Noricus liber non habet: cæteri habent. Cur vero Politianus dubitaverit, ignoramus: ſcribendum itaque eſt hoc pacto: GAJUS *libro XXVII. ad edictum provinciale. Si ante acceptum judicium prohibitus fuerit procurator a domino, & actor ignorans prohibitum eum eſſe, egerit: an ſtipulatio committatur? & nihil aliud dici poteſt, quam committi. Quod ſi quis ſciens prohibitum eſſe, egerit: Julianus non putat ſtipulationem committi.* Ab Haloandro contraria ſententia ſcripta eſt. *Si ante acceptum judicium prohibitus fuerit procurator a domino, & actor ignorans prohibitum eſſe egerit: Julianus non putat ſtipulationem committi.* Eodem capite ſcribendum eſt: *Non committitur ſtipulatio: nam & alias reſponſum eſſe &c.* Haloander vero ſcripſit non committi ſtipulationem, & alias. Sed hic error in Noricis tantum libris, ille in multis ſub titulo ratam rem haberi, cap. XVI. (*o*) de cujus ſcriptura Accurſius dubitat: POMPONIUS *libro III. ex Plautio. Si indebitum procuratori ſolutum ſit: agi ſtatim ex hac ſtipulatione adverſus procuratorem poteſt, ut ratum habeat dominus: ut poſſit dinoſci, utrumne domino condici debeat id, quod indebitum ſolutum ſit.* Sed Florentiæ

(a) L. Fulcinius. §. Utrum. *quib. ex cauſ. in poſſ. eat.*

(b) L. Debitor. *de ſeparat.*

(c) L. Cum in vetus. *quæ in fraud. cred.*

[d] *Additum eſt. Fl.*

(e) L. 1. *de tab. exhib.*

(f) L. Deinde. *in fin. de liberis exhib.*

[g] L. Veſtis. *de auro argent.*

(h) *Vidend. Bud. l. ult. de ſenat.*

(i) §. 1. *de injur.*

(k) L. 1. *in fine. de extraord. crim.*

(l) §. Pupillus. *de inut. ſtip.*

[m] L. 2. §. Sexta. C. *de vet. jur. en.*

[n] L. Si ante. *jud. ſolvi.*

(o) L. Si indebitum. *ratam rem hab.*

tiæ verbum *dinoſci* ex *dominoſci* factum eſt, ex quo *domino condici* aliqui ſcripſerunt. Haloander *diſcerni* ſolum pro *dinoſci* ſcripſit.

Major varietas eſt ſub titulo quando appellandum ſit. Nam Florentiæ ita ſcribitur: *(a)* ULPIANUS *libro primo de appellationibus. Si quidem in inſulam deportandum adnotaverit præſes provinciæ, & imperatori ſcripſerit, ut deportetur: videamus, quando ſit provocandum, utrum cum Imperator ſcripſerit, an cum ei ſcribitur? & putem, tunc eſſe appellandum, cum recipi eum præſes jubet: ſententia prolata, Imperatori ſcribendum, ut deportetur.* Haloander multo aliter, & alii aliis modis, quæ cum improbanda ſint, referre non eſt neceſſe. Arrius Menander libro II. de re militari ſcripſit: [*b*] *Siquis commilitionem vulneravit: ſi quidem lapide, militia reicitur; ſi gladio, capital admittit.* Calliſtratus libro quinto cognitionum: [*c*] *Alia quoque lege Agraria, quam Divus Nerva tulit, cavetur, ut ſi ſervus, ſervave, inſciente domino, dolo malo fecerit, ei capital eſſet.* (*d*) Utroque loco antiquum verbum ignoratum eſt, & maluerunt *caput amittit*, aut *capitale eſſe*, vel *ſit* ſcribere. Eſt autem *capital*, ut Nonius Marcellus ſcribit, capitis periculum, aut crimen capite vindicandum: quo uſum eſſe arbitror Ciceronem in fictis illis legibus, quæ falſo XII. Tabularum eſſe creduntur libro III. de legibus: *Vincula* inquit, *ſontium ſervanto, capitalia vindincanto.* Sub titulo de extraordinariis cognitionibus ſcribendum eſt: (*e*) *Non tamen ſi incantavit, ſi imprecatus eſt, ſi ut vulgari verbo impoſtorum utar, ſi exorcizavit, non ſunt iſta medicinæ genera.* Scribunt alii *ut vulgari verbo in poſterum utar*, ſed illud Florentiæ. *Impoſtura* autem ſtellionatus crimen eſt, ſi in necem alterius fiat: (*f*) quod verbum ab imponendo, hoc eſt, decipiendo manavit. Sub titulo de cenſibus apud Ulpianum ſcribatur oportet: (*g*) *Eſt & in Bithynia colonia Apamena, & in Ponto Sinopenſis, eſt & in Cilicia Selinus, & Trahianopolis.* Vulgo *in Sicilia* ſcribitur, in quo Nebriſſenſis noſter torquetur. Et apud Paulum: (*h*) *In Lyſitania Pacenſes & Emeretenſes juris Italici ſunt: idem jus Valentini & Illicitani habent* (ſic enim arbitratur Lælius noſter eſſe ſcribendum, & ſi Florentiæ *Licitani*, aut *Lucitani* eſſe videbatur) *Barcinonenſes quoque ibidem immunes ſunt.* Haloander *Lucentini*, & *Barcinomenſes*; alii *Luſitani*, aut *Liſitani* aut *Lacetani & Burgundionenſes.* Sed mirandum eſt, cur a Paulo ſinguli populi numerentur: cum C. Plinius libro tertio ſcribat Veſpaſſianum Cæſarem univerſæ Hiſpaniæ, jus Latii tribuiſſe.

(a) *L.* 1. *qua app. ſit.*

(b) *L.* Omne delictum. §. Si quis. *de re milit.*

(c) *L. ult. de term. mot.*

(d) eſſe. *Fl.*

[e] *L.* 1. §. Medicos. *de extraord. cog.*

(f) *L.* 3. §. Item ſi quis. *ſtellionatus.*

(g) *L.* 1. *in fine. de cenſib.*

(h) *L. ult. eod.*

Finem hoc loco, quaſi in patria, a longa hac, ſed non ingrata peregrinatione feciſſem, niſi mihi hæc iterum legenti viſum eſſet prætereundum non eſſe, quod ſuo loco ſcribere ſum oblitus. Non recte Haloandrum inſcriptionem primi capitis [*i*] de legatis abſtuliſſe. Eſt enim illud caput ita Florentiæ ſcriptum: ULPIANUS *libro ſexageſimo ſeptimo ad edictum. Per omnia exæquata ſunt legata fideicommiſſis.* Arbitror tamen ejus ſententiæ exceptiones, quas fortaſſe Ulpianus adſcripſerat, Tribonianum deſcribere noluiſſe: ne contra Juſtiniani conſtitutiones faceret. Haloandri vero conſilium in tribus illis libris *de legatis* appellandis probo, etſi Florentiæ *De legatis & fideicommiſſis* ter ſcriptum ſit, neque adjectum *liber primus*, *ſecundus*, *tertius*: tamen in indice titulorum miniatis litteris ſcriptum eſt. *Incipit liber primus de legatis & fideicommiſſis, ex ordine liber trigenſimus.* Deinde nigris: *De legatis & fideicommiſſis.* Poſtea miniatis: *Incipit liber ſecundus de legatis & fideicommiſſis, ex ordine trigenſimus primus.* Atque iterum illud ipſum *de legatis & fideicommiſſis.* Poſtea: *incipit liber tertius de legatis, ex ordine trigenſimus ſecundus:* & tertio ſcriptum eſt. *De legatis, & fideicommiſſis*, & ſi ex hac eorundem verborum repetitione mendoſus hic locus fuerit, ſed recte emendatus eſt. Hoc autem recte factum in illo indice eſt, quod ſingulis libris additur quotus univerſi operis ſit, item partis ejus, in qua is eſt. In quo etiam Norici libri emendandi ſunt libro V. & libro XII. Nam licet ab his libris pars ſecunda de judiciis, & pars tertia de rebus incipiant: tamen Florentiæ libri quinti titulus primus eſt, *de judiciis, & ubi quiſque agere, vel conveniri debeat*: duodecimi vero *De rebus creditis, ſi certum petetur, & de condictione.* Recte autem initio quintæ partis, quæ de teſtamentis appellatur, titulus eſt I. *Qui teſtamenta facere poſſunt, & quemadmodum teſtamenta fiant.* Et ex hoc loco, in quo de teſtamentis titulus non erat, ſuſpicatus eſt, de judiciis, & de rebus creditis, ſcribenda non eſſe. Hæc ſunt, Mai, quæ mihi potiſſimum emendanda eſſe videbantur.

[i] *L.* 1. *de legat.* 1.

AN-

# ANTONII AUGUSTINI

## EMENDATIONUM, ET OPINIONUM LIBRI QUARTI

## *Ad Antonium Pernotum Pontificem Atrebatenſem*

### *PRÆFATIO.*

CUm ante quattuor annos tecum Patavii Marianum Socinum audirem, memini te mihi ſæpe eſſe pollicitum ob illam obſervantiam, qua te, tuaque omnia colebam, animum ſemper me tuum, & amicum, & benevolum cogniturum. Sed cum poſtea te Cæſar Pontificiis iſtis ſacris præfeciſſet, & in conſilio ſuo cum clariſſimo viro patre tuo intereſſe voluiſſet, me vero And. Alciatus noſter huc evocaſſet: longiſſimo locorum intervallo disjunctus tibi in totius reipublicæ Chriſtianæ negotiis occupato nihil ad hanc diem ſcribendum putavi. Nunc vero cum cognoviſſem, te cum Cæſare in totius Citerioris Hiſpaniæ conventu futurum: ad eam familiaritatem, quæ inter parentes noſtros fuit, & præſentem fratrum meorum cum optimo viro patre tuo conſuetudinem, volui hanc noſtram ſtudiorum conjunctionem renovare: ut eodem tempore ſcias, & ipſis oculis cernas, neminem eſſe noſtrum, qui non tecum, cumque parente tuo multis neceſſitudinis vinculis conjungatur. Mitto etiam ad te ex opere multorum dierum, quod noſtræ diſciplinæ ſtudioſis omnibus paro, excerpta quædam ad Alciati præceptoris noſtri imitationem. Neque enim exiſtimo, te illorum probare ſententiam, qui juris ſcientiam carere volunt omni non ſolum ornatu, ſed etiam ſucco, & ſanguine, qui ex utriuſque linguæ cognitione, antiquitatis, temporumque peritia toto corpore cognoſcitur eſſe diffuſus. Cujus rei ſuperioribus diebus permulta deprehendi ſigna in Florentinis Pandectis, quas dum tu, illuſtriſque vir pater tuus Senenſem Rempublicam conſtituebatis, contuli cum meis. Nihil enim tam eſſe mendoſum reperi, quam quæ eſſent, aut græce ſcripta, aut ob latinæ dictionis elegantiam, temporumque antiquitatem ignorata. Ejuſmodi, quæ ad te mitto, ſunt: quæ ita accipias velim, ut obſervantiſſimum tui me eſſe teſtentur.

# ANTONII AUGUSTINI
## EMENDATIONUM, ET OPINIONUM
### LIBER QUARTUS.

## CAPUT I.

*Pomponii locus libro tertio de legatis emendatus, quidque illic* viſceratio *ſignificet, declaratum.*

POmponius capite LII. (*a*) de legatis libro tertio in Norico libro omnium editorum minus mendoſo, ita ait: *Si tibi pure legavero, deinde poſtea ſcripſero ita: Hoc amplius, ſi navis ex Aſia venerit, heres meus ei fundum dato: verius eſt, eo verbo hoc amplius, ſuperiora repeti. Sicuti dicimus, Lucius Titius plebi quina dedit, hoc amplius Sejus, hujuſmodi enim ratione quina Sejum quoque dediſſe intelligimus.* Quod ſi Pomponius ſcripſiſſet, nemini probare poſſet, hoc illi ſimile eſſe: cum enim nihil dicatur hic datum, neceſſario quina illa repetuntur. At priori exemplo fundus datus eſt ei, cui alia erant data. Eſt igitur ſcribendum, ut Florentiæ reperimus: POMPONIUS *libro ſeptimo ad Sabinum. Si pure tibi legavero, deinde poſtea ſcripſero ita, hoc amplius, ſi navis ex Aſia venerit, heres meus ei fundum dato: verius eſt eo verbo amplius ſuperiora repeti. Sicuti dicimus, Lucius Titius plebi quina milia dedit, hoc amplius Sejus viſcerationem: quina milia quoque Sejum dediſſe intelligimus. Et Titius accepit quinque, Sejus hoc amplius fundum, Sejum quinque quoque accepiſſe intelligimus.* Unius ſolius verbi ignoratione noſtri illud caput corruperunt: & pro *viſceratione, hujuſce ratione* librarii ſcripſerunt. Erat autem viſceratio, cum carnis epulum plebi dabatur. Cicero libro II. de officiis: *Omnino duo ſunt genera largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales. Prodigi, qui epulis, & viſcerationibus, & gladiatorum muneribus, ludorum venationumque apparatu pecunias profundunt.* Livius libro VIII. *P. Plautio Proculo, P. Cornelio Scapula Coſs. populo viſceratio data a M. Flavio in funere matris.* Latinis quoque feriis viſcerationem dari proditum eſt. Nam & Cicero in oratione Planciana ait: *Niſi forte te Lavicana, aut Bovillana, aut Gabina vicinitas adjuvabat, quibus e municipiis vix jam, qui carnem Latinis petant, inveniuntur.* Et Varro libro II. de lingua latina: *Similiter Latinæ feriæ dies conceptivus dictus a Latinis populis, quibus ex Albano monte ex ſacro carnem petere fuit jus cum Romanis.* Plinius quoque major libro III. [*b*] *Cum his carnem in monte Albano ſoliti accipere populi Albenſes, Albani, Æſolani, & cæteri.* Idque eſt, quod Pomponius capite poſteriori de origine juris [*c*] ait, Latinarum feriarum cauſa præfectum urbi introductum, ut recte Zaſius interpretatur. Viſcerationem Budæus capite ultimo ſi menſor falſum modum dixerit: *creanomian* appellari a Græcis ait, a dividenda carne. Epuli vero mentio fit libro primo de legatis cap. CXIX. [*d*] & ludorum, & venationum his verbis: PAULUS *libro tertio regularum. Civitatibus legari poteſt etiam quod ad honorem, ornatumque civitatis pertinet. Ad ornatum, puta quod ad inſtruendum forum, theatrum, ſtadium legatum fuerit. Ad honorem, puta quod ad munus edendum, venationemve, ludos ſcænicos, ludos circenſes relictum fuerit, aut quod ad diviſionem ſingulorum civium, vel epulum relictum fuerit.*

(a) L. Si tibi pure. *de legat.* 3.

[b] *Cap. V.*

(c) L. 2. §. quoties autem. *de orig. jur.*

(d) L. Civitatibus *de legat.* 1.

## CAPUT II.

*Eodem libro* rhapſodiæ *verbum Ulpiano reſtitutum.*

SImilis error eſt eodem libro, (*e*) ſed minus nocuit. Cap. L. *Si Homeri*, inquit Ulpianus, *corpus ſit legatum: quantæcumque partes inveniantur, debentur.* Quod ita ſcribendum eſt: *quantæcumque rhapſodiæ inveniantur, debentur.* Appellantur autem eo nomine Homeri ſinguli libri ἀπὸ τῦ ῥάπτειν, ϗ ᾠδὴν. Eſt autem his librariis, qui ex Florentinis libris deſcripſerunt, ignoſcendum, quod illic pro *rhapſodiæ*, *parſhodiæ* ſcriptum fuit præpoſtero litterarum ordine: unde factum, ut ante Noricam editionem *partes hodie* ſcriptum fuiſſe videamus. Scriptores vero Florentinarum Pandectarum ſæpe in ejuſmodi genere errorum inciſſe deprehendimus. Nam cap. IX. de ſervo corr. pro *ſubreptus ſubpertus* ſcripſerunt, & cap. I. depoſiti *jurnæ* pro *ruinæ*, & XL. de contr. empt. *domus* pro *modus*, & XVI. ad S. C. Treb. *ſuſceptam* pro *ſuſpectam*, & cap. I. de conjung. cum emanc. *nepotum quantibus*, pro *quantum nepotibus*, & cap. LXIII. de furtis *damnatum* pro *mandatum*.

(e) L. Librorum. §. Si Homeri. *de legat.* 3.

## CAPUT III.

*Alter Ulpiani locus emendatus, in quo pro* ſynopſi, ſi opus ſit, *legebatur.*

GRæcum quoque verbum alteri Ulpiani loco reſtituendum, quem ſaucium, mancumque Haloander edidit. Sub titulo de rebus eorum (*a*) qui ſub tutela, vel cura ſunt, cap. V. Ulpianus ait, Prætorem requirere debere, cum ab eo poſtulatur, ut permittat rem pupilli diſtrahi, de fortunis pupilli. *Requirat ergo*, inquit, *neceſſarios pupilli*, *vel parentes*, *vel libertos aliquos fideles*, *vel quem alium*, *qui noticiam rerum pupillarium habeat: aut*, *ſi nemo invenitur*, *aut ſuſpecti ſunt*, *qui inveniuntur*, *jubere debet edi rationes. Itemque ſi opus ſit*, *pupillarium bonorum advocatum pupillo dare*, *qui inſtruere poſſit Prætoris religionem*, *an adſentire venditioni*, *vel obligationi debeat.* Sic Noricus Haloander edidit, in margine tamen adſcripſit: *alias*, *Item qui* σύνωψ *ſit pupillarium bonorum*, *advocatumque pupillo dare.* Alii ediderunt: *Itemque ſi inops ſit pupillarium bonorum &c.* Quæ omnia quid ſibi velint, alii viderint. Nos, quid Florentiæ ſcriptum ſit, tradamus. Sic autem eſt: *Aut ſi nemo inveniatur*, *aut ſuſpecti ſint*, *qui inveniuntur*, *jubere debet edi rationes*, *itemque ſynopſin bonorum pupillarium*, *advocatumque pupillo dare &c.* Eſt autem *ſynopſis* compendium, quod inventarium, aut repertorium alio loco Ulpianus appellat, ἀναγραφὴν alio: (*b*) *Ego*, inquit, *puto creditoribus inſtrumentorum etiam* ἀναγραφὴν *facere: non ut deſcribant ipſa corpora inſtrumentorum*, *ſed quot ſint*, *de qua re ſint*, *ſubnotent ſibi*, *& quaſi inventarium faciant: quod etiam univerſorum facere eis erit permittendum.* Quæ Ulpiani verba ea de cauſa adſcripſi, quod non ſatis recte in Norico, & Alciati præceptoris libro II. [*c*] Parerg. ſcripta ſunt. In Laurentiana bibliotheca Florentinarum nobiliſſima aliquot græcorum juriſconſultorum epitomes vidimus, in quibus Michaelis quoque Pſelli verſibus *Synopſis legum* ſcriptus eſt. Qui liber non eſt, quod tantopere deſideretur, quanto cæteri, ex quibus multa, quæ in noſtris libris aut deſunt, aut mendoſe ſcripta ſunt, aut obſcure, intelligi, & ſuppleri poſſent.

(a) L. Magis puto. §. In primis. *de reb. eor.*

(b) L. tutor qui rep. *de adm. tut.* *l.* cum plures. *de reb. auc. jud. poſſ.*

(c) *Cap.* 25.

## CAPUT IV.

*Cap. I. de Furtis emendatum*, *& furtorum genera*, *& pœnæ explicatæ.*

CAput primum de furtis [*d*] ſic Florentiæ ſcriptum eſt: PAULUS *libro trigenſimo nono ad edictum. Furtum a furvo*, *ideſt nigro dictum Labeo ait*, *quod clam*, *& obſcuro fiat*, *& plerumque nocte: vel a fraude*, *ut Sabinus ait: vel a ferendo*, *& auferendo: vel a Græco ſermone*, *qui* φῶρας *appellant fures*, *immo & Græci* ἀπὸ τοῦ φέρειν φῶρας *dixerunt. Inde ſola cogitatio furti faciendi non facit furem. Sic is*, *qui depoſitum abnegat*, *non ſtatim etiam furti tenetur: ſed ita*, *ſi id intercipiendi cauſa occultaverit.* In Norico vero libro ita legitur: *Et a ferendo*, *ideſt auferendo*, *vel a Græco ſermone*, *quod* φῶρας *appellant fures*, *immo & Græci a ferendo* φῶρας *dixerunt. Sola tamen cogitatio furti faciendi non facit furem.* Alciatus noſter libro I. (*e*) Diſpunctionum *vel a ferendo*, *ſeu auferendo*, *vel a Græco ſermone*, *qui* φῶρας *appellant fures*, *immo & Græci dixere* παρὰ τὸ φέρειν. Cætera non attigit, quæ nos animadvertenda putavimus: quod ratio reddita eſt, cur ſola cogitatio furtum non faciat. Si enim a ferendo utraque lingua fures dicti ſunt, neceſſe eſt, ut fures contrectando ferant. Neque quemquam moveat, quod *a Græco ſermone*, *qui* φῶρας *appellant fures*, *Florentiæ*, *& in Alciatino libro ſcriptum ſit*: eſt enim id dicendi genus aliis locis uſurpatum. Ut quod ſub titulo de verborum ſignificatione (*f*) dicitur: *Glandis appellatione omnis fructus continetur*, *ut Javolenus ait*, *exemplo Græci ſermonis*, *apud quos omnes arborum ſpecies* ἀκρόδρυα *appellantur.* Et cap. II. qui petant tutores. εἰσὶ δέτινες οἷς ἐπαναγκές ἐςιν αἰτεῖν ἐπιτρόπους, οἷον μήτηρ, καὶ ἀπελεύθεροι. ἐκ τούτωνγὰρ αἱ μὲν ζημιοῦνται, οἱ δὲ καὶ κολάζονται. *Sunt autem*, inquit, *aliqui*, *quos petere tutores eſt neceſſe*, *puta mater*, *& liberti*, *e quibus illæ damno*, *hi pœna plectuntur.* Diomedes antiquus grammaticus anaphora figura hæc dicendi genera defendit, ut illud Salluſtianum: *Sed antea item conjuravere pauci*, *in quibus Catilina: de qua quam breviſſime potero dicam.* Et alio loco: *Interea ſervitia repudiabat*, *cujus initio ad eum magnæ copiæ concurrebant.* Omnibus etenim his locis alio refertur relatio, quam ſupra ſcriptum eſt. Sed ad furta redeamus, & ad definitionem furti, quam uno verbo Haloander fraudavit in Digeſtorum & Inſtitutionum editione, namque utroque loco eadem de furti definitione, & etymologia traduntur: *Furtum* (*g*) *eſt contrectatio rei fraudulosa*, *lucri faciendi gratia*, *vel ipſius rei*, *vel etiam uſus ejus*, *poſſeſſioniſve*, *quod lege naturali prohibitum eſt admittere.* Haloander enim verbum *rei* priori loco omiſit, exiſtimans fortaſſe præſtare ſic definire, ut furtum dicatur, cum quis rem ipſam, aut ejus uſum, poſſeſſionemve fraudandi animo contrectat. Theophilus vero inſtitutionum græcus interpres ita definit, ut furtum ſit *alienæ rei fraudulenta contrectatio*, *quæ damno alium afficit*, *aut ipſius rei*, *aut uſus*, *aut poſſeſſionis.* Quæ definitio propius ad Florentinam, quam ad Noricam definitionem accedit. Quod vero additur lege naturali furtum prohibitum eſſe, Ulpiani ſententia confirmatur libro LVII. ad edictum: (*h*) *Probra quædam natura turpia ſunt*, *quædam civiliter*, *& quaſi more civitatis: ut puta furtum*, *adulterium natura turpe eſt*, *enim vero tu-*

(d) L. 1. *de furt.*

[e] *Cap.* 10.

[f] L. qui venenum. §. *ult. de verb. ſig.*

(g) L. 1. *de furt.* §. 1. *inſtit. de obl. quæ ex del. naſc.*

(h) L. Probrum. *de verb. ſign.*

*tutelæ damnari hoc non natura turpe eſt, ſed more civitatis.* Neque enim Alciatum noſtrum audio, dum probare ſe alicui putat, eo capite Ulpianum nolle furtum natura turpe eſſe dicere, ſed more civitatis, quod Ægyptii, & Lacedæmonii impunita furta reliquiſſent. Quaſi vero perverſæ aliquorum mentes poſſint quicquam ex divina omnium conſenſione pervertere? Apud Perſas a matrum concubitu non abſtinere jus erat: non igitur id natura probrum eſt? Qua in re ridiculus eſt Conſtantinus Harmenopulus libro primo προχείρου, qui jus gentium ita definit: *Jus, quo gens aliqua, aut aliquæ gentes utuntur, ut puta matribus commiſceri apud Perſas, & ab eis abſtinere apud Græcos.* Sed & Theophilus [a] ſimili errore decipitur, cum exiſtimat, furem jure gentium pecunia mulctandum, quod nos perſimili damno affecit. Hic enim & ſi fatetur jure gentium furtum eſſe prohibitum, tamen eam pœnam naturalis ratio non inter omnes homines conſtituit. (*b*) Nam, ut illos prætaream, qui furto favebant, Draco Athenis fures capite puniri juſſit: & ex lege Duodecim tabularum non ſolum nocturnum furem occidere ſemper licebat, & eum, qui interdiu ſe telo defendebat: (*c*) ſed & manifeſti fures liberi verberabantur, & his addicebantur, quibus furtum feciſſent, ſervi verberibus cæſi de ſaxo præcipitabantur. Cujus rei Gellius libro XI. (*d*) auctor eſt. Et ob eam rem Theophilus ſub titulo de perpetuis & temporalibus actionibus capitalem pœnam furi in XII. tab. indictam ait. Illud itaque tenendum eſt, furtum natura prohibitum, probrumque eſſe; quod non poſſe bono animo fieri Pontificii tradidere. (*e*) Quid enim magis juri, & juſtitiæ adverſum? *Juſtitia eſt*, inquit Ulpianus, [*f*] *conſtans, & perpetua voluntas jus ſuum cuique tribuendi.* Juris præcepta ſunt hæc: honeſte vivere, alterum non lædere, ſuum cuique tribuere. At qui alterum ſuis rebus privat, adverſus hæc tria facit.

Furtorum autem genera quattuor apud veteres fuerunt, hodie duo tantum. Cajus libro poſteriori inſtitut. tit. ult. *Furtorum autem genera ſunt quattuor, manifeſti, nec manifeſti, concepti, & oblati. Manifeſtum furtum dicitur, ſiquando fur cujuſcumque rem tollit, & in ipſo furto deprehenditur: nec manifeſtum furtum appellatur, quod quamlibet, dum fieret, inventum non eſt, tamen furtum fuiſſe probatur: conceptum furtum dicitur, cum res furtiva alicui ita a fure datur, ut apud ipſum furem inveniri non poſſit.* Quæ eodem modo fere Paulus ait libro II. ſent. ſub titul. de furtis. Et quidem de manifeſto, & nec manifeſto ſatis multa a noſtris dicuntur, de oblato vero, & concepto Paulus ſic ait: *Concepti actione is tenetur, apud quem furtum quæſitum, & inventum eſt: Oblati actione is tenetur, qui rem furtivam alii obtulit, ne apud ſe inveniretur. Concepti is agere poteſt, qui rem concepit, & invenit: Oblati is agere poteſt, penes quem res*

[a] *Theoph.* §. Jus autem. *de jure natur.*

(b) *arg.* L. Omnes. *de juſt. & jur.*

(c) *L.* Si pignore. *de fur. l.* itaque, *ad l. Aquil. e.* Si perfodiens. *de homic.*

(d) *cap.* 18.

(e) *c.* 2. *de reg. jur.*

(f) *L.* Juſtitia. *de juſt, & jure. inſtit. eod. in princ.*

*concepta, & inventa eſt.* Hæc illi de furtis tradunt. At Juſtinianus negat (*g*) furtorum quattuor eſſe genera: neque enim exiſtimat oblatum, & conceptum ſpecies eſſe furtorum, ſed actionis, eaque de cauſa, quodque illæ ſpecies actionum, ſive furtorum in deſuetudinem abierunt. Cap. II. de furtis (*h*) ita ſcriptum eſt: CAJUS *libro tertiodecimo ad edictum. Furtorum genera duo ſunt, manifeſtum, & nec manifeſtum.* Conceptum vero, & oblatum in inſtitutionibus (*i*) tantum declaratum eſt: *Conceptum*, inquit, *furtum dicitur, cum apud aliquem teſtibus præſentibus furtiva res quæſita, & inventa ſit. Nam in eum propria actio conſtituta eſt, quamvis fur non ſit, quæ appellatur concepti. Oblatum furtum dicitur, cum res furtiva ab aliquo tibi oblata ſit, eaque apud te concepta ſit: utique ſi ea mente tibi data fuerit, ut apud te potius, quam apud eum, qui dederit, conciperetur. Nam tibi, apud quem concepta ſit, propria adverſus eum, qui obtulit, quamvis fur non ſit, conſtituta eſt actio, quæ appellatur oblati.* Hæc inquiſitio rei furtivæ, quam *conceptionem re furtiva inventa* appellabant, maxima obſervatione fiebat. Nam & Gellius ait: *Ea quoque furta, quæ per lancem, liciumque concepta eſſent, perinde ac ſi manifeſta forent, vindicaverunt decem viri.* Et Juſtinianus teſtibus præſentibus fieri ſolere dicit. Per lancem vero, & licium vetus mos oſtenditur, hoc tempore quod ad lancem quidem attinet, non admodum ignotus, (k) ſed licii, vel inlicii potius mentio fit apud Varronem tantum, quod meminerim, in calce ſecundi libri de lingua latina: *Ab alliciendo, & vocando inlicium dicebatur, cum cenſores per accenſos populum ad ſe vocabant.*

Quod vero Gellius ait, eandem concepti furti pœnam fuiſſe, quæ & manifeſti fuerat: exiſtimo Prætores mutaſſe eam pœnam, quod in manifeſto fecerunt, cujus pœna e lege Duodecim tabularum erat ea, cujus eſt a nobis ex Gellio mentio facta: a Prætoribus in quadrupli pœnam immutata eſt: [*l*] idem enim Gellius ait Decemvirali pœna ſublata furti concepti, & oblati tripli pœnam fuiſſe. Et Paulus eodem libro, quo ſuperiora ſcripſit, mendoſus eſt: *Furti*, inquit, *concepti actio adverſus eum, qui obtulit, tripli eſt pœna, & ipſius rei reſtitutio*: non enim furti concepti, ſed furti oblati actio datur adverſus eum, qui obtulit. Illud quærendum arbitror, quæ fuerit in Duodecim furti nec manifeſti pœna? Et exiſtimo e Solonis lege acceptam, qua omnes fures duplum reddere coguntur. Namque ſub titulo de perpetuis libro IV. inſtitutionum furti tantum manifeſti mentio fit: *Furti*, inquit, *manifeſti actio quamvis ex ipſius Prætoris juriſdictione proficiſcatur: tamen perpetuo datur.* Accurſius noſter id ipſum ex altero loco inſtitutionum elicit, quo noxalem actionem furti in Duodecim conſtitutam ait. (*m*) Sed poteſt noxalis actio ea lege introduci alia pœna furto

nec

(g) §. Furtorum. *inſt. de obl. quæ ex del.*

(h) *L.* 2. *de furt.*

(i) §. Conceptum. *inſt. eod.*

(k) *Theoph. in princ. de teſtam. &* §. Præterea. *quib. mod. jus patr. pot. ſol. Boetius in topic. Bud. l.* 2. §. Vindicias. *de orig. jur.*

(l) *Inſt. de perp. & temp. act. in princ.*

(m) §. Sunt autem. *inſt. de nox. act.*

UNED

nec manifeſto conſtituta. Illud itaque mihi probatur, Solonis legem ea parte ſuſceptam, quod & Gellius ſignificare videtur: *Suntque alia non pauca ex iiſdem legibus ſumpta.* (a) Sed quoniam tam multa ex Gellio accipimus, emendandus eſt ille locus ex Maſſurii Sabini libro ſecundo juris civilis ab eodem allatus: *Qui alienum*, inquit, *tacens lucrifaciendi cauſa ſuſtulit, furti abſtringitur, ſive cujus ſit, ſive neſcit.* Et ita ex cap. XLIV. de furtis (b) ſcribendum eſt: *Qui alienum quid jacens lucri faciendi cauſa ſubſtulit, furti obſtringitur, ſive ſcit, cujus ſit, ſive ignoravit.* Quæ verba Ulpiano libro quadrageſimoprimo ad Sabinum aſcribuntur. Ex qua re illud etiam manifeſte apparet, libros Ulpiani ad Sabinum commentaria eſſe, & interpretationes Sabini librorum, quod in Pauli ad eundem libris Viglius ait. (c) Idem dicendum in libris Juliani ad Minicium, & Urſejum Ferocem: Javoleni, & Pomponii ad Plautium, ejuſdem Pomponii ad Q. Mucium, & ad Sabinum, & Pauli ad Plautium, Sabinum, Vitellium, & Neratium. Neque enim idem eſt, quod in libris Ciceronis ad Q. Fratrem, M. Brutum, & Trebatium: quæ res doctiſſimos quoſque decepit. (d) Sed nos ea alias diligentius trademus. [e]

[a] *L. ult. fin. reg. l. ult. de coll. l. 2.* §. Exactis. *de orig. jur.* §. Sed jus. §. Et non ineleganter. *inſt. de jure nat.*
(b) L. Falſus. §. Qui alienum. *de furt.*
(c) *Vigl. inſt. de her. inſtit. in pr.*
(d) *Alciat. in exord. C. & de eo quod intereſt. & prætermiſſ.*
(e) *libro* 1. *c.* 6.

## CAPUT V.

*Cajus & Juſtinianus Xenophontis ſententia locupletati.*

HAloander diligentiſſimus vir, & non mediocris ingenii exiſtimat ſe in inſtitutionibus nihil reliquiſſe mancum, præter eum locum, (*f*) quo de teli ſignificatione quædam ex Xerolopho (ſic enim multi tradiderunt ſcribendum eſſe) ab Juſtiniano afferuntur. Eum Alciatus noſter (*g*) non infeliciter tentat corrigere. Theophili autem inſtitutionibus editis, & Florentinis libris lectis omnem ſcrupulum abici oportet. Florentiæ ſic eſt: *Admonet nos* Ξενοφῶν (nam ita ſcribit) καὶ τὰ βέλη ὁμόσε ἐφέρετο λόγχαι, τοξεύματα, σφενδόναι, πλεῖστοι δὲ καὶ λίθοι. id eſt: *Et tela comminus afferebantur, haſtæ, ſagittæ, fundæ, & lapides plurimi.* Quæ verba cap. CCXXXIII. de verborum ſignif. [*h*] ex Caii libro primo ad legem XII. tabularum referuntur. Et Juſtinianus ex eodem Cajo in interpretatione legis XII. tabul. eadem tradit. In Norica vero editione omnia ea, quæ retuli, deſunt; quæ Alciatus mendoſa habet, & non ſuo loco ſcripta. Sunt autem collocanda poſt illud, ἀπὸ τοῦ βάλλεσθαι. Ex quo autem libro Xenophontis illa ſumpta eſſent, nos adhuc reperire non potuimus. Neque Theophilus, qui uno tantum verbo ab Ethruſca lectione diſſentit, mentionem hujus rei facit. Jo. tamen Metelli noſtri diligentia, qua maxima in jure civili, & bonis litteris utitur, repertum id eſt, libro quinto ἀναβάσεων, uno, atque altero verbo immutatum.

(f) *Inſtit. de publ. jud.* §. Item lex Cornelia.
(g) *Alc. in l.* Si calvitur. *de verb. ſign.*
(h) L. Si calvitur. §. Telum.

## CAPUT VI.

*Obſcuriſſimum Pauli caput, mendis ſublatis, apertiſſimum redditur: & quid* ante *decimum, & poſt decimum Kalendarum ſignificet, explicatur.*

SUb eodem titulo de verborum ſignificatione (*i*) Pauli caput tam male acceptum eſt, ut qui melius interpretati ſunt, cavillatorem juriſconſultum appellaverint. *Ante diem decimum calendarum, poſt diem decimum calendarum utroque ſermone undecima dies ſignificatur.* Sic enim Valla libro IV. (*k*) elegantiarum, Budæus, & Alciatus ſcribunt. Haloander vero *nec utroque ſermone* in contextu, *neutroque* in margine ſcripſit. Nos ita ſcriptum Florentiæ vidimus: PAULUS *libro tertio ad legem Juliam, & Papiam. Anniculus amittitur, qui extremo anni die moritur, & conſuetudo loquendi id ita eſſe declarat: ante diem decimum kalendarum, poſt diem decimum kalendarum. Neutro enim ſermone undecim dies ſignificantur.* Eſt autem, ni fallor, hæc Pauli ſententia. Eum, qui ultimo anni die moritur, anniculum eſſe, comprobari eo argumento, quod cum ante diem decimum kalendarum dicimus, ipſe dies kalendarum numeratur, & ſignificatur decimus dies ante kalendas. Sic enim Valla interpretatur, quod neque Alciatus noſter improbare videtur, quamquam libentius in Budæi ſententiam it, ut ante diem decimum Kalendarum, non decimus, ſed nonus ante Kalendas ſignificetur. Quod ipſum fulciri poteſt Quintiana Ciceronis oratione: *Roma*, inquit, *egreditur ante diem tertium Kalendarum Februarii*: alio loco invenitur dies profectionis pridie Kalendas Februarii: licet in numeris maxime ſint omnes libri mendoſi. Alio loco eadem ratione dicitur: *Bona poſtulas, ut ex edicto poſſidere liceat, quo die? te ipſum volo audire: dic Nævi diem, ante V. Kalendas intercalares: bene agis: quam longe eſt hinc in ſaltum veſtrum Gallicanum? Nævi, te rogo? DCC. millia paſſuum: optime: De ſaltu deicitur Quintius, quo die? deicitur de ſaltu pridie Kalendas intercalares: biduo poſt, aut ut ſtatim de jure aliquis cucurrerit, non toto triduo DCC. millia paſſuum conficiuntur?* Qui locus ſi mendoſus non eſt, quintus ante Kalendas dies ſignificatur, non quartus. Huc accedit, quod A. Gellius ait libro XV. (*l*) Marcum Ciceronem natum eſſe ante diem tertium Nonas Januarias, Q. Cepione, & Q. Serrano conſulibus: quem conſtat tertio Nonas natum eſſe, ut ipſe Cicero ait libro VII. epiſtular. ad Atticum; & Plutarchus, quem Bochius interpres non intellexiſſe viſus eſt, ſic ait: τεχθῆναι δὲ κικέρωνα λέγουσιν ἀνωδύνως καὶ ἀπόνως λοχευθείσης αὐτοῦ τῆς μητρὸς, ἡμέρᾳ τρίτῃ τῶν νέων καλανδῶν, ἐν ᾗ νῦν ἐν ἄρχοντες εὔχονται καὶ θύουσιν ὑπέρ τοῦ ἡγεμόνος. id eſt: *peperiſſe Ciceronem matrem ſuam ferunt*

(i) L. Anniculus. 1. *de verb. ſign.*
(k) *c.* 80.
(l) *cap.* 28.

*runt nullo dolore, aut labore partus tertio die poſt Kalendas Januarias* (aut poſt tertium diem Kalendarum Januarii) *quo die magiſtratus vota faciunt, & ſacrificant pro ſalute Principis.* Achilles Bochius nunc doctus ſane vir, & diſertus, cum adulеſcens eſſet, *tertio Kalendas Januarii* vertit, qui dies ex alio juriſconſulti loco agnoſci poteſt. Is eſt cap. CCXXXIII. de verborum ſignificatione: (*a*) *Poſt Kalendas*, inquit Cajus, *Januarias die tertio pro ſalute Principis vota ſuſcipiuntur.* Quo capite multa ſimul cognoſcuntur. Nam & *ante diem tertium Non.* & *tertio Nonas*, & *die poſt tertio Kalendas*, idem eſſe deprehenditur. Quo fit, ut, neque cum dicimus *ante diem decimum Kalendarum*, neque cum dicimus *poſt decimum*, undecim dies ſignificentur. Nam cum *ante decimum* dicimus, aut dies ipſe decimus ſignificatur, ut Ciceronis, & Gellii uſu oſtendi, aut certe nonus, ut Budæo, & Alciato noſtro placet: cum vero *poſt diem decimum*, non undecimus menſis dies, ſed ipſe decimus ſignificatur, ut ex Caii verbis apparet. Ex quibus & illud manifeſtum eſt, anniculum hoc exemplo appellari eum, qui ipſo extremo die moritur, quoniam is dies expletus eſſe videtur.

(a) *L.* Si calvitur. §. Poſt kalendas. *de verb. ſign.*

## CAPUT VII.

Miliarium *apud Macrum Jureconſultum reſtitutum non vulgari ſignificatione accipiendum.*

AEmilius Macer libro primo [*b*] ad legem vicenſimam ait: *Mille paſſus non a miliario urbis, ſed a continentibus ædificiis numerandi ſunt.* Hæc verba ſub titulo de verborum ſignificatione in Ethruſcis Pandectis legi, quæ ab omnibus ad hunc diem repudiata ſunt. Pro quibus ſubſtituunt: *Mille paſſus non a muro urbis, &c.* id ſecuti, quod cap. II. dicitur: *Urbis appellatio muris, Romæ autem continentibus ædificiis finitur.* Et alio loco: *Ut Alfenus ait*, [*c*] *Urbs eſt Roma, qua muro cingeretur, Roma eſt etiam, qua continentia ædificia eſſent.* Eſt autem apud Æmilium *miliarium* columna quædam, quæ in capite Romani fori prope ædem Saturni fuerat; in quam omnes Italiæ viæ terminabantur: quod etiam *miliarium aureum* dictum eſt. Plinius libro III. *Roma dividitur in regiones XIV. compita earum CCLXV. paſſ. ejuſdem ſpatii menſura currente a miliario in capite Romani fori ſtatuto ad ſingulas portas, quæ ſunt hodie numero triginta ſeptem.* Cornelius Tacitus libro XVII. *Otho innixus liberto per Tiberianam domum in velabrum, inde ad miliarium aureum ſub ædem Saturni pergit.* Idem Tranquillus ait totidem pene verbis in Othonis vita. Plutarchus vero in Galbæ his verbis miliarium deſcribit: ἐβάδιζεν εἰς ἀγορὰν, οὗ χρυσοῦς εἱστήκει κίαν, εἰς ὃν αἱ τετμημέναι τῆς Ἰταλίας ὁδοὶ πᾶσαι τελευτῶσιν. Hoc eſt *in forum ibat ad eam partem, in qua ſteterat aurea columella, ad quam omnes Italiæ viæ terminabantur.* Quæ cum ita ſe habeant, mirandum non eſt, ſi dubitatum aliquando fuit, an illinc mille paſſus, qui lege fortaſſe viceſima dicebantur, numerandi eſſent. Miliarii in aliam ſignificationem mentio fit cap. XX. [*d*] de auro & argento legatis: *Certe*, inquit, *ſi caccabos argenteos habebat, vel miliarium argenteum, vel ſartaginem, vel aliud vas ad coquendum: dubitari poterit, an eſcario contineatur?* De quo Alciatus & Nebriſſenſis noſtri verba faciunt.

[b] *L.* Mille. *de verb. ſignif.*

(c) *L.* 2. *l.* Ut Alfenus. *eod. tit.*

(d) *L.* Cum aurum, §. Si cui. *de auro & argent.*

## CAPUT VIII.

*Multis in locis Digeſtorum & Codicis Græcum, vel Judaicum potius dicendi genus reperiri,* illud quam illud.

EDidit ante aliquot annos Gregorius Haloander maxima diligentia omnes juris civilis libros, qui nunc inter manus omnium verſantur. In quibus ſcribendis acri judicio uſus, ſiquid nimis a conſuetudine cæterorum librorum diſcederet, paucis verbis, qua ratione dictum eſſet, adſcripſit. Quale eſt, quod hic nos ex Ethruſcis Pandectis emendandum curamus: quæ ne cui duriora, quam ſunt, eſſe videantur, locos aliquot prius indicabimus, quos Haloander ipſe hoc pacto edendos curavit. Ulpianus capite altero de judiciis: (*e*) *Sed ſi dubitetur, utrum in ea quis cauſa ſit, ut domum revocare poſſit, necne: ipſe Prætor debet cauſa cognita ſtatuere. Quod ſi conſtiterit in ea eum eſſe cauſa, ut domum revocet, debebit cavere in judicio ſiſti, ſtatuente Prætore in quem diem promittat. Sed utrum nuda cautione, an ſatiſdato? Marcellus dubitat. Mihi videtur ſola promiſſione, quod & Mela ſcribit, alioquin compelletur judicium accipere, quam invenire eos, qui ſatis pro eo dent*, hoc eſt, *compelletur potius judicium accipere: aut levius erit, judicium accipere*, ut Accurſius interpretatur, *quam invenire, qui pro eo ſatiſdent.* Haloander, *quam invenire eos poſſit*, edidit adverſus Florentini libri fidem. Paulus cap. II. de reb. cred. [*f*] *Mutui datio conſiſtit in his rebus, quæ pondere, numero, menſura conſiſtunt, quoniam eorum datione poſſumus in creditum ire, quia in genere ſuo functionem recipiunt per ſolutionem, quam ſpecie.* Hoc eſt *per ſolutionem in genere potius, quam ſpecie*; aut *ſolutione in genere, non ſpecie functionem recipiunt.* Ulpianus cap. VII. depoſiti: (*g*) *Quia cum ſciret, cui rei pararetur, intempeſtive miſericordiam exercuit, cum poſſet non ſuſcipere talem cauſam, quam decipere*, ideſt, *potius quam decipere.* Idem cap. XX. de adquirenda, vel omittenda hereditate: (*h*) *Si ſepulchri violati filius aget quamvis hereditarii, quia nihil ex bonis patris capit, non videtur bonis immiſcere: hæc enim actio pœnam, & vindictam, quam rei perſecutionem continet*; ideſt, *potius, quam rei perſe*cu-

(e) *L.* 2. §. Sed ſi. *de jud.*

(f) *L.* 2. §. Mutui. *de reb. cred.*

(g) *L.* Si hominem. *in princ. dep.*

(h) *L.* Pro herede. *in fin. de adq. her.*

cutionem, aut *non rei perſecutionem.* Idem cap. XLIX. de legatis: (*a*) *Sed ſi teſtator decem mihi ſub fidejuſſore debuit: fideicommiſſi petitio non ſolum heredi, ſed & fidejuſſori competit. Intereſt enim ejus ſolvi mihi, quam ipſum conventum mandati actionem intendere*: hoc eſt, *potius quam ipſum &c.* Cap. V. de ſuſpectis tutoribus: (*b*) *Expedit enim pupillo*, inquit, *rem ſuam ſalvam fore, quam tabulas.* REM SALVAM FORE *cautionis habere*, quod Haloander exceptis tribus illis verbis edidit. Item cap. XII. de officio Præſidis: (*c*) *Non tamen ſpectandum eſt, quid Romæ factum eſt, quam quid fieri debeat.* Haloander, *non tam.* Cap. V. de doli mali, & metus exceptione: (*d*) *Expedit enim legatario retinere ſummam, quam mitti in poſſeſſionem rerum hereditariarum.* Impp. Conſtantinus, & Licinnius conſtitutione VIII. de judiciis: (*e*) *Placuit in omnibus rebus præcipuam eſſe juſtitiæ, æquitatiſque, quam ſtricti juris rationem*, ideſt *potiorem.* Impp. Severus, & Antoninus conſtit. I. ubi cauſa fiſcalis: [*f*] *Non defenſæ mortis quæſtionem apud procuratores noſtros non oportet tractari; nec bona fiſco peti poſſe, quam ſi de crimine conſtiterit apud eum, cui convictis pœnam irrogare licet, quis ignorat?* hoc eſt *ante, quam de crimine conſtiterit*, ut Accurſius quoque ait. Impp. Diocletianus & Maximianus conſt. XIX. de liberali cauſa: [*g*] *Principaliter cauſam ejus, de qua ſupplicas, eſſe, quam tuam, proſpicimus.* Imp. Juſtinianus conſtit. ultim. de uſufructu: (*h*) *Uſumfructum enim per eum adquiſitum, apud eum remanere, & poſt patris calamitatem oportet: cum plerumque veriſimile eſt, teſtatorem contemplatione filii, quam patris uſumfructum ei reliquiſſe*, hoc eſt, *filii potius, quam patris.* Hæc, & alia fortaſſe Haloander exemplarium fidem ſecutus edidit. Sed & alia nos Florentiæ reperimus, quæ ipſe aliter ſcripſit. Sunt autem hæc: ULPIANUS *cap. XX. de operis novi nuntiatione.* (*i*) *Plane ſi quæratur, an in heredem ejus, qui opus fecit, interdictum hoc competat: Sciendum eſt, Labeonem exiſtimaſſe in id, quod ad eum pervenit, dumtaxat dari oportere, vel ſiquid dolo malo ipſius factum ſit, quo minus perveniret. Nonnulli putant, in factum eſſe dandam, quam interdictum, quod verum eſt.* Haloander edidit *tam in factum &c.* Idem cap. XX. de adquir. vel omitt. hered. [*k*] cujus paulo ante mentio facta eſt. Sed illud in fine illius capitis, hoc in ipſo ſtatim initio: ULPIANUS *libro ſexagenſimo primo ad edictum. Pro herede gerere videtur is, qui aliquid facit quaſi heres. Et generaliter Julianus ſcribit, eum demum pro herede gerere, qui aliquid quaſi heres gerit. Pro herede autem gerere non eſſe facti, quam animi.* Haloander *non tam eſſe facti*: SCÆVOLA *cap. centeſimo de legatis libro III.* (*l*) *Hic chirographa debitorum, & pecuniam, cum eſſet profecturus in urbem, in lateralibus condidit, & chirographis exactis, quam pecunia erogata, reverſus in patriam, poſt biennium alia chirographa prædiorum, quæ poſtea comparaverat, & pecuniam in lateralia condidit.* Haloander, *& tam chirographis. &c.* MODESTINUS *cap. III. de alimentis, vel cibar. legat.* (*m*) *Modeſtinus reſpondit. Videntur mihi ipſa prædia eſſe libertis relicta, ut pleno dominio hæc habeant, & non per ſolum uſumfructum. Et ideo & ſiquid ſuperfluum in reditibus, quam in cibariis erit, hoc ad libertos pertinet.* Haloander *tam in reditibus*: IDEM *cap. XII. de pollicit.* [*n*] *Cum quidam ne honoribus fungeretur, opus promiſiſſet, honores ſubire cogendum, quam operis inſtructionem, Divus Antoninus reſcripſit.* Haloander *tam honores ſubire &c.* Sunt etiam aliquot alii loci, qui nunc mihi in mentem non veniunt, quos alio tempore indicabimus. In præſentia illud addam, quod Haloander exiſtimabat, hoc dicendi genere jureconſultos uſos ad Homericam imitationem. βούλομ' ἐγὼ, ait Homerus rhapſodia I. Iliadis, λαὸν σόον ἔμμεναι, ἢ ἀπολέσθαι. Quæ ſi totidem verbis vertantur, hoc ipſum dicent. *Volo ego populum ſalvum eſſe, quam perire.* Cui ſimile eſt, quod Suidas refert: θέλω τύχης σταλαγμὸν ἢ φρενῶν πίθον. *Volo fortunæ guttam, quam dolium mentis.* Marcian. cap. I. (*o*) de mortis cauſa donationibus: *Mortis cauſa donatio eſt, cum quis habere ſe vult, quam eum, cui donat.* Haloander, *magis quam.* Theoph. in inſt. de donat. ita vertiſſe videtur. ὁπότε ἑαυτόν τις βούλεται ἔχειν, ἤπερ ἐκεῖνον, ᾧ ἐδωρήσατο. Quod proxime accedit ad Græcum dicendi genus. Sed tamen audio Judæorum in uſu eſſe magis hoc dicendi genere uti, quam Græcorum. Et ſane video, hoc pacto locutum doctum virum Joannem Campenſem in interpretatione Pſalmi LXXIII. Quod enim vulgo dicitur: *Cogitaverunt, & locuti ſunt nequitiam: iniquitatem in excelſo locuti ſunt*: Ille ita vertit ad Judaicam linguam propius: *Sordent eis omnia, quam quæ ipſi per maliciam, & audaciam loquuntur, id autem faſtuoſiſſime.* Eſt autem ille liber ita elegans, & gravitate orationis obſcuras ſententias tam accommodate exprimens, ut ſi is, ut opinor, ſe fidum interpretem præſtitit, optime de noſtra religione meritus eſſe videatur. Sic etiam vulgo ſcriptum eſt, Eccleſiaſtici cap. XVI. *Utile eſt mori ſine filiis, quam relinquere filios impios.* Et cap. XX. *Quam bonum eſt arguere, quam iraſci?* Et Pſalm. CXVII. *Bonum eſt confidere in domino, quam confidere in homine. Bonum eſt ſperare in domino, quam ſperare in principibus.* Paulus I. epiſtula ad Corinthios: *Sed in eccleſia volo quinque verba ſenſu meo loqui, ut & alios inſtruam, quam decem millia verborum in lingua.* Quod vero jureconſulti aliquid ex tam barbara lingua mutuentur, nemini mirum videri debet, qui norit Ulpianum ipſum ex Syria Phœnice fuiſſe: quod ipſe teſtatum reliquit. (*p*) Severumque Imperatorem ex Phœniſſa Uxore Antoninum ſuſcepiſſe cognomento Caracallam: quo interfecto, Antoninus Heliogabalus, & paulo poſt Alexan-

xan-

[a] L. Si cui. §. Si Titio. *de legat.* I.

[b] L. Suſpectus. *de ſuſpect. tut.*

(c) L. Sed licet. *de off. præſ.*

(d) L. Pure. *in pr. de doli mal. & met. exc.*

(e] L. Placuit. C. *de judic.*

(f] L. I. C. *ubi cauſ. fiſc.*

(g) L. Principaliter. C. *de liber. cauſ.*

[h] L. *ult.* C. *de uſuf.*

[i] L. Prætor. §. Hoc interdictum. *de op. nov. nunt.*

(k) L. Pro herede. *in princ. de adq. hered.*

[l] L. His verbis. *in princ. de legat.* 3.

(m) L. Libertis. *de alim. vel cib. leg.*

(n) L. In privatis. *de pollic.*

(o) L. I. *de mort. cauſ. don.*

(p) L. I. *de cenſ.*

xander imperarunt, homines & genere, & natura Phœnices. Illis temporibus maxima pars noſtrorum juriſconſultorum fuit, quibus neceſſe erat, ut multa ex aliena lingua in uſu eſſent Pop. Romani. Andreas quoque noſter Alciatus (*a*) ſuperioribus annis oſtendit non paucis nos nominibus cum Judæis communibus uti. Cujusmodi ſunt *ſaccus*, *camelus*, *nugæ*, atque alia ejus generis, quibus nominibus multo ante captas Hieroſolymas Romani uſi ſunt: ut fortaſſe mirandum non ſit, hoc etiam dicendi genere uſos. Sed & apud Plautum in Rudente videor hoc ipſum agnoſcere:

[a] *Alc. lib. 2. cap. 8. parerg.*

*Non ædepol* (inquit) *piſcis expeto, quam tui ſermonis indigens.*

Et alio loco:

*Eo tacent, quia tacita bona 'ſt mulier ſemper, quam loquens.*

## CAPUT IX.

*Cap. LII. pro ſocio non* licitatori, *neque* pollicitori *ſcribendum*, *ſed* politori.

QUanta Gul. Budæus eruditione, linguarum, antiquitatiſque cognitione fuerit, doctiſſima illa monumenta teſtantur in perpetuam hominum memoriam æterna, ut exiſtimamus, futura. Trium præſertim voluminum labores numquam peribunt, qua de aſſe, ponderibuſque, qua de lingua Græca, quaque de jure civili tam diligenter, atque docte diſſeruit, ut nihil ſupra dici poſſe videatur. Sed quod ad jus quidem civile attinet, obſtruxit ejus luminibus altius ædificiis ab Alciato præceptore noſtro ſublatis magna diſcipulorum & librorum copia: ut ille, qui in primis habebatur peritus, vix aliquo numero inter conſultos cenſeatur. Sed ſive id jure, ſive injuria fiat, libuit tria hic loca referre, quæ ille mendoſiora reliquerat, quam acceperat. * Quorum primum eſt, in quo minus accuſandus videtur, ſub titulo pro ſocio. [*b*] Haloander vero reprehendendus, qui neque tanti viri ſententiam ſecutus ſit, neque Florentinum, ut profitetur, librum. Juriſconſulti verba ita ante Budæi emendationem ſcripta fuerant: *Si in coeunda ſocietate*, inquit, *artem, operamve pollicitus eſt alter: veluti cum pecus in commune paſcendum, aut agrum pollicitatori damus in commune quærendis fructibus, nimirum ibi etiam culpa præſtanda eſt.* Budæus *agrum colendum licitatori damus*: Haloander *agrum pollicitori damus*, emendarunt. Nos, quod Florentiæ reperimus, probamus: *agrum politori damus.* Erant autem politores, qui agros excolere, atque polire conſueverant. Nonius enim Marcellus ſic ait: *Politiones agrorum cultus diligentes, ut polita omnia dicimus exculta, & ad nitorem deducta.* Ennius Satyr. libro III.

(b) *L. Cum duobus. §. Si in coeunda. pro ſocio.*

*Teſtes ſunt......*

*Lati campi, quos gerit Africa terra politos.*

Et Annali IX. *Raſtros dentefabres carpſit cauſa poliendi agri.* Varro: *Quid mirum ex agri depolitionibus eiciuntur, hic in cœnaculo polito recipiuntur.* Hæc ille, quibus hic locus intelligi poteſt; ut enim, qui pecus paſcit curam pecoris ſuſcipit, ſic ille, qui agrum poliendum ſuſcepit. De eadem politione exiſtimo ſentire Ulpianum cap. IX. locati: [*c*] *Si quis*, inquit, *vitulos paſcendos, vel ſarciendum quid, poliendumve conduxit, culpam eum præſtare debere.* Nam ut de vitulis paſcendis exemplum agricolarum eſt, ſic & ſarciendi, & poliendi, ut villa fortaſſe ſarciatur, & ager poliatur. Poteſt tamen & de fullone, & de ſarcinatore intelligi, qui veſtimenta ſarcienda, aut polienda conduxit. (*d*) Illud ſine dubio eſt, politorem, non licitatorem, neque pollicitorem emendandum. Nam & Cato de re ruſtica ſcripſit, *politor ordeum quinta modio, fabam quinta modio dividat*: quod nuper eſt emendatum.

(c) *L.* Si quis domum. §. *ult. locati.*

(d) *Inſtit. de locat. in princ. mand. §. ult. de obl. quæ ex del.* §. Si fullo. & *Conſtant. lib. 3. tit. 8. eo pacto interpretatur.*

## CAPUT X.

*Budæum ab Alciato merito reprehenſum, quod non intellexiſſet, quid eſſet* hoſtium potitus, *ſed & Haloandrum variaſſe.*

ALter locus eſt Papiniani cap. XI. (*e*) de captivis, cujus verba ſunt hæc: PAPINIANUS *libro XXXI. quæſtionum. Quod ſi filius ante moriatur in civitate: nihil eſt, quod de ſecundis tabulis tractari poſſit: ſive quoniam vivo patre filiusfamilias mori intellegitur, ſive quoniam non reverſo eo exinde ſui juris videtur fuiſſe, ex quo pater hoſtium potitus eſt.* Sic autem ſcribendum, non ut in Norico: *non videtur fuiſſe*: repugnaret enim legi toti Corneliæ. Budæus *hoſtium poteſtati ſubditus eſt* Accurſium conniventibus oculis ſecutus ſcribendum cenſet. Alciatus vero libro IV. de verborum ſignificatione ait: *Hoſtium potitus, id eſt, captus ab hoſtibus exemplo Plauti in captivis, licet in titulo* inquit *de captivis, a quibuſdam male ſit immutatum.* Idem libro I. [*f*] πάρεργον: *Alii etiam*, inquit, *magni nominis viri corruptum codicem arbitrantur, & legendum non hoſtium potitus, ſed hoſtium poteſtati ſubditus, qui modus loquendi*, inquit, *non ſat latinus eſt, certe non elegans:* hæc ille de Budæi negligentia. Plautinus locus apud eundem relatus hic eſt:

(e) *L.* Quod ſi filius. *de captivis.*

(f) *cap. 35.*

*Nam poſtquam meus rex eſt potitus hoſtium,*
*Ita nunc belligerant Ætholi cum Aulidis.*

Et hic in eiſdem captivis:

*Ego, poſtquam gnatus tuus potitus eſt hoſtium:*
*Expertus quanti fuerit, nunc deſidero.*

Et in Epidico:

*Fi-*

* Carpitur per Bynkershoek obſerv. Jur. lib. III. Cap. IX.

*Filiam, quam ex te ſuſcepi,*
*Eductam perdidi, hoſtium eſt potita.*

Sed eſt apud juriſconſultos frequentior hic dicendi modus, quam apud cæteros. Tryphoninus cap. XII. de captivis: (*a*) *Cætera, quæ in jure ſunt, poſtea quam poſtliminio redit, pro eo habentur, ac ſi numquam iſte hoſtium potitus fuiſſet.* Julianus cap. XXII. [*b*] *Apparet ergo eadem omnia pertinere ad heredem ejus, quæ ipſe, qui hoſtium potitus eſt, habiturus eſſet, ſi poſtliminio revertiſſet.* Ulpianus cap. XV. ex quibus cauſ. major. (*c*) *Ego autem etiam nomine ejus, qui hoſtium potitus eſt, ſi curator, ut plerumque, fuerit bonis conſtitutus, auxilium competere exiſtimo.* Quibus locis recte Haloander. At capite X. de teſtamento militis, [*d*] ita ſcripſit: *Facere teſtamentum miles in hoſtium poteſtate poſitus, nec jure militari poteſt.* Cum Florentiæ ita ſcriptum ſit: ULPIANUS *libro undecimo ad Sabinum. Facere teſtamentum hoſtium potitus nec jure militari poteſt.*

(a) L. In bello. §. Codicilli. *de captivis.*
(b) L. Bona. *eod. tit.*
(c) L. Ab hoſtibus. *ex quib. cauſ. maj.*
(d) L. Facere. *de teſt. milit.*

## CAPUT XI.

Per luxuriam, *non* plurifariam *ſcribendum Cap. I. de ædil. edict. quidque luxuria, & laſcivia ſignificet.*

IDem Budeus ait, capite primo [*e*] in fine de ædilicio edicto mendum ineſſe: in quo mihi errare, quod tanti viri pace dictum ſit, viſus eſt. Verba Ulpiani, cujus illud caput eſt, ita ſe habent: *Idem Vivianus ait, quamvis aliquando quis circa fana bacchatus ſit, & reſponſa reddiderit, tamen ſi nunc hoc non faciat, nullum vitium eſſe: neque eo nomine, quod aliquando id fecit, actio eſt: ſicuti ſi aliquando febrem habuit. Cæterum ſi nihilominus permaneret in eo vitio, ut circa fana bacchari ſoleret, & quaſi demens reſponſa daret, etiam ſi per luxoriam id factum eſt, vitium tamen eſſe; ſed vitium animi, non corporis.* Budæus *etiam ſi plurifariam id factum eſt*, ſcribi oportere cenſet: neque enim exiſtimat latinum eſſe luxuriam pro crapula, & vinoſitate accipere. *Luxuria enim, & luxus*, inquit, *profuſam impenſam ſignificat. Luxuria, inquit Sextus Pompeius, morum eſt ſolutio. Luxa enim membra dicuntur e ſuis locis mota, a quo luxurioſus in re familiari ſolutus. Eſt etiam luxuria, & luxuries ſegetum apud Plinium, & Ciceronem ubertas, & redundantia quædam germinis.* Ejuſmodi vir ille doctiſſimus ait, quibus ego Accurſianam interpretationem præfero: ut luxuria dicatur abuſus quicumque, vel potius laſcivia quædam ſit, & corruptæ, effrenatæque animi cupiditates nimium ſe ſe perverſa animi informatione efferentes. Marcianus libro quartodecimo inſtitutionum: [*f*] *Si fortuito incendium factum ſit, venia indiget, niſi tam lata culpa fuit, ut luxoria, aut dolo ſit proxima.* Quæ verba cap. XI. de incendio in Norico mendoſa ſunt: nam *luſoria* pro *luxuria*, aut *luxoria*, ut veteres loquebantur, ſcriptum eſt. Ulpianus libro XLIII. ad Sabinum: (*g*) *Ex damni infecti ſtipulatione non oportet infinitam, vel immoderatam æſtimationem fieri, ut puta ob tectoria, & ob picturas. Licet enim in hæc magna erogatio facta eſt, attamen ex damni infecti ſtipulatione moderatam æſtimationem faciendam: quia honeſtus modus ſervandus eſt, non immoderata cujuſque luxuria ſubſequenda.* Et Paulus cap. II. de ſervo corrupto, (*h*) Eum qui *luxurioſum*, aut contumacem ſervum fecit, ea actione teneri ait. Idem Juſtinianus ſcribit libro quarto inſtitutionum: (*i*) *Actio ſervi corrupti competit in eum*, inquit, *cujus hortatu, conſiliove ſervus alienus fugerit, aut contumax adverſus dominum factus eſt, aut luxurioſe vivere cœperit.* Et ſub titulo quod cum eo, [*k*] *Quia ſæpe*, inquit, *onerati ære alieno creditarum pecuniarum, quas in luxuriam conſumebant, vitæ parentum inſidiabantur.* Ulpianus cap. XVI. de manumiſſis vindicta: (*l*) *Illud in cauſis probandis meminiſſe judices oportet, ut non ex luxuria, ſed ex affectu deſcendentes cauſas probent. Neque enim deliciis, ſed juſtis affectionibus dediſſe juſtam libertatem legem Æliam Sentiam, credendum.* Non potuit elegantius Ulpianus luxuriæ ſignificationem exprimere, quam per verbum deliciarum. Sic Cicero Philippica XIII. *Homo diruptus, dirutuſque Q. Cæcilius, columenque amicorum Antonii, Cotyla Varius, quos Antonius deliciarum cauſa loris in convivio cædi jubebat a ſuis publice.* Sed tamen luxurioſus vir, aut mulier luxurioſa frequentius eum hominem ſignificat, qui neque ſumptibus, neque libidini, neque comeſſationibus modum adhibet. In quibus ſuperiorum exemplorum aliquot intelligi poſſunt, & hæc, quæ adſcribam. Julianus cap. VIII. pro emptore: (*m*) *Niſi forte & is, qui a luxurioſo, & protinus ſcorto daturo pecuniam ſervos emit, non uſucapiet?* Paulus cap. XV. (*n*) de curatoribus furioſo, & aliis extra minores dandis: *Et mulieri, quæ luxurioſe vivit, bonis interdici poteſt.* Ulpianus cap. XII. mandati: [*o*] *Si adoleſcens luxurioſus mandet tibi, ut pro meretrice fidejubeas, idque tu ſciens mandatum ſuſceperis, non habebis mandati actionem: quia ſimile eſt, quaſi perdituro pecuniam ſciens credideris.* Sed tamen hæc, atque alia hujuſmodi non multum ab illa intemperantia, & profuſa erga voluptates propenſione diſcedunt. Hoc verbo per tranſlationem in ruſticis rebus utebantur, ut in illis Ciceronis, & Plinii locis apud Budæum, & apud Paulum libro V. ſentent. ſub titulo utrubi (ſic enim ſcribendum, non utrumvi) *Arbor*, inquit, *qui in alienas ædes, vel in vicini agrum imminet, niſi a domino ſublucari non poteſt: iſque conveniendus eſt, ut eum ſublucet. Quod ſi conventus dominus id facere noluerit, a vicino luxuries ramorum compeſcatur.* Cicero libro III. de oratore: *Verbi trans-*

(e) L. 1. *in fin. de æd. edicto.*
(f) L. Si fortuito. *de incend. ruin. naufr.*
(g) L. Ex damni. *de damn. infect.*
(h) *lib.* 2. *de ſervo. corrupto.*
(i) §. In duplum. *de action.*
(k) §. Illud. *quod cum eo.*
(l) L. Illud. *de man. vind.*
(m) L. Si quis. *pro empt.*
(n) L. Et mulieri. *de cur. furioſ.*
(o) L. Si vero. §. Si adoleſcens. *mand.*



UNED

*tranſlatio inſtituta eſt inopiæ cauſa, frequentata delectationis. Nam gemmare vites, luxuriem eſſe in herbis, lætas ſegetes etiam ruſtici dicunt.* Et in oratore: *Tranſlatione*, inquit, *frequentiſſime ſermo omnis utitur non modo urbanorum, ſed etiam ruſticorum, ſiquidem eſt eorum gemmare vites, laſcivire agros, lætas eſſe ſegetes, luxurioſa frumenta.* Vergilius libro I. Georgicorum:

> *Quid? qui ne gravidis procumbat culmus ariſtis,*
> *Luxuriem ſegetum tenera depaſcit in herba?*

Et non multo poſt de nuce:

> *At ſi luxuria foliorum exuberat umbra,*
> *Nequicquam pingues paleæ teret area culmos.*

Et libro tertio de equi amplo pectore:

> *Luxuriatque toris animoſum pectus....*

Atque de eodem laſciviente ait libro XI. Æneid.

> *Aut aſſuetus aquæ perfundi flumine noto*
> *Emicat, arrectiſque fremit cervicibus alte*
> *Luxurians, luduntque jubæ per colla, per armos.*

Proprie tamen, & ad hoc caput apte utitur Livius libro primo de Numæ Pompilii inſtitutis agens: *Poſitis*, inquit, *externorum periculorum curis, ne luxuriarent otio animi, quos metus hoſtium, diſciplinaque militaris continuerat: omnium primum rem ad multitudinem imperitam, & illis ſeculis rudem, efficaciſſimam, deorum metum iniiciendum ratus eſt.* Et Cicero pro Sex. Roſcio: *Luxuries igitur hominem nimirum, & æris*, inquit, *alieni magnitudo, & indomitæ animi cupiditates ad hoc ſcelus impulerunt. De luxuria purgavit Erucius, cum dixit, hunc ne in convivio quidem ullo fere interfuiſſe.* Et alio loco in eadem oratione: *In urbe luxuries creatur, ex luxuria exiſtat avaritia neceſſe eſt, ex avaritia erumpat audacia.* Sexcenta ſunt ſimilia, in quibus morum potius diſſolutio ſignificatur, ut Sextus ipſe Pompejus apud Budæum definit. In eadem ſignificatione laſcivia quoque a noſtris accipitur, ut doctiſſime idem Budæus animadvertit. Ulpianus cap. XV. locati: [*a*] *Si vero nihil extra conſuetudinem acciderit, damnum coloni eſſe. Idemque dicendum, ſi exercitus præteriens per laſciviam aliquid abſtulit.* Menander cap. VI. de re militari: (*b*) *Per vinum, aut laſciviam lapſis capitalis pœna remittenda, eſt, & militiæ mutatio irroganda.* Ulpianus capite IV. ad L. Corneliam de ſicariis: (*c*) *Cum quidam per laſciviam cauſam mortis præbuiſſet: comprobatum eſt factum Ignatii Taurini Proconſulis Beticæ a Divo Hadriano, quod eum in quinquennium relegaſſet.* Juſtinianus libro quarto inſtitutionum (*d*) cum furti teneri dixiſſet eum, qui nummos alicui excuſſiſſet, ut alius auferret, aut obſtitiſſet ei, ut alius ejus rem exciperet, aut oves, vel boves fugaſſet, ut alius acciperet: *Sed ſi quid*, inquit, *eorum per laſciviam, & non data opera, ut furtum admitteretur, factum eſt: in factum actio dari debet.* Et ſub tit. ſi quadr. paup. (*e*) *Animalium nomine, quæ ratione carent, ſi qua laſcivia, aut fervore, aut feritate pauperiem fecerint, noxalis actio lege XII. tabularum prodita eſt* (Hal. tamen *pavore* ſcripſit, ſed illud Theophil.) Luxurioſe vivere Theophilus non male ἀσώτως ζῆν vertit, (*f*) ut prodigos etiam ἀσώτους appellat. (*g*) Quo nomine Cicero non abſtinuit, vel potius ipſe aſotos luxurioſos vertere videtur, ſi quis, quæ adverſus Epicurum libro II. de finibus ait, diligenter conſideret. Ex quo etiam reprehendendus ea de cauſa videtur Budæus, quod dixerit, numquam luxuriam ebrietatem ſignificare. Ciceronis enim verba ſunt hæc: *Nolim enim mihi fingere aſotos, ut ſoletis, qui in menſam vomant, & qui de conviviis auferantur, crudique poſtridie ſe rurſus ingurgitent:* & cætera, quæ ille elegantiſſime perſequitur. Martialis in hoc nomine belle luſit libro IV. epigramm.

> *Sotæ filiæ clinici Labulla*
> *Deſerto ſequeris Clitum marito,*
> *Et donas, & amas* ἔχεις ἀσώτως.

Jocus autem eſt in ambiguis verbis græcis, quibus eam ſine patre Sota habere maritum, & cum eo luxurioſe vivere ſignificatur. Sine patris enim voluntate filia nubere non poterat. Paulus cap. XI. de ſtatu hom. (*h*) *Paulus reſpondit, eum, qui vivente patre, & ignorante de conjunctione filiæ conceptus eſt, licet poſt mortem avi natus ſit, juſtum filium ei, ex quo conceptus eſt, eſſe non videri.* Sic enim legendum, non ut in Norico libro *ignorante de condicione filiæ.* Sed illo revertamur. Laſciviam Theophilus (*i*) τρυφὴν interpretatur, quo etiam verbo & luxuries, & deliciæ ſignificantur. Ridiculus vero Novellarum conſtitutionum vetus interpres, qui XXII. conſtitutione (*k*) ὑπερμαζῶτάτε καὶ τρυφῶτα *elata & epulata* vertit. Totus autem ille locus barbare verſus eſt in Norico quoque libro, quoniam Haloander exemplari græco eſt deſtitutus. Baſilienſis tamen editio, quæ græce deerant, ſupplevit, interpretatione omiſſa. Eam nos hic facere non inutile putamus. Græca verba ſunt hæc: χάριεν δὲ κἀκεῖνο, καὶ οὐδὲ εὐσεβείας ἔξω, τῷ τῆς θείας λήξεως ἀλεξάνδρῳ πρὸς πολλοῖς ἑτέροις τῶν ἀρχαίων νομοθετῶν διώρισται. ὥστε εἴτις ἐλευθερώσειε θεράπαιναν, εἶτα ἀγάγοιτο αὐτὴν γαμετὴν ἤδε ὡς ἔοικεν, ὑπερμαζῶτάτε καὶ τρυφῶτα διαλύσιε τὸ πρὸς τὸν ἐλευθερωτὴν συνοικέσιον, οὐκ ἐφίησειε ὁ νόμος πρὸς δευτέρους γάμους ἐλθεῖν ἄκοντος τοῦ πρότερον γήμαντος, ἀλλὰ τὸν ἐφεξῆς γάμον, πορνεῖαν ἡγεῖται καὶ φθορὰν, ἀλλ' οὐ γάμον, οὐδὲ συνάφειαν, ἐξ ἧς ὕβρις οὐκ εὐτρεπὴς τῷ τὴν ἐλευθερίαν ἐπιθέντι προς γίνεται. Id eſt hujuſmodi: *Eleganter autem, neque ſine pietate a divinæ recordationis Alexandro ultra alia multa aliorum legislatorum determinatum eſt, ut ſi quis an-*

*cil-*

(a) L. Ex conducto. *locat.*

(b) L. Omne. §. Qui ſe. *de re mil.*

(c) L. Lege. *ad l. Corn. de ſicar.*

(d) §. Interdum. *de obl. quæ ex delicto naſ.*

(e) *in pr. ſi quadrup. paup. fec. dic.*

(f) §. In duplum. *de action.*

(g) §. Furioſi. *de cur.* §. Teſtes. *de teſtam.*

(h) L. Paulus. *de ſtat. hom.*

[i] *Theop. d.* §. Interdum. & §. In ſumma.

(k) *Authent. de nupt.* §. Jucundum.

*cillam manumiſerit, eamque poſtea uxorem duxerit, quæ, ut fit, per delicias, & laſciviam diſſolverit cum manumiſſore cohabitationem: non enim permittit ejus conſtitutio eam ad ſecundas nuptias venire, invito primo marito: Sed poſteriores nuptias, adulterium potius, & ſtuprum exiſtimat, non nuptias, aut conjunctionem, cum ex eis indecora fiat ei, qui libertatem dedit, injuria.* Sed ad Budæum revertamur, & caput illud primum de ædilicio edicto: de quo id ſolum habeo dicere, mirari me talem virum tam multa peccata uno tempore commiſiſſe; neque enim ſolum verum non eſt eo loci melius *plurifariam*, quam *per luxuriam* fore, & illud quoque falſum eſt, luxuriam numquam pro vinoſitate ſumi: ſed etiam illic ullam vini ſuſpicionem eſſe. Nec quemquam moveat, quod *bacchationis* verbo utatur: eo enim furor potius ſignificatur aut verus, aut ſimulatus. Juſtinianus libro III. inſtitution. (a) *Erat*, inquit, *ex S.C. Claudiano miſerabilis per univerſitatem adquiſitio, cum libera mulier ſervili amore bacchata ipſam libertatem per S. C. amittebat.* Vergilius libro IX. Æneid.

[a] §. 2. *de ſucceſſ. ſublat.*

*At Phœbi nondum patiens immanis in antro*
*Bacchatur vates, magnum ſi pectore poſſit*
*Excuſſiſſe deum.*

Terentius in Adelphis:

*Si ſatis jam debacchatus es leno, audi, ſi vis, nunc jam.*
*L. Egon' debacchatus ſum autem? an tu in me?*

Sed & nos jam ſatis ſumus in Budæum debacchati. Quam ob rem alia aggrediamur.

## CAPUT XII.

*Ulpiani locus ſub titulo de manumiſſionibus reſtitutus. Quidque* pariare, pariator, *&* pariatio *apud juriſconſultos ſignificet, declaratum.*

ULpianus libro ſexto diſputationum, ex quo caput quartum de manumiſſionibus (b) ſumptum eſt, ut ſe in libertatem vindicemus, expoſtulat. Ejus verba exiſtimantur hæc: *Unde quæri poterit, ſi cum hoc ab initio eſſet actum, emptor feſtinavit, & pretium numeravit, an poſtea ei ſatisfacto, ſervus conſtitutione uti poſſit? & puto poſſe. Proinde & ſi ei nummos prorogavit emptor, cum ei paruerit, poterit ad libertatem pervenire.* Sic in Norico ſcriptum eſt: Florentiæ vero *pariaverit*, non *paruerit* initio fuerat, quod ab audaci homine ante multos annos eſt immutatum. Signum ejus rei eſt, quod Accurſius ſcribat, *Paravit, alias paruerit, alias apparuerit.* Significat autem *pariare*, paria facere: hoc eſt ita rationes reddere, ut paria expenſa ſint acceptis. Ejuſmodi ſervum *pariatorem* appellat Paulus cap. LXXXIX. de conditione & demonſtratione. (c) *Julius Paulus Numphidio. Quæſiſti ſi ita in teſtamento cautum eſſet: Stichus, ſi rationes reddiderit, contubernali ſua liber eſto, eiſque decem heres dato; an Sticho mortuo ante, quam rationes redderet, vel pariatore, vel reliqua habente, libera eſſet mulier?* Pariationem vero Scævola (d) appellat eam ſcripturam, qua rationibus redditis ſatisfactum eſſe creditori, aut domino appareat: *Idem quæſiit, an pactum, quod in pariationibus adſcribi ſolet in hunc modum: ex hoc contractu nullam inter ſe controverſiam amplius eſſe, impediat repetitionem? Reſpondit nihil proponi, cur impediret.* Qui locus felicior fuit hoc ipſo, quo de agimus, quamvis fuerint in eum quoque manus illatæ, & ex *pariationibus pactionibus* in ipſis illis Ethruſcis Pandectis confectum. *Paria* autem facere quid ſit capite XI. in fine de ſtatuliberis (e) apertiſſime cognoſcitur. Quod Budæus cap. V. de jure immun. (f) & Alciatus libro I. παρέργων (g) poſt Valenſem libro V. eleganter [h] multis verbis interpretantur. Sic *reliquari* (i) & *reliquatores* a reliquis, quæ debebantur. Paulus libro quinto ſententiarum: [k] *Reliquatores vectigalium ad iterandam conductionem ante, quam ſuperiori conductioni ſatisfaciant, admittendi non ſunt.* Si quis vero quid *accepta*, & *expenſa*, aut *data* veteres dixerint, ſcire cupit, legat aureum Hadriani libellum de ſermone latino, a quo mutuatus videtur Budæus cap. XII. qui potiores in pignore haberentur. (l) Nos illo revertamur, unde dicendi initium fecimus. Et illud inveſtigemus, quid *nummos prorogare* ſignificet. Atque exiſtimo nummos de ſuo emptorem ſolviſſe, ut paulo ante dixerat: (m) *Proinde ſive ex adventicio lucro, ſive etiam amici beneficio, vel liberalitate, vel prorogante eo, vel repromittente, vel ſe delegante, vel in ſe recipiente debitum, redemptus ſit: credendum eſt ſuis nummis eum redemptum.* Prorogante eo, hoc eſt amico pecuniam proferente. Sic capite LIII. de pactis: (n) *Sumptus quidem prorogare litiganti, honeſtum eſt: paciſci autem, ut non quantitas eo nomine expenſa cum uſuris licitis reſtituatur, ſed pars dimidia ejus, quod ex ea lite datum erit, non licet.* Prorogare inquit ſumptus, hoc eſt, erogare, vel repræſentare. Et conſtitutione XX. de decurion. lib. X. (o) *Quaſcumque pro his expenſas civitas prorogaverit, refundere protinus, ac repræſentare cogantur.* Non ignoro aliter Ciceronem hoc verbo uti, cum producere diem, aut magiſtratus tempus ſignificat, aut aliud ejuſmodi. *Si manente adhuc precario* (inquit Pomponius libro vicesimonono ad Sabinum) (p) *tu in ulterius tempus rogaſti, prorogatur precarium.* Et Imperator Marcus Antoninus conſtitut. I. de his, qui in exilium dati. [q] *Quibus poſthac ordini ſuo, vel advocationibus ad tempus interdicetur, poſt impletum temporis ſpatium non prorogabitur infamia.* Et alibi ſæpe. Sed hoc capite, quo de agimus, illud (ni fallor) ſignificatur, ut ſi emptor ipſe pecuniam ea condicione det, ut ſervus poſtea ſolvat, cum ei ſervus ſatisfecerit, liber ſit.

(b) L. Is qui. §. Si ab ignoto. *de manumiſſ.*

(c) L. Julius. *de conditione. & dem.*

(d) L. *ult. de cond. indeb.*

(e) L. Sticho. §. *ult. de ſtatulib.*

(f) *Bud. l.* Semper. §. Conductores. *de jure imm.*

[g] *cap.* 85.

[h] *cap.* 83.

[i] L. Conſtitutionib. *ad municip.*

(k) L. Locatio. *de public.*

(l) *Bud. l.* Creditor. §. Creditor. *qui potior.*

(m) L. Is qui ſuis. *in princ. de manumiſſ.*

(n) L. Sumptus. *de pact.*

(o) L. Circenſium. *aut* Cyrenenſium C. *de dec. lib.* 10.

(p) L. Sed ſi manente. *de precar.*

(q) L. 1. C. *de his qui in exilium dati lib.* 10.

## CAPUT XIII.

*Diem a ſexta hora noctis incipere, quo pacto intelligendum ſit aliquot juriſconſultorum reſponſis. Et de veterum horis diurnis, atque nocturnis.*

(a) *L.* 1. *de manumiſ.*

SUb eodem titulo de manumiſſionibus [*a*] Ulpianus libro ſexto ad Sabinum ſcripſiſſe dicitur: *Placuit eum, qui Kalendis Januariis eſt natus, poſt ſextam noctis pridie Kalendas, quaſi annum viceſimum compleverit, poſſe manumittere. Non enim majori viginti annis permitti manumittere, ſed minorem manumittere vetari. Jam autem minor non eſt, qui diem ſupremum agit anni viceſimi.* Agere diem ſupremum anni dicitur quis pridie Kalendas natalis diei poſt ſextam noctis horam. Idem Ulpianus eodem libro ait: (*b*) *Propone aliquem kalendis Januariis natum teſtamentum ipſo natali ſuo feciſſe quarto decimo anno: an valeat teſtamentum? Dico valere. Plus arbitror etiam, ſi pridie Kalendarum fecerit poſt ſextam horam noctis valere teſtamentum: jam enim compleſſe videtur annum quartum decimum, ut Marciano videtur.* Et cum ſexto capite de uſurpationibus, & uſucap. [*c*] ex libro XI. Ulpiani ad edictum dicatur: *In uſucapionibus non a momento ad momentum, ſed totum poſtremum diem computamus* (ſic autem ſcribendum eſt, non ut in Norico *ad poſtremum diem*) Additur ex libro XXVII. ad Sabinum. *Ideoque qui hora ſexta diei Kalendarum Januariarum poſſidere cœperit: hora ſexta noctis pridie Kalendas Januarias implet uſucapionem.* Omnibus his locis Ulpianus ſexta hora noctis mediam noctem ſignificat, neque diſtinguit hieme, an æſtate uſucapio, aut manumiſſio, aut teſtamentum fiat: Sed quocumque tempore diem ea hora incipere: qua etiam mediam noctem eſſe apparet: ſi hæc cum VIII. capite de feriis conjungantur: PAULUS *libro tertiodecimo ad Sabinum:* [*d*] *More Romano dies a media nocte incipit, & ſequentis noctis media parte finitur. Itaque quidquid in his viginti quattuor horis, id eſt duabus dimidiatis noctibus & luce media actum eſt, perinde eſt, quaſi quavis hora lucis actum eſſet.* Quæ verba Conſtantinus Harmenopulus libro ultimo Prochiri titulo de verborum ſignificatione ita Græce interpretatur: ὅτι ἡμέρα ἀπὸ τῆς ἑβδόμης ὥρας τῆς νυκτὸς ἄρχεται καὶ τελευτᾷ εἰς ἕκτην ὥραν τῆς ἐπιούσης νυκτὸς, ὥστε καὶ τὸ πραττόμενον ἐν μίᾳ, τούτων τῶν ηδ. ὡρῶν, ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ δοκεῖ γίνεσθαι. *Cum dies*, inquit, *a ſeptima noctis hora incipiat, & in ſextam ſequentis noctis terminetur: quod in aliqua harum vigintiquattuor horarum factum eſt, eadem die fieri intelligitur.* Septimam horam apud Conſtantinum intelligere oportet non exactam, ſed incipientem: alioqui tres tantum, & viginti horæ eſſent. Hoc idem Varro, & Q. Mucius apud Gellium [*e*] teſtantur. Sed neque illa, neque ſuperiora intelligi poſſunt, niſi illud ſciamus, quod docte, ut omnia, Alciatus noſter tradit cap. II. de verborum ſignificatione. Veteres dies in duodecim horas diviſiſſe, totidemque noctes, eaque de cauſa ſextam diei horam ſemper meridiem fuiſſe, ſextam noctis mediam noctem. Majores tamen æſtate diei horas, ut neceſſe erat, fuiſſe: brumæ vero tempore noctis horæ cæteris majores erant: creſcebant enim, & minuebantur, ut dies ipſi, & noctes. De media nocte ſatis multa diximus. De meridie ſunt etiam apud juriſconſultos exempla. Pomponius libro ſexto ad Sabinum: (*f*) *Si diurnas operas Stichi dare damnatus, non a mane, ſed a ſexta diei hora det, totius diei nomine tenetur.* Paulus libro XII. reſponſorum: (*g*) *Quæro cum ipſa die, qua Titius ordinaret teſtamentum in civitate hora diei ſexta, eadem die albeſcente cœlo rure ſit enixa Mævia maſculum, an inſtitutio hæredis valeat, cum, quo tempore ſcriberetur teſtamentum, jam editus eſſet partus?* Fit etiam mentio apud Ulpianum ſub titulo de uſurpationibus, (*h*) cujus verba paulo ante retuli. Cap. quoque III. de operis libertorum dicitur: [*i*] *Nec ei liberto, qui ſex horis duntaxat antemeridianis præſto fuiſſet, liberatio ejus diei contigit.* Huc accedit, quod apud Paulum libro IV. ſententiarum ſub titulo de viceſima ſcriptum eſt, Teſtamenta inter horam ſecundam, & decimam diei recitari debere. Et apud Varronem libro II. de re ruſtica: *Dies ad tonſuras ſumuntur ſereni, & his id faciunt fere a quarta ad decimam horam. Quoniam ſole calidiore tonſa ex ſudore ejus lana fit mollior & ponderoſior, & colore meliore.* Ejuſmodi horarum ratio non aliunde apertius cognoſci poteſt, quam ex ſacra Mathæi hiſtoria capite XX. Cum vineæ dominus his, qui undecima hora conducti fuerant, tantam mercedem ſolvit, quantam hi, qui a ſexta, tertiaque hora opus fecerant, acceperunt. Neque eorum voces ferebat, qui pares fuiſſe indignabantur eos, qui unam tantum horam in vinea fuiſſent, his, qui totius diei, & caloris pondus ſuſtinuiſſent. Et ex Plutarcho in M. Craſſi vita: *Cum Dejotarum Regem ſenem admodum Marcus Craſſus eadem ætate offendiſſet urbem ædificantem: Quid tu, inquit, Deiotare? duodecima hora ædificare cœpiſti? Cui Rex, ne tu quidem, inquit, Craſſe, matutino tempore Parthos oppugnas.* [*k*] De eiſdem caput quoque alterum de verborum ſignificatione (*l*) intelligendum, quod prima fronte contradicere videbatur. *Cujuſque* inquit, *diei major pars eſt horarum ſeptem primarum diei, non ſupremarum.* Hoc eſt a duodecima noctis ad octavam diei, non a quinta ad duodecimam. Et conſtitutione XX. de tranſaction. (*m*) ſecunda hora noctis ita intelligenda. Sed hæc ſatis exiſtimo pervulgata doctorum virorum lucubrationibus.

[b] *L.* A qua ætate. *qui teſt. fac. poſſ.*

[c] *L.* In uſucapionibus. *l.* ideoque. *de uſuc.*

(d) *L.* More. *de feriis.*

(e) *A. Gell. lib.* 3. *cap.* 2.

[f] *L.* 2. *de ann. leg.*

(g) *L.* Titius. §. Lucius. *de lib. & poſt.*

(h) *L.* Ideoque. *de uſurp.*

(i) *L.* 3. *de op. libert.*

[k] *Alc. lib.* 1. *parerg. cap.* 48.

[l] *L.* 2. *de verb. ſig.*

(m) *L.* Non minorem. *C. de tranſ.*

CA-

UNED

## CAPUT XIV.

*Kalendis Juliis Migrationem apud veteres ſolitam fieri, aliquot juriſconſultorum locis apparet, quæ mendoſa, & obſcura circumferuntur.*

QUis Angelus Politianus fuerit, quo ingenio, qua eruditione, ignorat, ut, opinor, nemo: quantum vero ei juris civilis amatores debeamus, non multis compertum eſt. Quotus enim quiſque exiſtimat, nos præter unum, atque alterum locum, quos in epiſtulis, & Miſcellaneis emendavit, ei accepto ferre oportere? Sed mihi multo facilius eſſe videtur ea loca enumerare, quæ Politianus, aut qui a Politiano acceperunt, non reſtituerunt, quam quæ ejus cauſa emendata ſunt. Nam, ut illa omittam, animos omnium ab eo excitatos ad juris civilis inſtaurationem, inſtitutionumque Theophili eum primum fuiſſe preconem: quidquid Bologninus, & eum meliori ingenio ſecuti Alciatus, & Haloander reſtituerunt, ex Politiani libris acceptum eſt. Non ſcrutor quantum Crinitus, Baifius, Budæus, atque alii, ſi qui ſunt, ex Politiani obſcuris, ut ipſi ajunt, (*a*) notis profecerint. Ego me non pauca intellexiſſe profiteor, dum Medicea liberalitate Florentinas Pandectas perlegi. Neque eo tantum libro uſus ſum, ſed & Angeli Politiani, & Lælii Taurellii Juriſconſulti libris: quibus, cum alicubi hærebam, ducibus uſus ſum: cum errabam, admonitoribus. In his Politiani libris in margine quædam ſcripta reperi, quæ ei legenti, ut fit, in mentem veniebant. Quorum nihil reperi melius eo, quod cap. XLI. de contrahend. emption. [*b*] & cap. IX. qui potiores [*c*] adſcripſerat. Id cujusmodi ſit, explicare conabor. *Migrare* inquilini dicuntur, cum conſtituto tempore ex habitatione cum ſuis rebus diſcedunt: ea enim de cauſa interdictum de migrando dabatur. (*d*) Erat autem jam inde a Ciceronis ætate conſuetum, Kalendis Quintilibus, aut (ut poſtea appellarunt) Juliis migrare: is enim dies conductionum primus erat. Cicero libro II. epiſtularum ad Q. Fratrem: *Domus tibi ad lucum Piſonis Luciniana conducta eſt, ſed ut ſpero, paucis menſibus poſt Kalendas Quintiles in tuam commigrabis.* Martialis libro XII. Epigrammatum:

(a) *Bud. in l.* Fraus. *de legib.*

(b) *L.* Cum ab eo. *de cond. emp.*
(c) L. Qui balneum. *qui pot.*
[d] *tit. toto de migrand.*

*O Juliarum dedecus Kalendarum*
*Vidi Vacerra ſarcinas tuas, vidi,*
*Quas non retentas penſione pro bima*
*Portabat uxor.*

Neque enim eloquentiſſimus vir tam inepte locutus fuiſſet, ut paucis menſibus diceret poſt Kalendas Quint. niſi ſollemnem illam diem fuiſſe ei rei, qua de egerat, noviſſet: neque Vacerræ ſarcinæ tam eſſent facetæ, ſi non legitimo die migratio fieret. Sed Tranquillus apertius in Tiberii vita, & Tranquilli interpres Hermolaus omnem ſcrupulum timidis, & ſuſpicioſis evellent. Namque Tiberium ferunt latum clavum, genus id tunicæ Senatoriæ [*e*] ademiſſe Senatori, quod dedita opera in hortis maneret ad Kalendas Julias, ut poſt eum diem domo conducta vilius habitaret. Nunc ad Juriſconſultos noſtros veniamus. Scribit Africanus libro VIII. Quæſtionum: (*f*) *Qui balneum ex Kalendis proximis conduxerat, pactus erat, ut homo Eros pignori locatori eſſet, donec mercedes ſolverentur. Idem ante Kalendas Julias eundem Erotem alii ob pecuniam creditam pignori dedit. Conſultus, an adverſus hunc creditorem petentem Erotem, locatorem Prætor tueri deberet, reſpondit debere. Licet enim eo tempore homo pignori datus eſſet, quo nondum quicquam pro conductione deberetur: quoniam tamen jam tum in ea cauſa Eros eſſe cœpiſſet, ut invito locatore jus pignoris in eo ſolvi non poſſet, potiorem ejus cauſam habendam.* Kalendas proximas intelligere oportet Julias, & ante pignori Erotem datum, quam is dies veniret; quoniam nihil eo tempore pro conductione deberi ait. Quod ſi Kalendæ Juliæ non diem migrationis ſignificarent, nihil eſſet eo capite ineptius. Apertius Labeo cap. LX. [*g*] locati in Norico præſertim libro: nam Florentinum nonnullis mendis infectum eſt: quibus bona fide ſublatis ita ſcriptum eſt: LABEO *poſteriorum libro quinto a Javoleno Epitomatorum. Cum in plures annos domus locata eſt, præſtare locator debet, ut non ſolum habitare conductor ex Kalendis illis cujuſque anni, ſed etiam locare habitatori, ſi velit, ſuo tempore poſſit. Itaque ſi ea domus ex Kalendis Januariis rupta* (*h*) *in Kalendas Junias permanſiſſet, ita ut nec habitare quiſquam, nec oſtendere alicui poſſet: nihil locatori conductorem præſtaturum, adeo ut ne cogi quidem poſſit ex Kalendis Juliis refecta domu habitare: niſi ſi paratus fuiſſet locator commodam domum ei ad habitandum dare. Si ex Kalendis Juliis* pro illis ſubſtituas, quod Haloander fecit, neque difficilis erit, neque mendoſus hic locus: Eritque hæc ſententia: Non ſolum præſtandum eſſe ei, qui in plures annos domum conduxit, ut ex kalendis Juliis cujuſque anni habitare poſſit, ſed & ante eum diem permittendum, ut, ſi conductor alii velit locare, domus pateat. Quamobrem ſi poſtea, quam in eam domum venit, ex kalendis puta Januariis ad kalendas Junias, neque habitare, neque conductoribus oſtendere potui, mercedem ejus temporis ſolvere non tenetur, neque refecta domo cogitur reliquos annos peragere ex kalendis Juliis. Sed & ſi ex kalendis illis dicatur, eædem juliæ kalendæ intelligendæ ſunt, ſed incertæ, proximæ, an alterius, an tertii anni. Eadem etiam pertinent ad illud XLI. caput de contrah. empt. (*i*) *Cum ab eo, qui fundum alii obligatum habeat, quidam ſic emptum rogaſſet, ut eſſet is ſibi emptus, ſi eum liberaſſet, dummodo ante kalendas Julias liberaret: quæſitum eſt, an utiliter agere poſſit ex empto in hoc, ut venditor eum liberaret.* In-

(e) *Bud. l. ult. de ſenat.*

(f) *d. l.* Qui balneum.

(g) *L.* Cum in plures.

[h] Furta. *Fl.*

(i) *L.* Cum ab eo. *de contr. empt.*

Intererat autem ejus ante eas kalendas liberari, ut ſi vellet, illic habitare poſſet, aut alii locare. Et cap. XII. de precario: (a) CELSUS *libro XXV. Digeſtorum Cum precario aliquid datur, ſi convenit, ut in kalendas Julias precario poſſideat, numquid exceptione adjuvandus eſt, ne ante ei poſſeſſio auferatur?* Accidit enim id ſæpe, ut, cum domos locare non poſſimus, gratis poſtremis menſibus habitandas concedamus in eum diem, quo migrandum eſt. Hæc, atque hujuſmodi Politiano debemus, qui nos Suetonii, & Martialis nominibus ad kalendas Julias adſcriptis, ſuperiorum capitum ſcientia juvit.

(a) L. Cum precario. *de precar.*

## CAPUT XV.

*Quæ ſit* Captatoria inſtitutio *adverſus omnium interpretum ſententiam.*

IMp. Philippus A. & Philippus Cæſar conſtit. XI. de teſtamento militis: (b) *Captatorias*, inquiunt, *inſtitutiones etiam in militis teſtamento nullius eſſe momenti*, *manifeſtum eſt.* Cajus libro quintodecimo ad edictum provinciale: (c) *Captatoriæ ſcripturæ ſimili modo neque in hereditatibus*, *neque in legatis valent.* Captatoriæ ſcripturæ, aut hereditates quæ ſint, inde facile cognoſcemus, ſi captandi verbum intelligamus. Eſt autem venari, & aucupari lucrum, ut recte his exemplis cognoſcitur. Ulpianus libro XLVIII. ad edictum: (d) *Qui dum captat hereditatem legitimam*, *vel ex teſtamento*, *prohibuit teſtamentarium introire. volente eo facere teſtamentum*, *vel mutare*: *Divus Hadrianus conſtituit*, *denegari ei debere actiones*, *denegatiſque ei actionibus*, *fiſco locum fore.* Juſtinianus libro III. inſtit. (e) *Si totorum bonorum ſocius cum ab aliquo heres eſſet velictus*, *in hoc renuntiaverit ſocietati*, *ut hereditatem ſolus lucri faceret*, *cogitur hoc lucrum communicare. Si quid vero lucrifaciat*, *quod non captaverit*, *ad ipſum ſolum pertinet.* Impp. Diocletianus & Maximianus: (f) *Si majores quinque & viginti annis cum patruo*, *ſive avunculo veſtro tranſegiſtis*, *vel ei debita donationis cauſa ſine aliqua condicione remiſiſtis: non idcirco*, *quod hoc hujus captandæ hereditatis cauſa*, *& ſpe futuræ ſucceſſionis nos feciſſe proponatis*, *aliis ei ſuccedentibus inſtaurari finita debent.* Sic *captare mortem* conſtitut. XI. de tranſactione (g) & apud Pontificios, (h) & *ſuperiorem gradum captare* Juſtinianus Conſtitutione VIII. de advocatis diverſ. judicum. (i) Verba vero *captari* dicimus, cum torquentur in aliam ſignificationem, quam is, qui ea pronuntiavit, voluit. Paulus libro IV. epitomarum Alfeni. [k] Reſpondit, *non oportere jus civile calumniari*, *neque verba captari*, *ſed qua mente quid diceretur*, *animadvertere* convenire. Sed priori ſignificatione captatoria inſtitutio a noſtris conſultis dicitur ea inſtitutio, qua quis alterius hereditatem, aut legatum captat, aut quodcumque lucrum ex alterius morte. Qua in re ab Alciati noſtri ſententia non diſcedo. [l] Hujus tamen inſtitutionis formulam hanc fuiſſe exiſtimo: Titius qua ex parte me heredem inſtituerit, ex ea parte heres mihi eſto: quæ ſenatusconſulto improbata eſt, (m) ut paulo poſt oſtendam: nam prius hæc ita ſe habere manifeſtiſſimis, ut mihi videtur, teſtimoniis comprobabo. Paulus ait libro quinto ad legem Juliam, & Papiam: (n) *Illæ autem inſtitutiones captatoriæ non ſunt, veluti ſi ita heredem quis inſtituat: Qua ex parte Titius me heredem inſtituit, ex ea parte Mævius heres eſto. Quia in præteritum, non in futurum inſtitutio collata eſt.* [o] Si igitur in præteritum concepta non eſſet, ſed in futurum, ut illa noſtra, captatoria eſſet: quod ipſum apertius poſtea dicitur: *Sed illud*, inquit, *quæri poteſt*, *an idem ſervandum ſit*, *quod ſenatus cenſuit*, *etiam ſi in aliam perſonam captionem direxerit.* Eleganter captionem appellat hamatam illam inſtitutionem: *Veluti ſi ita*, inquit, *ſcripſerit: Titius, ſi Mævium tabulis teſtamenti ſui heredem a ſe ſcriptum oſtenderit, probaveritque, heres eſto: Quod in ſententiam ſenatuſconſulti incidere, non eſt dubium.* Cum itaque non in aliam, ſed in teſtatoris perſonam captio directa eſt, non ex ſententia ſolum, ſed etiam ex ſenatuſconſulti verbis improbatur. Idque eſt, quod capite I. de his, quæ pro non ſcriptis habemus, [p] dicitur. *Nam Senatus cum pœnas legis Corneliæ conſtituerat adverſus eum, qui ſibi hereditatem, vel legatum ſcripſiſſet: eodem modo improbaſſe videtur, quo improbatæ ſunt illæ: Qua ex parte me Titius heredem ſcriptum in tabulis ſuis recitaverit, ex ea parte heres eſto: ut perinde haberentur, ac ſi inſertæ teſtamento non eſſent.* Hac etiam de cauſa cap. LXXIX. de hereditat. inſtitution. (q) de illa inſtitutione dubitatum eſt: *Quanta ex parte me a Titio heredem inſtitutum recitaſſem, ex ea parte Sempronius mihi heres eſto, & non eſſe captatoriam, reſponſum eſt.* Non enim captare videor Titii hereditatem, cui nihil relinquo: neque Sempronio ullum a Titio lucrum venor: * præſertim ſi de teſtamento Titiano ante meum teſtamentum facto illud caput intelligamus. Quod ſi Titii teſtamentum a me recitatum non fuerit, nulla erit inſtitutio, etiam ſi remota ſit, ut dixi, captatoriæ inſtitutionis ſuſpicio. Sed & Conſtantinus (r) Harmenopolus Græcus juriſconſultus nullam aliam χάριν ἀμειβόμεναν inſtitutionem (ſic enim captatoriam appellat, improbat, quam quæ ſub condicione futuræ inſtitutionis facta eſt. Verba ejus ſunt hæc: αἱ χάριν ἀμειβόμεναι ἐνστάσεις οὐκ ἔρρονται. οἷον Πέτρος ἐξ ὅσου μέρους γράψειμε κληρονόμον, ἔστω μου κληρονόμος. αἱ δὲ εἰς τὸν παρελθόντα χρόνον συγκείμεναι ἐνστάσεις ἔρ-

(b) L. Captatorias. C. *de teſtam. mil.*

(c) L. Captatoriæ. *de legat.* I.

(d) L. I. *Si quis aliq. teſt. prohib.*

(e) *Inſt. de ſociet.* §. Manet.

(f) L. Si majores. C. *de tranſ.*

(g) L. De fideicommiſſo. C. *de tranſ.*

(h) *c.* 3. *de concept. præb. inſt.* 6.

(i) L. Nemo. C. *de adv. div. judicum.*

[k] *L. ult. ad exhib.*

(l) *Alc. libro* 2. *parerg. cap.* 31.

(m) L. Captatoria. *de her. inſtit.*

(n) L. Illæ. *de her. inſtit.*

(o) *ſic l.* Hoc arti. *eod. tit. l.* mulier. *in fin. de cond. inſtit.*

(p) L. I. *de his quæ pro non ſcr.*

(q) L. Clemens. *in fin. de her. inſt.*

[r] *Conſtant. lib.* 5. *cap.* 8. τοῦ προχείρου.

* Carpitur per Bynkershoek in Opuſc. de Captatoriis inſtit. Cap. VI. & VIII. Tom. II.

ἔρρονται δι ον ἐξ ὅτου μέρους ἔγραψέ με πέτρος κληρονόμον, ἐκ το σοῦτου ἔστωμου κληρονόμος. οὐ μόνον δὲ εἰς τὸ πρόσωπον τοῦ δία τιθεμένου, ἀλλὰ καὶ εἰς ἕτερον γίνεται ἡ χάριν ἀμειβομένη ἔνστασις. οἷ ον ἐὰν Πέτρος γράψῃ Παῦλον κληρονόμον, ἔστω μου κληρονόμος. Et autem mendoſus vulgaris liber in verbo Παῦλος, & verbo ἔρρονται. alterum enim deeſt, alterum additum eſt. *Captatoriæ*, inquit, *inſtitutiones non valent, ut puta Petrus ex qua parte me ſcribet heredem, heres mihi eſto. Quæ vero in præteritum tempus inſtitutiones conceptæ ſunt, valent: veluti qua ex parte ſcripſit me heredem Petrus, ex eadem mihi heres ſit. Neque ſolum in teſtatoris perſonam, ſed & in aliam fit captatoria inſtitutio: ut ſi Petrus ſcripſerit Paulum heredem, mihi heres ſit.* Hæc Conſtantinus, cui accepto ferimus hoc qualecumque eſt boni, quod ex hac interpretatione venit. Cui ſimile quiddam memini me a præceptore meo Mariano Socino Patavii audiſſe. In eandem ſententiam caput LXVIII. de heredit. inſtit. (*a*) cujus cauſa ſuperiora omnia ſcripſimus, interpretandum eſt. Ejus verba ſunt hæc: PAPINIANUS *libro ſexto reſponſorum. Captatorias inſtitutiones non eas ſenatus improbavit, quæ mutuis affectionibus judicia provocaverunt, ſed quarum condicio confertur ad ſecretum alienæ voluntatis.* Hoc eſt, ſi quis alterum pure inſtituat, & ille ſive ſciat, ſive ignoret, eum, a quo eſt inſtitutus, pure etiam inſtituat: neutra eſt captatoria; namque ipſi affectione mutua uſi ſunt in ultimo eorum judicio, & voluntate. Sed ſi ſub ea condicione, quæ ex alterius teſtamento pendet; hoc enim ſecretum alienæ voluntatis appellat, (*b*) uti illa eſt, *qua ex parte me ille heredem inſtituet &c.* hæ Senatuſconſulto reprobatæ ſunt. Quo capite non illud definitum eſt, ut Accurſiani exiſtimant, captatorias inſtitutiones eſſe, quæ ita fiunt, *illum inſtituo, ſi Titius voluerit*, ſed non eſſe captatorias eas inſtitutiones, quæ pure fiant, licet alter alterum, nulla ejus teſtamenti mentione facta, inſtituiſſet. Nam & Theodoſii, & Valentiani Novella, cujus apud Alciatum (*c*) mentio fit, vir, & uxor ſe invicem heredes alter alterum reliquerat, & non eſſe captatorium teſtamentum dicitur, *quoniam ſimilis*, inquit, *fuit amborum affectus, & ſimplex religio teſtamenta condentium.* Et licet ſecretum alienæ voluntatis quodcumque alienum arbitrium dici poſſit, tamen Papiniano ſatis viſum eſt rationem afferre, qua pura inſtitutio a captatoria differret. Nam quod Accurſiani dicunt, voluntates ex alieno arbitrio pendere non poſſe, idem ego affirmo. Item illud, hanc fortaſſe non levem captatoriæ ſcripturæ improbandæ cauſam: nego tamen eas omnes inſtitutiones captatorias eſſe, quæ ex alieno arbitrio pendeant. * Cajus libro primo de teſtamentis ad edictum Prætoris Urbani: (*d*) *Illa inſtitutio, quos Titius voluerit, ideo vitioſa eſt, quod alieno arbitrio permiſſa eſt. Nam ſatis conſtanter veteres decreverunt, Teſtamentorum jura ipſa per ſe firma eſſe oportere, non ex alieno arbitrio pendere.* Hæc ſi captatoria inſtitutio eſſet, Senatus potius conſultum rettuliſſet, quam veterum opinionem. Neque tacite fieri poſſet, ut cum Sempronius heres inſtituitur, ſi Titius in Capitolium aſcenderit: eſt enim id in ſecreta Titii voluntate poſitum. (*e*) Fieret enim Senatuſconſulto fraus, vel etiam contra ejus verba eſſet, ſi verum eſt, Senatum eas inſtitutiones improbaſſe, quæ alieno arbitrio committuntur. Idem in legatis reſponſum eſt, non quod illud legatum captatorium ſit, *ſi Mævius voluerit, Titio decem do*: ſed quod in alienam voluntatem conferri legatum non poteſt. (*f*) Quamquam alio loco contrarium dici videatur in Florentino præſertim libro, XXXI. libro Digeſtorum. ULPIANUS *libro nono ad Sabinum.* (*g*) *In arbitrium alterius conferri legatum, veluti condicio poteſt. Quid enim intereſt, ſi Titius in Capitolium aſcenderit, mihi legetur, an ſi voluerit?* Et libro XXX. idem ait: (*h*) *Legatum in aliena voluntate poni poteſt, in heredis non poteſt.* Sed exiſtimo Ulpianum de legatarii voluntate intelligere. Illud procul dubio verum eſt ex Innocentii Pont. Max. decreto (*i*) ejuſmodi inſtitutiones valere. Verba ejus ſunt hæc: *Qui extremam voluntatem in alterius diſpoſitionem committit, non videtur decedere inteſtatus.* Quo reſcripto an captatoriæ inſtitutiones confirmentur, in dubium revocari poteſt. Ut illud quoque conſequens eſt conſtit. XI. de teſtam. milit. (*k*) non ablatum militi, ut non poſſit in alienam voluntatem teſtamentum ſuum conferre. Quæ nos aliis explicanda relinquimus.

(a) L. Captatorias. de her. inſt.

(b) L. 3. C. de codicill.

(c) d. cap. 31.

[d] L. Illa. de hered. inſtit.

(e) L. Si quis Sempronium. eod. tit.

[f] L. Nonnumquam. de condit. & demonſt.

(g) L. 1. de legat. 2.

(h) L. Senatus. §. Legatum. de legat. 1.

[i] c. Cum tibi. de teſtam.

(k) L. Captatorias. C. de teſt. mil.

## CAPUT XVI.

*Multa digeſtorum loca reſtituta, in quibus græca aliquot verba deerant, aut mendoſe in Noricis libris ſcripta ſunt.*

NOtas Florentinarum Pandectarum [ſic enim appellat] in commune ſe proferre Haloander profitetur: quod & illuſtrius ad nomen, & cautius ad fidem exiſtimabat id dicere, quam id, quod fecit, Bolognini deſcriptionem ex Politiani libris acceptam proferre ſe dicere. Quamobrem nolim quemquam mirari, ſi tam multis locis aliud Florentiæ eſſe dicam, quam in Norica editione ſit. Nam neque Politianus diligentiſſimus ſemper fuit, neque quæ ille ſibi ſoli deſcribebat notis quibuſdam, quales quiſque ſuas frequentes habet, Lud. Bologninus homo neque natura acutus, neque inſtitutione eruditus ſatis, & Græcarum litterarum expers, deſcripſit, ut oportuit. Ego vero quamquam ingenii mei mediocritatem agnoſcam, & cæterarum rerum non multam cognitionem, diligentia tamen tanta uſus ſum, & adju-

* Videndus Bynkershoek in Opuſc. de Captatoriis inſtit. Cap. II. Tom. II.

adjutoribus his, ut illa non multum deſiderarem. Sed ex his, quæ hoc capite ſcripturus ſum de græcis verbis aut omiſſis, aut mendoſis, & alio capite de negationibus, quantum noſtri labores profecerint, judicium fieri cupimus. Caput III. de legibus (*a*) ita Haloander edidit: *Jura conſtitui oportet, ut dicit Theophraſtus, in his, quæ* ἐκ παραλόγȣ ἐπὶ τὸ πλεῖςον *accidunt*: hoc eſt, quæ *ex inopinato frequenter* accidunt. Cum aliud Budæus ſe in ipſis Florentinis Pandectis vidiſſe teſtetur, nempe id, quod erat: *Jura conſtitui oportet, ut dixit Theophraſtus, in his, quæ* ἐπὶ τὸ πλεῖςον *accidunt*, non *quæ* ἐκ παραλόγȣ. Quæ illi ſententiæ contradicit. Ridiculum autem eſt, quod alii ſcribebant *antomina*, aut *automata*, aut θάμινα (*b*) Errorque hic totus Bolognini eſt, quippe qui non recte emendationem Politiani percepit. Cap. XXXVII. de judiciis (*c*) ſic Haloander edidit: CALLISTRATUS *libro V. cognitionum. Si de vi, & poſſeſſione quæratur, prius cognoſcendum de vi, quam de proprietate rei, Divus Hadrianus* τῷ κοινῷ συρακȣσίων *reſcripſit*. Florentiæ tamen eſt τῷ κοινῷ τῶν θεσσαλῶν *græce reſcripſit*. Quod reſcriptum Marcianus quoque referre videtur Cap. V. ad L. Juliam de vi publica: (*d*) *Si de vi*, inquit, *& poſſeſſione, vel dominio quæratur, ante cognoſcendum de vi, quam de proprietate rei, Divus Pius* τῷ κοινῷ τῶν θεσσαλῶν *græce reſcripſit. Sed & decrevit, ut prius de vi quæratur, quam de jure dominii, ſive poſſeſſionis*. Sed an idem reſcriptum ſit, non facile dixerim, cum altero loco Divus Hadrianus, altero Divus Pius auctor dicatur: fuit autem hic illius adoptivus filius. Cap. XVI. de ſervit. præd. urban. [*e*] in Norico: *Interdum dici poteſt, eum quoque, qui tollit ædificium, vel deprimit, luminibus officere: ſi forte* κατ' ἀνάκλασιν *lumen in eas ædes devolvatur*. Quam lectionem Alciatus libro II. παρέργων probat. Florentiæ tamen eſt, *ſi forte* κατὰ ἀντανάκλασιν, *vel preſſura quadam lumen in eas ædes devolvatur: hoc eſt per refractionem luminis*. Cap. I. de exerc. action. (*f*) Noricus: *Quædam enim naves onerariæ, quædam, ut ipſi dicunt*, ἐπιβάδες; quod Alciatus quoque probat libro I. παρέργων: Nebriſſenſis *emphractæ*, Cotta *amphractæ*, Budæus *embatæ*, aut *epibatæ* ſcribunt: Florentiæ ἐπιβατηγοὶ ſcriptum eſt, hoc eſt *vectorum ductrices* ἀπὸ τȣ̃ ἄγειν τȣ̀ς ἐπιβάτας, ut cap. LIII. de legatis libro III. [*g*] *Quid mirum? cum* ξύλον *hoc, & naves* ξυληγὰς *appellant, quæ hæc* ἀπὸ τῶν ἑλῶν *deducunt?* τῶν ἐπιβατῶν mentio fit cap. ult. nautæ, caupones (*h*), ſtabularii: *Et quid ſi quis, quos volgo* ναυτεπιβάτας *dicunt? & huic tenebitur: ſed hujus factum præſtat, cum ſit & nauta*. Sic enim & Florentiæ eſt, & apud Alciatum libro III. diſpunct. quamvis idem libro I. παρέργων Noricam editionem, quam perpetuo fere illis libris eſt ſecutus, probat. Eſt autem hæc: *Quos vulgo* μετοναύτας, *Græci* ναυτεπιβάτας *dicunt*.

(a) *L.* 3. *de legib.*

(b) *Alc. lib.* 2. *prætermiſſ.*

(c) *L.* Si de vi. *de jud.*

(d) *L.* Qui cætu. §. Si de vi. *ad l. Jul. de vi.*

(e) *L.* Si arborem. §. Interdum. *de ſerv. præd. urb.*

[f] *L.* 1. §. Sed & ſi ut certis. *de exerc. act.*

(g) *L.* Ligni. §. Lignorum. *de legat.* 3.

(h) *L. ult. naut. cau.*

Cap. V. de inſtitoria actione: (*i*) *Idem ait ſi libitinarius, quem Græci* ταφιςὴν *vocant, ſervum pollinctorem habuerit, iſque mortuum ſpoliaverit: dandam in eum quaſi inſtitoriam actionem*. Sic Haloander Albucium ſecutus apud Alciatum libro II. præterm. Sed in margine adſcripſit ταφέα, quod Budæus dixerat ſcribendum. Ego vero Florentiæ reperi: *Si libitinarius, quem græce* νεκροθάπτας *vocant, ſervum pollinctorem habuerit*. Sed νεκροθάπταν ſcribendum eſt: dicitur autem ἀπὸ τȣ̃ θάπτειν τȣ̀ς νεκρȣ̀ς, hoc eſt *a cadaveribus ſepeliendis*, quos Budæus νεκροφόρȣς appellat. Cap. XXVI. depoſiti: [*k*] *Habere me a vobis auri pondo plus minus decem, & diſcos duos, ſaccum ſignatum, ex quibus debetis mihi decem, quos apud Titium depoſuiſtis, item* κȣρατροφεῖων *decem, item ex ratione patris veſtri decem, & quod excurrit*. Alexander Alexandrius ciſtophori decem, quod neque Budæus probat, neque quicquam aliud ſubſtituit. Alciatus recte libro I. diſpunct. *Item quos trophimati decem, hoc eſt, quod in nutritis expendi. Nutricia*, inquit. Ulpianus cap. I. de extraord. cognit. [*l*] *Eouſque producemus, quo ad infantes uberibus aluntur*. Quæ Budæus τρόφια appellat ſub titulo de offic. P. P. Idem Budæus optime verba illa, *quod excurrit*, interpretatur: nam & Mæcianus in libro de aſſe ſic ait: *Ingenioſiſſime autem cum ad denarium ratio conficeretur, excurrentis æris nota inventa eſt, quæ ſedecies multiplicata id efficeret*. * Cap. LII. de legatis (*m*) græcum verbum deeſt in omnibus, quos vidi, libris. Sed Florentiæ ita legitur: *Si animal legatum occiderit, puto teneri, non ut carnem præſtet vel cætera* λείψανα, *ſed ut præſtet pretium quanti eſſet, ſi viveret*. Sunt autem λείψανα *reliquiæ*, ſic etiam Conſtantinus ſacras illas divorum reliquias appellat libro III. titulo III. προχείρȣ. (*n*) Quod enim conſtitutione III. de ſacroſ. eccleſ. dicitur: *Nemo martyres diſtrahat, nemo mercetur*: ſic ille vertit: μηδεὶς λείψανα ἁγίων πιπρασκέτω. Sed in Digeſtis λείψανα intelligemus carnem, corium, & cornua, ut cap. L. de legatis libro II. [*o*] *Mortuo bove, qui legatus eſt, neque corium, neque caro debetur*. Et XIV. de cond. furt. (*p*) *Bove ſubrepto, & occiſo, condictio & bovis & corii, & carnis domino competit: ſcilicet, ſi & corium, & caro contrectata fuerint, cornua quoque condicentur*. Cap. quoque LXVIII. de legat. lib. III. (*q*) aliud græcum verbum deeſt maxime neceſſarium. Verba ejus hæc Florentiæ ſunt: ULPIANUS lib. XXII. *ad Sabinum. Si cui lana legetur, id legatum videtur, quod tinctum non eſt, ſed* αὐτοφυὲς: *ſive autem facta eſt, ſive infecta, lanæ appellatione continetur*. αὐτόφυες appellat, quod ita per ſe natum ſit, nulla arta fucatum, cujuſmodi Vergilius finxit:

(i) *L.* Cuicumq. §. Idem ait. *de inſt. act.*

(k) *L.* Publia. §. Titius. *depoſ.*

[l] *L.* 1. §. Ad nutricia. *de extr. cogn.*

(m) *L.* Quid ergo. §. Si heres. *de legat.* 1.

(n) *L.* 3. *C. de ſacra eccl.*

(o) *L.* Mortuo. *de legat.* 2.

(p) *L.* Si ſervo. §. Bove. *de cond. furt.*

(q) *L.* Si cui lana. *in princ. de legat.* 3.

Nec

* Hotomann. Reſp. Amicab. Lib. II. Cap. XL. litt. F ait: hunc locum aliter intellectum eſſe.

*Nec varios diſcet mentiri lana colores:*
*Ipſe ſed in pratis aries jam ſuave rubenti*
*Murice, jam croceo mutabit vellera luto.*
*Sponte ſua ſandix paſcentes veſtiet agnos.*

Nihil autem aliud αὐτόφυες eſt, quam quod ille per *ſponte ſua* expreſſit. Sub eodem titulo alter locus eſt, in quo græcis litteris pro latinis acceptis, errandi cauſam Nebriſſenſi noſtro, & Haloandro veteres librarii dederunt. Eſt enim Florentiæ hoc pacto: (*a*) *Cui Corinthia vaſa legata eſſent, & βάσεις quoque eorum vaſorum collocandorum cauſa paratas deberi, Trebatius reſpondit. Labeo autem id non probat, ſi eas βάσεις teſtator numero vaſorum habuit. Proculus vero recte ait, ſi æneæ quidem ſint, non autem Corinthiæ, non deberi.* Librarii *baces* deſcripſerunt, unde factum *abaces* a Nebriſſenſi, qui in eo quoque errat, quod exiſtimat æneas legato accedere, cum contra Proculus cenſuerit. *Baſes* Beroaldus, & Alciatus recte hic legendum putarunt, ut ſub titulo de verbor. ſignif. (*b*) POMPONIUS *libro X. epiſtularum. Statuæ adfixæ baſibus ſtructilibus, aut tabulæ relegatæ catenis, aut erga parietem adfixæ, aut ſi ſimiliter cohærent lychni, non ſunt ædium.* Sic enim & hæc emendanda ſunt.

(a) L. Heres meus. §. Cui. *de legat.* 3.

(b) L. Statuæ. *de verb. ſign.*

Cap. LXXXVII. ad L. Falc. (*c*) in Norico: *Dixi τῶν ἄκρων hanc quæſtionem eſſe, qui tractatus apud dialecticos τοῦ ψευδομένου dicatur. Etenim quidquid conſtituerimus verum eſſe, falſum reperietur.* Alciatus libro I. παρέργων: ἐκ τῶν ἄκρων, *qui tractatus apud dialecticos dicitur ἀσύστατος: ſic enim*, inquit, *plerique legunt, tametſi aliis τοῦ ψευδομένου magis placeat. Pſeudomenum* mentientem appellat Cicero libro II. de divinit. cujus etiam mentio fit in Academicis. Florentiæ multo melius: *Dixi τῶν ἀπόρων hanc quæſtionem eſſe, qui tractatus apud dialecticos τοῦ ψευδομένου dicitur.* τά ἄπορα vero, *perplexa* dicuntur: quale illud eſt cap. XVI. de condit. inſtit. (*d*) *Si Titius heres erit, Sejus heres eſto. Si Sejus heres erit, Titius heres eſto.* A. Gellius libro IX. *Exponit igitur tentamenti*, inquit, *gratia controverſiam parum conſiſtentem, quod genus græci ἄπορον vocant, latine autem id non minus commode inexplicabile dici poteſt*: aliis locis ejuſmodi argumenta ἀντιστρέφοντα appellat. Et quoniam de dialecticis mentio facta eſt, illa etiam emendanda ſunt, quæ de ſophiſmate ſub titulis de verbor. ſignif. & de diverſis regulis juris (*e*) dicuntur. *Natura cavillationis, quam Græci σωρίτην appellaverunt, hæc eſt, ut ab evidenter veris per breviſſimas mutationes diſputatio ad ea, quæ evidenter falſa ſunt, producatur.* Sic Florentiæ. Valla libro VI. σκῶμμα legit, Alc. libro IV. de verbor. ſignif. σόφισμα, alii διαβολήν, aut γοέιταν. De *ſorite* autem, quem *acervalem* Cicero appellat, multa Ariſtoteles, & cæteri tradunt. Eorum cavillatio notior eſt, cum paulatim augendo, aut minuendo adverſarios fallebant. Ut ſiquis dicat, plures collegium facere: rogabit Sorites, an ne ſeptem? Quod ſi ille affirmet, unum deminuet, deinde item unum, quoad eo perducat, quo alter principio venturus non erat. Eodem pacto augendo, ſi dicat oves duas gregem non facere, aut modicam ſummam eſſe duorum aureorum: tum ille minutiſſimum nummum addet ſæpius, quoad illum fallat. Ille etiam locus ex dialecticis, aut rhetoribus ſumptus mendoſus eſt. cap. ult. ad S. C. Trebell. [*f*] Deeſt enim græcum verbum, quod in aliis locis ab Haloandro, & Alciato eleganter declaratum eſt. Sic vero eſt Florentiæ: *Polycrates fideicommiſſum petierat, & optinuerat apud Aurelium Proculum Proconſulem Achajæ. Appellatione facta cum ſolus Phœbus egiſſet μονομερῶς, victus eſt.* ut cap. XIII. de jurejurando: (*g*) *Et quaſi μονομερὴς condictio ei dari debet adverſus furis heredem.* Quod interpretantur illi *ſine exceptione*, aut *replicatione* (*h*) quaſi peremptorie dicas. Id enim capiti ultimo aptius eſt. Caput I. de aqua, & aquæ pluv. [*i*] Haloander Alciatum ſecutus libro II. prætermiſſ. ſic edidit: *Sulcos tamen aquarios, qui græce ὑδραύλακες appellantur, ſi quis faciat, aquæ pluviæ arcendæ eum teneri.* Sed idem Alciatus libro II. [*k*] παρέργων *elices* mavult ſcribi. Et certe Florentiæ ſic eſt: *Sulcos tamen aquarios, qui ἕλικες appellantur, ſi quis faciat, aquæ pluviæ actione eum teneri ait.* Et Sextus Pompejus ait: *Elices ſulci aquarii, per quos aqua collecta educitur e lyris.* Cap. IV. vi bonor. raptor. [*l*] Haloander: *Turbam autem appellatam Labeo ait ex genere tumultus, idque verbum ex Græco tractum τύρβη.* Hoc videtur Alciatus in lib. de verbor. ſignif. probaſſe. (*m*) Sed Florentiæ eſt ἀπὸ τοῦ θορυβεῖν. hoc eſt, a *tumultuando*. Budæus volebat hæc addere τύρβη γὰρ παρὰ τὸ θορυβῶ εἴρηται. hoc eſt, *turba enim a tumultu dicitur.* Cap. III. de incend. ruina, nauf. [*n*] *Qui ejecta nave quid rapuit, hoc edicto tenetur. Ejecta* hoc eſt quod Græci ajunt, ἐξοκειλαμένης. Sic Haloander Budæum, & Alciatum ſecutus. Quamquam ille ἐκκλυζομένης, vel ἐξοκειλάσης, hic prius πρόβλητα, poſt ἐκβολή, tandem ἐξοκειλαμένη reſtituat. (*o*) Florentiæ tamen eſt ἐξεβράσθη, quod ἀπὸ τοῦ ἐκβράζειν dictum eſt cap. V. de injuriis. (*p*) Haloander Alciatum ſecutus libro II. prætermiſſ. edidit: *Eadem pœna ex ſenatuſconſulto tenetur is, qui ἐπίθεσιν, aliudve quid, ſive ſcripturam in notam aliquorum produxerit.* Quod iterum Alciatus probat libro I. (*q*) παρέργων. Sed in Ethruſco libro eſt: *Eadem pœna ex S. C. tenetur etiam is, qui ἐπιγράμματα, aliudve quid ſine ſcriptura in notam aliquorum produxerit.* Cap. I. de effracto [*r*] & expilat. Haloander Budæum, & Alciatum ſecutus edidit: *Expilatores, qui ſunt atrociores fures, hoc eſt λωποδύται in opus publicum, vel perpetuum, vel temporarium dari ſolent.* Budæus tamen ſubſtituebat. *Hoc eſt enim συλαγωγοὶ, vel συλῆται*; quamvis dicat, Demoſthenem λωποδύτας appellare. Alciatus libro II. prætermiſſ. τοιχώρυχοι, *aut* λωποδύται. Sed libro I. παρέργων Noricam editionem probat, & quod nollem ſe-

(c) L. Qui quadringenta. *ad L. Falc.*

(d) L. Si Titium. *de cond. inſt.*

(e) L. Natura. *de verb. ſig. l.* Ea eſt. *de diverſ. reg.*

[f] *L. ult. ad S. C. Treb.*

[g] *L.* Si duo. §. Idem Jul. *de jurejur.*

(h) *Alc. lib.* 4. *cap.* 2. *diſpunct. lib.* 1. *c.* 7. *parerg.*

(i) *L.* 1. §. Labeo. *de aqua & aq. pl. arc.*

[k] *cap.* 24.

[l] *L.* Prætor ait. *in princ. vi bon. rapt.*

(m) *lib.* 4. *de verb. ſig. l.* deteſtatio. *in fin. eod. tit.*

(n) *L.* 3. §. Qui ejecta. *de inc. ruin. nauf.*

(o) *Alc. libro.* 2. *prætern. & C. de navib. non excuſ. lib.* 11.

[p] L. Lex Corn. §. *ult. de injur.*

[q] *Cap.* 8.

(r) *L.* 1. *de effract.*

feciſſet, addit: *dictionem græcam eo modo reponendam, & antiqui plerique codices, & Ethruſcæ Pandectæ nobis indicarunt.* Neque enim eſt ullum eo loco verbum græcum in illis Pandectis, ſed hoc pacto ea ſcripta ſunt. *Expilatores, qui ſunt atrociores fures, hoc enim eſt expilatores, in opus publicum, vel perpetuum, vel temporarium dari ſolent:* Quam germanam eſſe lectionem apparet ex Alexandri conſtitut. XII. de cauſ. ex quibus infam. (*a*) al. irrog. *Si te expilaſſe hereditatem ſententia Præſidis conſtitit, non ex eo, quod non & alia tibi pœna irrogata eſt, furis improbioris infamiam evitaſti.* Et lib. IV. inſtit. ſub tit. vi bonorum rapt. *Hi, qui rapiunt, improbi fures appellantur.* Cap. IX. de pœnis (*b*) Florentiæ eſt: *Erit & illa pœna, nequis negotiis publicis interveniat: hic enim privatis quidem intereſſe poterit, publicis prohibebitur, ut ſolent, quibus ſententia præcipitur* δημοσίων ἀπέχεσθαι. Significant autem Græca verba publicis abſtinere, quæ in Norico libro deſunt. Budæus ἀπὸ τῶν δημοσίων ἀπέχου, alii μὴ δημεοτύεσθαι ſcribunt. Cætera alias perſequemur.

(a) L. Si te. C. *de cauſ. ex quib. inf.*

(b) *L.* Moris. §. Erit. *de pœnis.*

## CAPUT XVII.

*Multis locis in negationibus erratum in vulgo editis libris: quorum fides ex Florentinis libris conſtat.*

Eſt, & non *cuncti monoſyllaba nota frequentant,*
*His demptis, nihil eſt, hominum quod ſermo volutet.*

Non male a poeta neſcio quo dictum eſt: namque ut poſtea ait:

*Omnia in his, & ab his ſunt omnia, ſive negoti,*
*Sive oti quicquam eſt, ſeu turbæ, ſive quietis.*

In noſtris præſertim libris id uſu evenire cognoſcimus, in quibus & illa mire conveniunt:

*Si conſentitur, mora nulla intervenit* EST, EST.
*Si controverſa eſt, diſſenſio ſubiciet* NON.

Quod toties factum eſſe, dedecori eſt. Quamobrem extremo hoc capite aliquot loca enumerare decrevi, maxima audacia a librariis, & interpretibus in contrariam ſententiam converſa. Quale illud eſt, quod Bartolo omnium noſtrorum interpretum poſt Juſtinianum optimo debemus: Qui, cum ex facto dubitaretur, an hoc pactum valeret, ut ne liceat debitori hypothecam vendere, quibuſdam affirmantibus cap. VII. de diſtr. pignor. (*c*) dici nullam eſſe conventionem, aliis nullam eſſe venditionem, & utriuſque lectionis librorum teſtimonia proferrentur, teſtatur, ſe Piſas, ubi tunc Florentinæ Pandectæ erant, miſiſſe: repertumque id, quod optaverat, nullam eſſe venditionem. Quod ne facile obliviſci poſſemus, permultis locis teſtatum reliquit. (*d*) Controverſiam Bartolo, ait Forocornelienſis Alexander, fuiſſe cum Baldo. (*e*) Et quidem Baldus, licet controverſiæ mentionem non faciat, tamen contrariam Bartolo ſententiam defendit. (*f*) Bartolus vero Franciſci Accurſii filii mentionem facit, (*g*) quem non exiſtimo adverſarium fuiſſe. Angelus quoque Peruſinus in Bartoli ſententiam libenter it ob Piſanas Pandectas. (*h*) Qua diligentia ſi majores noſtri uſi fuiſſent, non toties ab leviſſimo quoque librario eluderemur. Sed maxima culpa penes Accurſium reſidet, qui quæ non probat, negatione addita, aut ablata, emendat. Cujus illa ſunt frequentia: vel *lege affirmative*, vel *lege negative*, vel *lege interrogative*: quem cæteri imitantur. Nos igitur aliquorum locorum Ethruſcam lectionem hoc loco indicabimus: ut qui ſe tam faciles in quamcumque partem probandam convertunt, huic uni ſententiæ ſe addicant, ne Bartoli præjudicium contemnere videantur. In Norico libro editorum omnium optimo caput XX. de judiciis (*i*) ita ſcriptum eſt: *Omnem obligationem pro contractu habendam, exiſtimandum eſt: ut ubicumque aliquis obligetur, & contrahi videatur, quamvis ex cauſa crediti debeatur.* In Florentino vero, & aliis: *Quamvis non ex crediti cauſa debeatur.* Et caput VI. de inoff. teſtam. [*k*] Haloander edidit, ut alii: *Poſtumus inofficioſum teſtamentum poteſt dicere, eorum quibus ſuus heres vel legitimus potuiſſet fieri, ſi in utero mortis eorum tempore non fuiſſet.* Sed eſt Florentiæ: *Si in utero fuerit mortis eorum tempore.* Quod ita exiſtimo accipiendum, ut ſi poſtumus in utero fuerit mortis eorum tempore, inofficioſum teſtamentum poſſit dicere. Et hoc, & ſuperiori loco in margine Norici libri eſt noſtra emendatio adſcripta. Caput vero XI. (*l*) Florentiæ ſic eſt, ut in multis libris: MODESTINUS *libro tertio reſponſorum. Etiam ſi querella inofficioſi teſtamenti optinuerit, non ideo tamen donationes, quas vivus ei perfeciſſe proponitur, infirmari, neque in dotem dator partem vindicari poſſe reſpondi.* Quod ita, ni fallor, intelligendum eſt, ut ſi contra eam, cui res a vivo illius patre, qui poſtea in querella obtinuit, in dotem datæ ſunt, agatur, quaſi omnia perditura ſit, quæ ab illo accepit: Modeſtini reſponſo ſe tueri poſſit. Haloander vero edidit: *Etiam ſi querella inofficioſi teſtamenti non obtinuit:* eorum opinionem ſecutus, qui exiſtimabant dotem filiæ datam, quæ poſtea querelam movit: ſed ut dixi, ei data dos eſt, adverſus quam mota fuit querella. Caput quoque ultimum de uſufructu earum rerum (*m*) quæ uſu conſumuntur, peſſime acceptum eſt. Cum enim Florentiæ eſſet hoc pacto: MARCIANUS *libro ſeptimo inſtitutionum: Cum pecunia erat relicta Titio ita, ut poſt mortem legatarii ad Mævium rediret: quamquam adſcriptum ſit, ut uſum ejus Titius haberet, proprietatem tamen ei legatam, & uſus mentionem factam, quia erat reſtituenda ab eo pecunia poſt mortem*

*ejus,*

[c] *L.* Si creditor. §. *ult. de diſtr. pign.*

[d] *Bart. l.* Nemo. *de pact. l.* Filiusfam. §. Divi. *de legat.* 1. *l.* Si ita. §. Ea. *de verbor. obl. l.* Ea. C. *de cond. ob cauſ.*

(e) *Alex. l.* Si filiof. §. Si vir. *ſol. matr.*

(f) *Bald. d.* §. *ult. d. l.* Ea.

[g] *Bart. in d. l.* Ea.

[h] *Ang. l.* Qui Romæ. §. Coheredes. *de verb. obl. ubi Jaſ. in princ.*

(i) *L.* Omnem. *de jud.*

[k] *L.* Poſtumus. *de inoff. teſt.*

(l) *L.* Etiam. *eod. tit.*

(m) *L. ult. de uſufr. ear. rer.*

ejus, Divi Severus, & Antoninus reſcripſerunt. Haloander edidit: *Quamquam non adſcriptum ſit, ut uſum ejus Titius haberet, proprie tamen ei legatum eſſe uſumfructum*: in margine adſcripſit: *alias proprietatem ei legatam eſſe, uſus mentione facta*, paulo melius, etiam ſi negationem abſtuleris, quam multi non habent.

Caput VI. communia prædiorum (*a*) Florentiæ legitur: *Si tamen alteræ unius propriæ ſint ædes, alteræ communes: neutris ſervitutem vel adquirere, vel imponere me poſſe, Pomponius libro octavo ex Sabino ſcripſit.* In Norico vero *imponere non poſſe*: quod veritus Haloander eſt, ne in Accurſiana tela incideret: quibus facile ab eodem Accurſio, & aliis interpretibus liberamur. (*b*) Cap. XVII. quemadmodum ſervitutes amitt. (*c*) *Labeo ait, ſi is, qui hauſtum habet, per tempus, quo ſervitus amittitur, ierit ad fontem, nec aquam hauſerit: iter quoque eum amiſiſſe.* Sic Florentiæ: at in Norico: *non ierit ad fontem*: quod nullius dubitationis eſſet. Cap. I. de aleatoribus: (*d*) *Et eſt relatum apud Pomponium ſolummodo pœnalem actionem denegatam, quod non puto verum. Prætor enim ſimpliciter ait: Si quid ſubtractum erit, judicium non dabo.* Sic Florentiæ. Haloander, *quod puto verum*, edidit, adverſus omnium interpretum multis in locis ſententiam. Cap. IV. de rebus creditis, [*e*] Florentiæ eſt: *Res pignori data, pecunia ſoluta condici poteſt, & fructus ex injuſta cauſa percepti, condicendi ſunt: Nam & ſi colonus poſt luſtrum completum fructus perceperit, condici eos conſtat.* In Norico: *etiam fructus ex juſta cauſa percepti.* Sed tamen in margine *ex injuſta*, ut in multis eſt, adſcripſit. Cap. ult. de jurejurando (*f*) *Si fidejuſſor juraverit, ſe dare non oportere, exceptione jurisjurandi tutus eſt. Atquin, ſi quaſi omnino idem non fidejuſſiſſet, juravit: non debet hoc jusjurandum reo promittendi prodeſſe.* Haloander *ſe dare oportere.* Cui contradicunt, quæ ſequuntur illic verba. Et illud, quod in calce illius capitis dicitur: *Eadem ratio eſt, & ſi fidejuſſoris defenſor juraverit: reo enim datur exceptio.* Alii ſcribunt, *reus promittendi tutus eſt.* Cap. XI. quod ex noni capitis calce pendet, de S. C. Macedoniano, [*g*] negatio ablata ab Haloandro eſt. Cum enim cap. IX. in fine dicatur: *Quamquam autem ſolvendo non repetunt*, capite XI. neceſſario dicendum eſt: *Tamen ſi non oppoſita exceptione condemnati ſunt, utentur Senatusconſulti exceptione*, non ut in Norico eſt: *Tamen & ſi oppoſita.* Cap. LII. pro ſocio. (*h*) *Poteſt tamen pro ſocio agere ad hoc, ut conſequatur, quod ſua intererat. Finge enim malle eum magis ſuum conſequi, quam dominium inſulæ. Oratio enim Divi Marci idcirco quattuor menſibus finit certas uſuras, quia poſt quattuor dominium dedit.* Sic Florentiæ. In Norico ſolo: *Finge enim hoc malle eum ſuum non conſequi*: quod abſurde dicitur. Cap. XL. de contrah. empt. [*i*] *Sed ſi ita pactum eſ-*

(a) L. Si quis duas. §. Item ſi duo.

(b) L. Stipulationes non divid. 4. *opp. Bart.*

(c) L. Labeo. *quemad. ſerv. amitt.*

(d) L. 1. *de aleat.*

(e) L. Si quis nec. §. Res. *de reb. cred.*

[f] L. *ult.* §. Si fidejuſſor. *de jurejur.*

[g] L. Tamen. *de S. C. Maced.*

[h] L. Cum duob. §. Idem reſp. ſocius. *pro ſocio.*

[i] L. Qui fundum. *in fine princ. de contr. empt.*

*ſet, ut emptor in diebus proximis fundum metiatur, & de modo agri renuntiet, & ſi in diebus triginta renuntiaſſet, minorem modum agri eſſe: quamvis multis poſt annis, poſſe eum, quo minoris modus agri fuiſſet, repetere.* Sic Florentiæ. Haloander vero ſolus edidit, *& ſi in diebus triginta non renuntiaſſet.*

Cap. ult. de reſc. vend. (*k*) Ethruſcus liber, ut multi, habet: *Reſpondit, ſi conveniſſet, ut non prius pecunia ſolveretur, quam fidejuſſor venditi cauſa daretur, nec id factum eſſet, cum per emptorem non ſtaret, quo minus fieret: non poſſe poſteriorem legis partem exerceri.* Noricus, *cum per emptorem ſtaret.* Cap. XXI. de action. empt. (*l*) *Quamvis ſupra diximus, cum in corpore conſentiamus, de qualitate autem diſſentiamus, emptionem eſſe: tamen venditor teneri debet, quanti intereſt non eſſe deceptum, & ſi venditor quoque neſciet: veluti ſi menſas quaſi citreas emat, quæ non ſunt.* Noricus habet, ut cæteri, *emptionem non eſſe.* Cap. VI. de ædilicio edicto: (*m*) *Spadonem morboſum non eſſe, neque vitioſum, verius mihi videtur: Sed ſanum eſſe, ſicuti illum, qui unum teſticulum habet, qui etiam generare poteſt.* Sic Florentiæ, & in aliis libris. Sed in Norico, *qui etiam generare non poſſit.* Quod ſi de eo, qui unum teſticulum habet, intelligitur, falſum, ſi de ſpadone, adverſus juriſconſulti verba, eſt. Neque enim verum eſt, eum ſpadonem vocari, qui uno teſticulo caret, quod Accurſius cenſuit: neque generare non poſſe, quod Haloander credidit. Cap. II. de eo, qui pro tutore: (*n*) CELSUS *libro viceſimo quinto Digeſtorum. Si is, qui pro tutore negotia gerebat, cum tutor non eſſet, rem pupilli vendidit, nec ea uſucapta eſt: petet eam pupillus, quamquam ei cautum eſt.* Sic Florentiæ: in Norico vero ſolo, *cum tutor eſſet.* Cap. XIV. de injuſto rupto: (*o*) PAULUS *libro ſingulari de adſignatione libertorum. Si ita facta ſit exheredatio: ſi filius natus, natave ſit, exheres eſto: utriſque natis non rumpitur teſtamentum.* Noricus tantum habet, *rumpitur.* Cap. LXXXIV. de legatis: [*p*] *Non enim impugnatur judicium ab eo, qui juſtis rationibus noluit negotiis hereditariis implicari.* Haloander *voluit*, librariorum fortaſſe errore. Cap. VI. de optione, vel elect. leg. (*q*) POMPONIUS *libro VI. ad Sabinum. Mancipiorum electio legata eſt, ne venditio quandoque eligente legatario interpelletur: decernere debet Prætor, niſi intra tempus ab ipſo præfinitum elegiſſet, actionem legatorum ei non competere.* In Norico ſolo, *non eligente legatario interpellatur.* Cap. VII. de ſuppellectili legata, [*r*] Florentinus liber habet, ut alii. *Equidem non arbitror quemquam dicere, quod non ſentiret, ut maxime nomine uſus ſit, quo id appellari ſolet.* Noricus *non ſolet.* Cap. XXIII. de conditione & demonſtrat. (*s*) JULIANUS *libro LV. digeſtorum. Jure civili receptum eſt, quotiens per eum cujus intereſt condicionem im-*

[k] L. *ult. in fine. de reſcind. vend.*

[l] L. Si ſterilis. §. quamvis. *de act. empt.*

[m] L. Pomponius *in fin. de ædil. ed.*

(n) L. 2. *de eo, qui pro tut.*

(o) L. Si ita. *de injuſt. rupt.*

[p] L. Filio pater. *de legat. I.*

[q] L. Mancipiorum. *de opt. leg.*

(r) L. Labeo. §. Id Tubero. *de ſupp. leg.*

(s) L. Jure civili. *de cond. & dem.*



UNED

*impleri, ſit quominus impleatur, ut perinde habeatur, ac ſi impleta condicio fuiſſet.* In Norico, *condicionem non impleri.* Sed in margine adſcriptum eſt, *alias deeſt negatio* alii *non impleri*, & *non fuiſſet*. Cap. LXX. [a] PAPINIANUS *libro octavodecimo quæſtionum. Cum tale legatum eſſet relictum, Titiæ, ſi a liberis non diſceſſerit, negaverunt eam recte cavere: quia, vel mortuis liberis legati condicio poſſit exiſtere. Sed diſplicuit ſententia: non enim voto matris opponi tam ominoſa non interponendæ cautionis interpretatio debuit.* Sic Florentiæ. Sed in Norico *tam ominoſa interponendæ* &c. alii *tam oneroſa non interponendæ.* Eſt autem hæc juriſconſulti ſententia: non placere, propterea quod filii ante matrem mortem obire poſſent, eam cavere non debere: cum ei ominoſum ſit hujus rei mentionem facere. Appellabant autem omen veteres, cum caſu quicquam dictum, aut factum eſſet, quod rei eventum portendere poſſet. Sic Turnus apud Vergilium:

[a] L. Cum tale. *in princ. eod. tit.*

*Ne quæſo, ne me lachrymis, neve omine tanto*
*Proſequere in duri certamina Martis euntem.*

Erit itaque malum matri omen hæc interpretatio non interponendæ cautionis Mucianæ. Cap. LXXVIII. (*b*) Florentiæ eſt: *Nec enim parem dicemus eum, cui ita datum ſit, ſi monumentum fecerit: & eum, cui datum eſt, ut monumentum faciat.* Quod agnoſcere videtur Accurſius. Noricus liber habet, ut multi, *monumentum non faciat.* Idem tamen recte habet, *Non pro condicionalibus* in quo Accurſius variatum eſſe, ait Cap. XIV. de legatis præſtandis: (*c*) *Nec enim occaſio emancipati præteriti debet inſtitutum lucro adficere, cum præteritus jure ſuo non utatur.* Sic multi, & Florentiæ: in Norico vero *jure ſuo utatur.* Capite primo de collatione [*d*] maximum mendum eſt in Norico tantum libro. Sic enim dicitur: *Si cum duobus conferre deberet, alteri contulerit, alteri non, vel cum cavet, vel cum dividit, videndum eſt, utrum ſextantis tantum ei adferatur emolumentum, an vero triens totus detrahi debeat? Et puto, ſiquidem per contumaciam caveat, totius trientis ei denegandas actiones.* Dicendum enim, ut in Florentino libro eſt: *Utrum ſextantis tantum ei auferatur emolumentum, an vero trientis totius detrahi debeat: & puto, ſiquidem per contumaciam non caveat, totius trientis ei denegandas actiones.* Cap. II. de bonorum poſſeſſione ſecundum tabulas: (*e*) ULPIANUS *libro XLI. ad edictum. Æquiſſimum ordinem Prætor ſecutus eſt; voluit enim primo ad liberos bonorum poſſeſſionem contra tabulas pertinere, mox ſi inde non ſit occupata, judicium defuncti ſequendum.* Sic Florentiæ. Sed in Norico, & aliis, *ſi inde ſit occupata.*

[b] L. Eas cauſas. *eod. tit.*

[c] L. Nonnumquam. *de leg. præſt.*

(d) *L.* 1. §. Si cum duobus. *de collat.*

(e) L. 2. *de bon. poſſ. ſec. tab.*

Cap. III. in fine de adſignandis libertis, (*f*) Florentiæ dicitur: *Si quis duobus adſignaverit libertum: & alter in civitate eſſe ſine liberis deſierit, alter non.* Et cap. IV. POMPONIUS *libro IV. Senatuſconſultorum. Vel vivus noluerit ad ſe hæreditatem liberti pertinere* [ ſic enim ſcribendum eſt, non *voluerit*, ut aliqui edidere ] cap. V. dicit Ulpianus libro XIV. ad Sabinum: *Utrum portio ejus, qui in civitate eſſe deſiit, vel repudiavit, in familiam redeat: an vero ei potius adcreſcat, in cujus perſona durat adſignatio? Et Julianus libro LXXV. ſcripſit, adſignationem in hujus ſolius perſona locum habere, & ſolum admittendum, quod eſt verum. Quod ſi non ſine liberis deceſſerit: an cum vivo admittantur? & putat adhuc ſolum admittendum.* Haloander caput quartum, quod ad ſententiam attinet, non male edidit hoc pacto: *Nec vivus hereditatem ad ſe liberti pertinere voluerit.* Sed cap. V. male, ut multi, illud: *Quod ſi ſine liberis deceſſerit &c.* Capitis I. unde cogn. [g] emendandum eſt exordium hoc pacto: ULPIANUS *lib. XLVI. ad edictum. Hæc bonorum poſſeſſio nudam habet Prætoris indulgentiam, neque ex jure civili originem habet. Nam eos invitat ad bonorum poſſeſſionem, qui jure civili ad ſucceſſionem admitti non poſſunt*, pro *nudam*, *nondum* Haloander, & alii edidere. Cap. XVIII. de manumiſſ. vindic. (*h*) *Apud collegam ſuum Prætor manumittere non poteſt (filius quoque voluntate patris apud patrem manumittere non poteſt) filius quoque voluntate patris apud patrem manumittere poterit.* Sic Florentiæ ſcriptum eſt, & ita error ſcriptoris emendatus: namque id illis notis ſignificatur. Quamobrem nonnulli habent: [*i*] *Prætor manumittere poteſt.* Alii, in quibus Haloander, *apud patrem manumittere non poterit.* Sed ut vides, priori loco *manumittere non poteſt*, ſcribendum eſt; poſteriori *manumittere poterit.* Cap. XIX. qui & a quibus. (*k*) MODESTINUS *lib. I. regularum. Nulla competit libertas data ab eo, qui poſtea ſervus ipſe pronuntiatus eſt.* Haloander, & alii primum verbum omiſerunt. Cap. XXIII. de adquirendo rer. domin. (*l*) *Generaliter dicendum eſt, quod ex re ſua, hoc eſt, ejus, cui bona fide quis ſervit, ei adquirere non poteſt, ſibi eum adquiſiturum. Quod autem non ex re ejus ſibi adquirere non poteſt: ei adquiſiturum, cui bona fide ſervit.* Haloander, & alii: *Quod autem ex re ejus ſibi adquirere non poteſt.* Accurſius ait *alii poteſt, alii non poteſt.* Cap. X. de ſepulchro violato: (*m*) PAPINIANUS *lib. VIII. quæſtionum. Quæſitum eſt, an ad heredem neceſſarium, cum ſe bonis non miſcuiſſet, actio ſepulchri violati pertineret? Dixi recte eum ea actione experiri, quæ in bonum, & æquum concepta eſt. Nec tamen, ſi egerit, hereditarios creditores timebit: cum & ſi per hereditatem optigit hæc actio, nihil tamen ex defuncti capitur voluntate, neque id capiatur, quod in rei perſecutione, ſed in ſola vindicta ſit conſtitutum.* Hoc totum caput duas ob cauſas deſcripſimus, tum ut Halo-

(f) L. 3. *in fine. cum ſeqq. de adſ. lib.*

(g) *L.* 1. *unde cogn.*

(h) *L.* Apud filium. *de man. vind.*

(i) *Accurſ. l.* 1. *de offic. conſ.*

(k) *L.* Competit. *qui & a quib.*

(l) *L.* Qui bona. §. Generaliter.

(m) *L.* Quæſitum. *de ſep. viol.*

loandri ſolius erratum emendaremus, qui, *cum ſe bonis immiſcuiſſet*, edidit: tum etiam ut conferatur cum ea parte capitis viceſimi de adquir. vel omitt. hered. [*a*] quam antea retulimus, cum de Græco illo, aut Judaico dicendi modo ſcriberemus. [*b*] Cap. XIII. de lege Cornelia de falſis: (*c*) *Ordine decurionum decem annis advocatum motum, qui falſum inſtrumentum cognoſcente Præſide recitavit, poſt finem temporis dignitatem reſpondi recuperare. Quoniam in Corneliam falſo recitato, non facto, non incidit.* Haloander, ut vulgo, *non facto incidit.* Cap. VI. de caſtrenſi peculio: (*d*) ULPIANUS *lib. XXXII. ad Sabinum. Si militi filiofamilias uxor ſervum manumittendi cauſa donaverit, an ſuum libertum fecerit, videamus: quia peculiares & ſervos, & libertos potuit habere: & magis eſt, ut hoc caſtrenſi peculio non adnumeretur: quia uxor ei non propter militiam nota eſſet.* Sic Florentiæ, & in aliis. Sed in Norico ſcriptum eſt: *quia uxor ei propter militiam nota eſt.* Cap. CLXXVIII. de verbor. ſign. [*e*] ULPIANUS *lib. XLVIII. ad Sabinum* ( ſic enim ſcribendum eſt, non ut apud Alciatum *lib. XLVIII. ad S. C.*) *Pecuniæ verbum non ſolum numeratam pecuniam complectitur, verum omnem omnino pecuniam, hoc eſt omnia corpora. Nam corpora quoque pecuniæ appellatione contineri, nemo eſt, qui ambigat.* Haloander edidit, *nemo eſt, qui adprobat.* Alciatus, *qui ignoret.* Huiuſmodi ſunt alia nonnulla, quorum aliqua non ſatis integra, & incorrupta Florentiæ ſunt. Neque enim optimi illi, vetuſtiſſimique libri, a quibus omnes hi, quibus hodie utimur, emanarunt, omnibus mendis carent. Sed tamen tam multa librariorum, & temporum peccato in cæteris mendoſa reperiuntur, ut præclare de jure civili mereatur, qui ſacroſanctos illos theſauros patefecerit, & eorum opes omnibus voluerit eſſe communes.

(a) L. Pro herede. *in fin. de adq. her.*

(b) *Cap.* 8.

[c] L. Falſi. *de l. Cornel. de falſ.*

(d) L. Si militi. *de caſtr. pec.*

(e) L. Pecuniæ. *de verb. ſig.*

IN-

# Index ſingulorum Capitum quattuor Librorum Emendationum, & Opinionum.


LIB. I.

I. *De Florentinis Pandectis, an verum ſit ex eis cæteras eſſe exſcriptas, utque erratum in omnibus libris ſit, præpoſtere quibuſdam chartis ſcriptis, atque etiam titulis.* Pag. 7. Col. 1.

II. *Quibus locis multi negationem aut addant, aut auferant, quid in Florent. Pand. ſcriptum ſit. Et principio de Noricorum librorum erratis.* 9. 1.

III. *De eodem genere errorum in aliis libris.* 13. 1.

IV. *De inſcriptionum ſingulorum capitum utilitate, & principio de mendis ob eas effectis.* 16. 1.

V. *Cur in libris* Caii Proconſulem *Accurſiani* Prætorem *interpretentur, quantunque ea in re fallantur: ac de Cajo nonnulla.* 17. 2.

VI. *Quid in ejuſmodi inſcriptionibus ſignificet* ad Sabinum, ad Plautium, ad Mucium. 19. 1.

VII. *Quam multa in jure civili totidem verbis ſcripta ſint.* 20. 2.

VIII. *De aliis inſcriptionum utilitatibus.* 23. 2.

IX. *Quibus locis erratum eſſe opinemur ob verborum interpunctiones.* 25. 1.

LIB. II.

I. *Multa in Digeſtis Græco dicendi genere ſcripta reperiri.* 30. 1.

II. *Antiquitatis & elegantiæ multa in Digeſtis ignorata veſtigia.* 33. 1.

III. *De addictione & adjectione.* 36. 1.

IV. *De inſtructo & inſtrumento.* 37. 1.

V. *Quis Sobrinus, quis Conſobrinus ſit, & quis propius Sobrino.* 38. 1.

VI. *Scribendum eſſe aliquot Digeſtorum locis* decies, centies, *aut* milies. 40. 2.

VII. *Seſtertium, denariumque non recte doctos quoſdam viros æſtimaſſe; & quæ ſit conſtitutionis ultimæ de donationibus juſta interpretatio.* 41. 2.

VIII. *De aſſis & unciæ partibus.* 43. 1.

IX. *De auri, æris, argenti libra, auro, ſive ſolido, ſiliqua, & tremiſſe.* 43. 2.

X. *De centeſima uſura.* 45. 2.

XI. *De menſuris, & vaſis, & pedali menſura.* 48. 1.

LIB. III.

I. *De titulis, & Capitibus, quæ aut ſcribenda non ſunt, aut non ſuo loco ſcribuntur.* 51. 1.

II. *Aliquot Digeſtorum loca emendata, atque alia declarata, quibus de contubernalibus ſervorum mentio fit.* 56. 1.

III. *Falſo quædam dici in Tuſcis libris eſſe ſcripta.* 56. 2.

IV. *Emendandum apud Pomponium, cum de Celſi conſulatu agit,* & item, *ſcribendumque eſſe* & iterum. 59. 1.

V. *Quæ ſit inter eunuchos, ſpadones, & caſtratos differentia adverſus Accurſianos.* 59. 2.

VI. *Cætera, quæ prima parte Noricorum Digeſtorum maxime mendoſa ſunt:* 61. 1.

VII. *Quæ ſecunda parte Digeſtorum Noricorum, quæ quarta & quinta Juſtiniani Pandectarum pars continetur, emendanda eſt.* 64. 1.

VIII. *Theophili in ſervorum nominibus, & in prænominis interpretatione erratum; & ea de re multa.* 67. 1.

IX. *De emendatione tertiæ partis Noricorum Digeſtorum.* 69. 2.

LIB. IV.

I. *Pomponii locus libro tertio de legatis emendatus; quidque illic* viſceratio *ſignificet, declaratum.* 74. 1.

II. *Eodem libro* rhapſodiæ *verbum Ulpiano reſtitutum.* 74. 2.

III. *Alter Ulpiani locus emendatus, in quo pro* ſynopſi, ſi opus ſit, *legebatur.* 75. 1.

IV. *Cap. I. de Furtis emendatum, & furtorum genera, & pœnæ explicatæ.* Ibid.

V. *Cajus & Juſtinianus Xenophontis ſententia locupletati.* 77. 1.

VI. *Obſcuriſſimum Pauli caput, mendis ſublatis, apertiſſimum redditur: & quid* ad decimum, *&* poſt decimum Kalendarum *ſignificet, explicatur.* 77. 2.

VII. Miliarium *apud Macrum Jureconſultum reſtitutum non vulgari ſignificatione accipiendum.* 78. 1.

VIII. *Multis in locis Digeſtorum & Codicis Græcum, vel Judaicum potius dicendi genus reperiri,* illud quam *illud.* 78. 2.

IX. *Cap. LII. pro ſocio non* licitatori, *neque* pollicitori *ſcribendum, ſed* politori. 80. 1.

X. *Budæum ab Alciato merito reprehenſum, quod non intellexiſſet, quid eſſet* hoſtium potitus, *ſed & Haloandrum variaſſe.* 80. 2.

XI. Per luxuriam, *non* plurifariam *ſcribendum, cap. I. de ædilitio edicto: quidque luxuria & laſcivia ſignificet.* 81. 1.

XII. *Ulpiani locus ſub titulo de manumiſſionibus reſtitutus. Quidque* pariare, pariator, *&* pariatio *apud juriſconſultos ſignificet, declaratum.* 83. 1.

XIII. *Diem a ſexta hora noctis incipere, quo pacto intelligendum ſit aliquot juriſconſultorum reſponſis. Et de veterum horis diurnis, atque nocturnis.* 84. 1.

XIV. *Kalendis Juliis Migrationem apud veteres ſolitam fieri, aliquot juriſconſultorum locis apparet, quæ mendoſa, & obſcura circumferuntur.* 85. 1.

XV. *Quæ ſit* Captatoria inſtitutio *adverſus omnium interpretum ſententiam.* 86. 1.

XVI. *Multa Digeſtorum loca reſtituta, in quibus Græca aliquot verba deerant: aut mendoſe in Noricis libris ſcripta ſunt.* 87. 2.

XVII. *Multis locis in negationibus in vulgo editis libris: quorum fides ex Florentinis libris conſtat.* 90. 1.


AN-

# ANTONII AUGUSTINI
## AD MODESTINUM,
### *SIVE*
## DE EXCUSATIONIBUS
### LIBER SINGULARIS.

HERENNIUS MODESTINUS juriſconſultus non contemnendæ auctoritatis, ſic enim a Gordiano Imp. appellatur, (*a*) excuſationum libros ſex græce conſcripſit, e quibus multa multis locis Juſtinianus refert: [*b*] Sed libro XXVI. & XXVII. Pandectarum quibus de tutelis tractatur, bona eorum librorum pars deſcripta eſſe videtur. Superiorum tamen temporum ignoratione factum eſt, ut quæ græce Modeſtinus clare, & eleganter ſcripſerit, repudiaverint noſtri: & Bulgari, (*c*) ſive cujus alius barbaram interpretationem ſecuti ſint. Poſtea vero, quam barbariem exuere Budæi, Alciati, Haloandri ope juriſprudentia cœpit: & alia aliorum jureconſultorum capita, & Modeſtini nonnulla ex Florentinis libris in omnes ſunt reſtituta: nuper vero etiam illa, quæ ſub titulo de excuſationibus deſiderabantur, Hervagius Baſilienſis ſolus ſcripſit: at ea, quæ libro XXVI. Digeſtorum Modeſtini ſunt, (*d*) in vulgaribus libris deſunt, quæ ſpero, Lælianis libris editis, omnes habituros. Sed quoniam non ita quidem multi ſunt, qui quantum lucis Modeſtini verbis Græca ſcriptura adferat, propter reviviſcentem nunc, neque multis notam eam linguam, cognoſcere poſſint: operæ pretium eſſe putavi, PERNOTE, hac quoque parte juris ſtudioſos juvare. Itaque hoc libello habebis ea, quæ ille conſultiſſimus vir de tutelis ſcripſit, totidem fere, aut non multo pluribus verbis interpretata, quibus addo ſententiæ declarationem ex aliis partibus juris civilis, tum etiam Accurſianorum errores inſigniores ſignifico. Quæ ſi cuiquam juvenili quodam fervore arrogantius a me ſcripta eſſe videbuntur: tibi quidem certe, qua tu eruditione & prudentia es, probaturum me mei animi candidi & ſimplicis libertatem opinor, in quam me & præceptores noſtri, & Florentini libri, & multorum annorum ſtudia vindicarunt. Sed Modeſtinum ipſum latine loquentem audiamus.

(a) L. Ad exhibendum. C. *ad exhib.*

(b) L. *ult. de conſt. pr. l.* Tutores. *locat. l.* Scire oportet. *ad munic. l.* Nator. *de verb. ſig.*

[c] *Accurſ. l. ult. fin. regun l. l.* Teſtamento. *de manum. teſt.*

(d) L. 1. *de conf. tut. l.* Scire oportet, & *ſeq. de tut. & cur. dat. l.* 2. *qui pet. tut.*

MODESTINUS *libro ſexto* (*e*) *excuſationum. Ut ne de his quidem tutoribus, qui confirmari poſſunt, omittamus, de his etiam breviter conſiderandum eſt.*

(e) L. 1. *de conf. tut.*

Hæc verba Tribonianus ſub titulo de confirmando tutore, vel curatore ſcripſit, quæ ideo a Modeſtino ſcripta fuerant, quod cum de excuſatione tutorum aliis libris tractaſſet, hoc ipſum de confirmandis tutoribus omittendum non erat. Deinde ait:

*Sunt quidam, qui recte dantur teſtamento tutores, hoc eſt, & a quibus oportet, & quibus oportet, & quo oportet modo, & ubi oportet.*

Idem Modeſtinus alio loco ait (*f*) contra leges dari tutores, qui non dati ſint ab his, a quibus oportuit, neque hi ſint, quos oportuit, dari, neque his dentur, quibus dari oportuit neque quomodo dari debuerunt, dati ſunt. Hermogenianus quoque libro II. juris epitomarum: [*g*] *Si quæratur*, inquit, *an ex inquiſitione recte datus ſit tutor, quattuor hæc conſideranda ſunt, an hic dederit, qui dare potuit, & ille acceperit, cui fuerat dandus, & is datur, cujus dandi facultas erat, & pro tribunali decretum interpoſitum.* Horum autem membrorum exempla infra ſcripta ſunt. *A quibus*, cum pater, non mater tutores dat: *quibus*, cum his, qui in poteſtate ſunt: *modus* is eſt, ut perſonæ tutor, non rebus detur: *locus*, teſtamentum, aut codicilli confirmati.

(f) L. Scire oportet. §. Qui non juſte. *de excuſat.*

(g) L. Naturali. *de conf. tut.*

*Nam pater*, inquit, *filiis, vel nepotibus, quos habet in poteſtate, recte dat tutorem in teſtamento tamen. Si vero ea perſona ſit, quæ dare non poteſt, mater puta, vel patronus, vel extraneus quivis, aut ei, cui datur, dari non poſſit, ut a patre filio, vel filiæ, qui non ſunt in poteſtate, aut ſi ſcriptum ſit, Rogo te, ut illas res cures, aut codicillis non confirmatis tutor, aut curator datus ſit, conſtitutiones permiſerunt quod deeſt, Conſulari poteſtate ſuppleri, & tutores ſecundum teſtatoris voluntatem datos confirmari.*

Hæc verba apertiora ſunt, quam ut ullam interpretationem deſiderent: barbarus tamen interpres ea nimia religione obſcuraverat. Ea vero ratione tutor illis verbis *rogo te ut illas res cures*, non recte datur, quoniam certæ rei, vel cauſæ tutor dari non poteſt, quippe qui perſonæ, non rei datur. (*h*) Conſularem autem poteſtatem confirmaturum tutorem ſcribit, propter veterem morem, qui libro II. inſtitutionum

(h) L. Certarum. & *ſeqq. de teſt. tut.* §. Ad certum. *inſt. qui teſt. tut. d.* §.

(a) §. Sed ex his. *de Attil. tut.*

num ab Juſtiniano relatus eſt. (*a*) Nam, Attiliano & Titiano tutore ſublato, Conſules tutores ex inquiſitione dare cœperunt.

*Et ſiquidem pater erat, qui dedit, plerumque ſolet non inquirere Præſes, ſed ſimpliciter confirmare: Si vero alius, diligenter inquirit, an idoneus ſit.*

[b] L. Naturali. *de conf. tut.*

[c] L. In confirmando. *eod.*

*Plerumque* inquit; nam ſi naturali filio, cui nihil relictum eſt, tutor detur, non ſine inquiſitione confirmatur, (*b*) aut ſiquid ex his, quæ Tryphoninus notat, (*c*) locum habeat: hoc autem verbum vulgo deſideratur.

*Præterea ſcire oportet curatorem teſtamento ne a patre quidem recte dari, ſed datum confirmari a Præſide ſolere.*

(d) *Inſtit. de curat. in princ.*

Idem Juſtinianus ſcribit lib. I. Inſtitutionum: [*d*] *Curator*, inquit, *teſtamento non datur, ſed datus confirmatur decreto Prætoris, vel Præſidis:* & Conſtantinus libro V. titulo XI. epitomarum.

[e] L. Scire oportet. *de tut. & curat.*

SUb titulo de tutoribus & curatoribus [*e*] datis caput XXI. in hanc ſententiam ſcriptum eſt:

IDEM *libro primo excuſationum. Scire oportet magiſtratus, non oportere curas minorum mulieribus committi. Si mater ea condicione ſcripſerit filios heredes, ſi liberati fuerint patria poteſtate, liberatis his, & ob id heredibus, ipſe pater curator creari, etiam ſi velit, non poteſt, ne alia via, quod teſtatrix fieri noluit, fiat; & hoc ita a D. Severo conſtitutum eſt. Sed & ſiquis a parentibus prohibeatur tutor eſſe, creandus non eſt: quod ſi fuerit creatus, neque ſe excuſaverit, prohibendus eſt, exiſtimatione quidem ſalva, tutelam gerere.*

(f) *Cap. 29.*

[g] L. 3. *in fin. de ſuſp. tut.*

Explicavit nobis hunc locum inepte antea ſcriptum doctor noſter Alciatus lib. II. (*f*) Parergon, cui addendum videtur, quod Ulpianus ſcribit lib. XXXV. ad edictum: [*g*] *Qui ob ſegnitiam, vel ruſticitatem, inertiam, ſimplicitatem, vel ineptiam remotus ſit: in hac cauſa eſt, ut integra exiſtimatione tutela, vel cura abeat.* Utroque autem loco exiſtimationis periculum eſt, quoniam tutela remoti notantur. (*h*)

(h) L. 1. *de his qui not.*

*Qui in legatione ſunt, non ſunt a magiſtratibus tutores, aut curatores creandi: nam dum legatione funguntur, ad eos periculum non pertinet. Si provincialem hominem legatum magiſtratus Romæ dederit tutorem, liberabitur.*

Exiſtimo ego, ſuperiori membro de eo, qui Romæ, aut alio in loco eſt legatus, ne a provinciali magiſtratu tutor detur, ſcribi: poſteriori, ne a Romano. Sed Accurſiani barbarum interpretem ſecuti præfectorium hominem, non provincialem; & Romanum principem, non magiſtratum ſcribunt. Sunt autem provinciales qui in provincia domicilium habent, ut Ulpianus definit: (*i*) non qui ex provincia oriundi ſunt, hoc eſt, non qui in alio tantum loco domicilium habent. Neque enim Alciati noſtri interpretationem probo, ut oriundi ſoli illi ab juriſconſultis appellentur, quorum majores illic orti ſunt. [*k*] Hac ſignificatione ſub titulis de officio Proconſulis, & Præſidis provinciales accipiuntur (*l*) pro his, qui in provincia nati, altive ſunt, aut domicilium habent. Sed & cives Romani, qui in provinciis negotiarentur, eo nomine a Cicerone in eleganti illa de provincia regenda ad Q. Fratrem epiſtula, aut libro potius, dicuntur. Sed hoc loco a Modeſtino hi, qui cum ex provinciis eſſent, Romam legati veniſſent, provinciales appellantur. Paulus quoque lib. XXVIII. ad edictum ait: (*m*) *Qui non compelluntur Romæ judicium accipere, nec jurare compellendi ſunt: ut legati provinciales.* De eiſdem intelligenda ſunt, quæ ſub titulo de judiciis, (*n*) de legatis ſcribuntur, & ſub titulo de legationibus, & ut hic ἐπαρχικὸν ἄνθρωπον, ſic Ulpianus lib. LX. ad edictum: (*o*) *Quid ſi homo*, inquit, *provincialis ſervum inſtitorem vendendarum mercium gratia Romæ habeat?* Eadem ſignificatione apud C. Plinium minorem libro II. & IX. ut opinor, epiſtularum reperire idem verbum licet. Illud igitur tenendum eſt, hoc loco de eo, qui legationis cauſa Romam venerit, agi. De Romano vero magiſtratu, non de principe ſcripſiſſe Modeſtinum miror quemquam dubitaſſe: cum τὸν ἄρχοντα hoc ipſo capite magiſtratum ſæpius appellet; & capite XIII. (*p*) ad extremum de excuſationibus: aliis autem locis ſolet bonus ille interpres Præſidem appellare; [*q*] ſed & principem vertit XV. capite. (*r*) Magis mirandum eſt, Prætorem Haloandrum in quadam Hadriani conſtitutione (*s*) vertiſſe; nam Alciatus, (*t*) qui eadem conſtitutione de Athenienſi magiſtratu agi exiſtimat, nomen ipſum eſt ſecutus, quo nec Cicero abſtinuit; ſic enim ſcribit: *Semper verum fuit, morietur Epicurus cum duo & ſeptuaginta annos vixerit Archonte Pytharato.* Ego vero & in illis Hadriani litteris, & apud Modeſtinum ſemper de magiſtratibus tractatum eſſe cenſeo. Deinde Modeſtinus ſcribit:

(i) L. Provinciales. *de verb. ſign.*

[k] *arg.* L. 3. C. *de nat. lib.* l. Divi. *dig. de tut. & cur. dat.* l. Juris peritos. *de excuſ.* l. Si quis officium. *de ritu. nupt.* l. Aſſumptio. *ad mun.* l. Relegator, §. Interdicere. *de int. & rel.*

(l) L. Obſervare. l. Si in aliam. l. Meminiſſe. *de offic. Proconſ.* l. Obſervandum. *de off. Præſid.*

(m) L. Tutor. *in fin. de jurejur.*

(n) L. 2. l. Siquis in legation. *de judic.*

(o) L. Heres abſens. §. Apud Labeonem. *eod.*

(p) L. Scire oportet. *in fin. de excuſ.*

[q] *eod.* L. §. Qui autem. & l. 1. *eod.*

(r) L. Spadonem. §. Civitatis.

(s) L. Pars litterarum. *de judic.*

(t) *Alciat. lib. 4. cap. 6. diſpunct.*

*Inter cæteras cauſas magiſtratum oportet creandorum mores animadvertere: neque enim tam facultates, aut dignitas apta ſunt ad fidem eis habendam, quam vitæ inſtitutum decens, & mores probi.*

Pro *vitæ inſtituto* alii *electionem*, aut *voluntatem* ſcribunt: ſed hæc eſt juriſconſulti ſententia, ut an, recte vitam inſtituerit, inquiratur. Qua de re Theophilus & Conſtantinus Græci conſulti prudenter ſcribunt, (*u*) inquirendum eſſe, *ut modeſti ſint, non egentes, non orbi, non vagi: ſed locupletes, & qui norint pueros educare, & eas ſedes ament.* Denique ait:

[u] *Theoph. inſt. de ſatiſd. tut. in princ.* & §. Sed ex his. *de Attil. tut. Conſtant. lib. 5. tit. 11. prochiri.*

*Semper autem hoc maxime magiſtratus obſervent, ne creent eos, qui ſe ingerunt, ut creentur, aut ob id pecuniam dant, quos pœnæ quoque obnoxios eſſe conſtitutum eſt.*

(x) §. Item tria. *inſt. de excuſ.*

[y] C. *qui num. tut.* l. Et qui non ſunt. *de tut. cur. dat.*

Has adfectatas tutelas appellare ſolemus, [*x*] quæ in numerum earum, propter quas tutor excuſatur, non veniunt. (*y*) Sed hæc Accurſiani docte, ut multa.

IL-

ILlud interpretis errore commiſſum eſt, ut proximum caput nemo intelligeret; eſt autem id Florentiæ ſcriptum hoc pacto:

Idem *libro quinto excuſationum.* καὶ οἱ μὴ βουλευταὶ βουλευτῶν παισὶ χειροτονοῦνται ἐπιτρόποι, ὥσπερ καὶ βουλευταὶ τοῖς μὴ ἐκ βȣλευτῶν. Quæ ita arbitror verti debere:

*Qui non ſunt decuriones decurionum liberis tutores creantur, quemadmodum decuriones quoque non decurionum liberis.*

Antea non *decuriones*, ſed *ſenatores*, aut *conſiliarios* ſcripſerunt: cum dubitandum non ſit, decuriones βȣλειτὰς eſſe. Sic enim Juſtinianus, cum duas conſtitutiones de eadem re græce & latine ſcripſiſſet, altera decuriones, altera βȣλειτὰς appellat. (*a*) Et Plinius ad Trajanum de *bule* & *buleutis* Bithyniæ ſcribit, cui Trajanus de *decurionibus* reſcribit: Haloander quoque quoties in Juſtiniani Novellis in ejuſmodi verbum incidit, incidit autem ſæpe, [*b*] toties *decuriones*, aut *curiales* vertit. E contrario Theophilus libro I. & III. inſtitutionum: (*c*) Senatores vero a Modeſtino συγκλητικοὶ dicuntur cap. XV. de excuſationibus [*d*] & ſenatus σύγκλητος cap. I. quo loco de eorum excuſatione ſcribemus. Eo autem nomine a Theophilo, Conſtantino, Haloandro, & Plutarcho ſæpe appellantur. Non tamen infitior, curiam & ſenatorum & decurionum fuiſſe. Cum enim decuriones, ut Pomponius ait, (*e*) ex eo dicti ſint, quod initio cum coloniæ deducerentur, decima pars colonorum conſilii publici gratia conſcribi ſolita ſit: & nihil decuriones in coloniis, aut municipiis a ſenatoribus Romanis differrent: (*f*) mirandum non eſt, ſi in ſimili re ſimilibus nominibus uterentur. Sed & eadem ratione ſunt ex Græcis, qui βȣλευτὰς ſenatores appellent, & τὴν βȣλὴν ſenatum: tamen hoc a jureconſultis, & a Juſtiniano uſurpatur. Atque ita arbitror hoc capite de decurionibus tractari, quos municipales ſenatores appellare poſſis: XV. de excuſationibus (*g*) de ſenatoribus Romanis.

[a] *L.* 2. §. Cætera. C. *de vet. jur. enucl.*

(b) *Nov.* 38. 49. 87. *civ. cli. auth. ut ord. præſ.*

(c) *Theoph. inſt. de nupt.* §. *ult.* & §. Quibus. *de her. quæ ab inteſt.*

(d) *L.* Spadonem. *in princ. de excuſ. l.* 1. *eod.*

(e) *L.* Pupillus. §. Decuriones. *de verb. ſign.*

(f) *d. Novella* 38.

[g] *d. L.* Spadonem. *in princ.*

SUb titulo vero qui petant tutores, [*h*] caput ſecundum in hanc ſententiam ſcriptum eſt:

Idem *libro primo excuſationum. Si minores non habeant legitimos defenſores: ſiquidem tutoribus egeant ob impuberem ætatem, poſſunt cognatione, aut adfinitate propinqui parentibus eorum maſculis, aut feminis petere, ut eis tutores conſtituantur.*

Minores hoc loco etiam impuberes appellantur, paulo poſt puberes quidem ſolum, ſed XXV. annis minores, quibus curator datur. Poſtea ait:

*Poſſunt id quoque parentium amici, & ipſorum puerorum educatores. Sed alii libera voluntate petunt, alii id facere coguntur, mater puta, & liberti. Namque illa, niſi legitimos liberis defenſores petat, damno, hi pœna plectuntur.*

Quod damnum, quæve pœna hæc ſit, expreſſum eſt.

(h) *L.* 2. *qui pet. tut.*

*Etenim*, inquit, *mater expellitur a legitima filii hereditate, tamquam indigna ex ejus bonis legitimam portionem conſequi, cui tutorem quærere neglexerit. Neque ſolum ſi non petat, ſed & ſi quem petat, defunctorie petat, utpote eum, qui ſe poteſt excuſare, vel eo poſtea aut excuſato, aut rejecto, alium non petat, vel dedita opera malos petat.*

Quod nos *defunctorie* ſcripſimus, Modeſtinus ὁσίας χάριν ſcribit, quod barbarus *pietatis gratia* fuerat interpretatus, unde *pravitatis* in Norico libro eſt; ineptiſſime utrumque. Nos Budæum non malum hujus rei auctorem habemus, (*i*) & quod præſtat, Ulpianum, cujus libro III. ad Sabinum verba ſunt hæc: (*k*) *Non ſolum autem quæ non petiit, coercetur: ſed & quæ defunctorie petiit, ut reſcripto declaratur, vel privilegio munitum, vel oneratum tribus puta tutelis, ſed ita demum ſi data opera hoc fecit.* Ejus reſcripti verba paulo poſt a Modeſtino referuntur, quæ etiam apud Ulpianum reperimus: (*l*) Imperatores quoque Severus, & Antoninus Pompejano reſcripſerunt: (*m*) *Si tres tutelas, vel curas eodem tempore non defunctorie ſuſceptas adminiſtras, onere quartæ tutelæ, ſeu curationis pupillorum, ſeu adoleſcentium non gravaberis.* Recte enim Budæus interpretatur tutorem petitum, aut tutelam, ut petendi munere defungerentur. Marcianus *prævaricatorem*, inquit, [*n*] *eum eſſe oſtendimus, qui colludit cum reo, & translaticie munere accuſandi defungitur;* ſic enim ſcribendum eſt in aliis quoque Digeſtorum locis (*o*) non *translative*, ut ille exiſtimat, in quo verbo *translatio* ſumpta eſt ab edictis Prætorum *translaticiis*, in quibus nullam curam adhibebant. Hoc idem *perfuſoriæ* dicitur, (*p*) & *luſoriæ*, [*q*] & *dicis cauſa*. (*r*) Hoc quidem extremum alio loco de Lælii noſtri ſententia explicavimus, [*s*] quod optime vim Græci ſermonis exprimit. Non minus erratum eſt in ſimili dicendi genere cap. XIII. de excuſationibus (*t*) in ἀφοσιώσεως χάριν, de quo illic agemus. Hic itaque dicitur matrem legitima filii hereditate carituram, ſi tutorem ei non petierit, aut leviter petitione functa ſit. Deinde ait:

*Liberti vero apud Præſidem ob hanc cauſam accuſati graviter puniuntur, ſi id negligentia, aut vitio omiſiſſe videantur.*

*Malitiam* alii pro *vitio* ſcribunt. Sed Cicero libro III. de finib. & IV. Tuſculanarum quæſtionum ait, κακίαν vitium, non malitiam ſignificare.

*Quæ de matre ſcripta ſunt, Severi epiſtula conſtant, cujus verba infra ſcripſimus. Divus Severus Cuſpio Rufino. Omnem me rationem adhibere ſubveniendis pupillis, cum ad curam publicam pertineat, liquere omnibus volo. Et ideo quæ mater vel non petierit tutores idoneos filiis ſuis, vel prioribus excuſatis, rejectiſve, non confeſtim aliorum nomina dederit, jus non habeat vindicandorum ſibi bonorum inteſtatorum filiorum.*

(i) *Bud. d. l.* Ex empto. §. Emptorem. *de action. empt.*

(k) *L.* 2. §. Non ſolum. *ad S.C. Tertyll.*

(l) *ead. l.* 2. §. Si mater.

(m) *L. unic. C. qui num. tut.*

(n) *L.* 1. §. Prævaricatorem. *ad S. C. Turp.*

(o) *L.* 1. *de jure patr. l.* Si patroni. §. Sed nec. *ad S.C. Treb.*

(p) *L.* Aut qui alter. *in princ. quod vi aut clam. l.* Qui libertatis. §. Sed & ſi quis. *de evict.*

(q) *L.* Si ſervus plurium. *de legat.* 1.

(r) *L.* 1. *in fin. de S. C. Sylan. l.* 4. *comm.*

(s) *lib.* 2. *cap.* 2. *emend.*

(t) *L.* Scire oportet. §. Sufficit. *de excuſ.*

Hoc reſcriptum Latine ſcriptum eſt, cujus bona pars ab Ulpiano refertur, (*a*) ut antea ſcripſimus. Quod vero hic additur in multis libris, ſed & apud Paulum libro VII. *ita reſponſum eſt*: Florentiæ non eſt. Sumptumque eſſe videtur ex alia hujus capitis parte, quæ etiam Latine ſcripta eſt. Deinde Modeſtinus ſcribit:

(a) *L.* 2. §. Si mater. *ad S. C. Tert.*

*Sane ſiquis aut creditor, aut legatarius ſit, aut qui aliam habeat neceſſariam cum pupillo contentionem, non ipſe petet ei tutorem, ſed eos rogabit, qui petere poſſunt, ut petant, aut ſi ipſi petitionem tardabunt, adito tum Præſide, rem totam explicabit, ut, conſtituto legitimo tutore, lis cum pupillo habeatur.*

Inepte antea *fœnerator* pro *creditore* ſcriptum eſt, quoniam uterque a Græcis δανιστής appelletur. (*b*) *Contentionem* vero σύστασιν Modeſtinus vocat, quod verbum expreſſum eſſe videtur Antonini conſtitutione [*c*] cujus verba ſunt hæc: IMP. ANTONINUS *A. Chryſanthæ. Admone adoleſcentem, adverſus quem vis conſiſtere, ut curatores ſibi dari poſtulet, cum quibus ſecundum juris formulam conſiſtas: qui ſi in petendis his ceſſabit, potes tu competentem judicem adire, ut in dandis curatoribus officio ſuo fungatur.* In eadem ſignificatione alii quoque eodem verbo uſi ſunt. (*d*)

[b] *Nov.* 4. 60. 32. *auth. ut def. ſeu fun. & auth. nullum cred. agric.*

(c) *L.* 1. C. *Qui petant tutor.*

(d) *L.* Vix certis. *de Judic. l.* Grege. §. Et in ſuperficiariis. *de pign. l.* Si bonæ fidei. *de her. pet. l.* 2. C. *de action. empt.*

*Et hæc quidem de tutoribus. Curatores vero ipſi ſibi minores petent.*

Hæc verba ad hujus capitis initium referenda ſunt, quo dicitur, *ſi minores defenſoribus indigeant*, & poſtea de tutoribus pupillis petendis tractatum eſt: nunc de curatoribus adoleſcentium dicendum, qua in re miror Accurſium labi. Deinde:

*Petent*, inquit, *ſi adſunt per ſe, ſin autem quis abſit per procuratorem. Sed an alius petere curatorem poſſit, quæritur? Et optimus Ulpianus ita ſcribit, quaſi neceſſe ſit ipſum ſibi petere, neque alius poſſit.*

Hoc eſt, quod illa Antonini conſtitutione, cujus verba modo rettulimus, dicebatur. Nam quod a Modeſtino dictum erat, ut qui litem inchoare cum pupillo vellet, cum his, qui petere poſſent, ageret, ut peterent: id Antoninus cum ipſo adoleſcente, ut tractetur, jubet. Honos vero Ulpiano a Modeſtino habetur: aliquot enim locis κράτιστος, hoc eſt *optimus*, aut *præſtantiſſimus* appellatur, (*e*) & cum Paulo, & Scævola *juriſconſultorum princeps*, (*f*) ſed nuſquam recte ſcriptum eſt: ſunt enim qui *nobilem*, ſunt qui *nobiliſſimum*, & qui *egregium* ſcribant pro *optimo*; & *verticem*, aut *veterem* pro *principe*, aut *coryphæo*. Alexander Imperator Domitium Ulpianum Præfectum Prætorio, parentemque vocat. [*g*] Juſtinianus diſertiſſimum, (*h*) & ſummi ingenii virum, (*i*) Diocletianus prudentiſſimum, (*k*) & ſane nihil non Ulpiano deferendum eſt; nihil enim dici poteſt ejus interpretationibus edicti aut elegantius, aut prudentius. Cujus ſtudioſus Modeſtinus fuit: (*l*) quamobrem mirandum non eſt, ſi ejus auctoritatem magnam eſſe putat. Poſtea Latine ait:

(e) *L.* 2. *in fin. & l.* Diximus. *de excuſ.*

[f] *L.* Scire oportet. §. Aliud. *eod.*

(g) *L.* Ex Divi. C. *locat.*

(h) *L. ult.* C. *de inſtit. & ſubſt.*

[i] *L. un.* §. Ne autem. C. *de cad. toll.*

(k) *L.* Divo Marco. C. *de quæſtion.*

(l) *L.* Si quis uxori. §. Si quis aſinum. *de furt.*

*Et apud Paulum libro nono Reſponſorum ita relatum eſt. Curatorem, ignorante, nec mandante pupilla, non recte ei a tutore petitum videri, periculumque eorum, quæ curator non jure datus geſſit, non ſine ratione eum, qui petit, cogendum agnoſcere.*

Item Latine:

*Et alia parte ejuſdem libri ita reſpondit. Si matris judicium princeps ſecutus, curatores filiæ ejus dedit, periculum adminiſtrationis eorum eam reſpicere debere.*

Hæc arbitror a Triboniano addita fuiſſe: neque enim credendum eſt, Modeſtinum, dum græce ſcriberet, latine quædam ſcripſiſſe. Quæ poſtea dicuntur ab Haloandro, non recte in aliud caput ſeparantur, ut ex Modeſtini libro III. excuſationum ſumpta. Sed Florentiæ conjuncta ſunt. Quorum ſententia hæc eſt:

*Qui quomodocumque per excuſationem tutela liberati ſunt, non habent neceſſe tutorem pupillis petere, ut Severi & Antonini conſtitutione continetur.*

Hæc ſunt, quæ libro XXVI. Digeſtorum referuntur.

Nunc ad initium Modeſtini librorum revertamur, quod eſt libro XXVII. ſub titulo de excuſationibus (*m*) in hanc fere ſententiam:

(m) *L.* 1. *de excuſat.*

MODESTINUS *libro primo excuſationum. Herennius Modeſtinus Ignatio Dextro. Utiliſſimum, ut mihi videtur, opus confeci, quod inſcripſi De tutelæ & curæ excuſatione, idque ad te miſi, in quo quantum potui aperte eum tractatum explicavi docens Græce noſtra jura, quæ quam difficulter vertantur, non ignoro.*

Liberius hæc vertenda eſſe duximus, ut eas tenebras vitaremus, in quibus Accurſiani, interpretis vitio, verſantur. Sed illud male factum eſt, quod ignorare videntur, Græce hæc Modeſtinum ſcripſiſſe, qua lingua non facile tractari jus civile poterat. Sunt enim verba quædam a noſtris uſurpata, quæ ne Latini quidem homines ſatis noverant: ut *dominium*, *legatarius*, *mandatarius*, *donatarius*, *ſuus heres*, & ejuſmodi artis vocabula: quibus Græci nonnumquam utuntur pro ſuis. His plenæ ſunt Juſtiniani conſtitutiones, Theophili, & Conſtantini, aliorumque Græcorum libri. Nam ut Latini conſulti *hypotheca*, *chirographo*, *emphyteuſi*, *ſitonia*, *heremodicio*, atque aliis Græcis nominibus utuntur, ſic Græci κουράτορα, & κουρατορεύειν dicunt, ἐξκουσατίονα, πάτρονα, ληγάτον, & ſexcenta ſimilia. Hoc eſt, quod Modeſtinus ait difficultatem ei feciſſe. Deinde ſcribit:

*Dumque ea explico, addo ſicubi opus eſt, ipſa legum verba, ut his, qui dicendi, & legendi uſum habent, hoc deſiderantibus perfectum auxilium præſtare poſſimus.*

*Ipſa legum verba.* Leges a Modeſtino relatas nullas ſcio, ſed conſtitutiones Græcas atque Latinas, item ex Ulpiani ac Pauli libris quædam. Quamobrem arbitror hujuſmodi leges appellare:

ut

ut nonnumquam ab Juſtiniano, atque aliis appellantur. [a]

(a) L. 2. §. Tanta. C. de vet. jur. en. l. Hac edictali. C. de ſec. nupt. l. 2. C. de ſent. exper.

*Principio igitur dicendum eſt, quos creari non oporteat. Libertinis pupillis magiſtratus ingenuos tutores, aut curatores non dent, præter quam ſi maxima inopia ſit eo loci libertorum. Jubet enim Divi Marci oratio, ut libertinis, qui in eodem oppido ſint, liberti dentur.*

Libertini ſunt, qui ex juxta ſervitute manumiſſi ſunt. [b] Eſt autem hoc nomen ejus condicionis hominum, ut ingenuorum. Liberti illi ipſi homines ſunt, ſed ad patronos refertur hæc appellatio. Eſtque inter hæc ſimilis differentia illi, quæ inter filium & filiumfamilias eſt, item patrem, matrem, & patremfamilias, matremque familias: nam cum familiam patri, aut matri addimus, eum, eamve ſignificamus, qui ſui juris eſt: (c) cum ſimpliciter patrem dicimus, aut matrem, ad filios id verbum referimus. Sic filium dicentes non condicionem ejus oſtendimus, qui in alterius poteſtate ſit, ut cum filiumfamilias dicimus, ſed alicujus filium eſſe ſignificamus. Quamobrem non recte Politianus ἀπελευθέροις pro ἀπελευθερικοῖς, quod Florentiæ eſt, bis ſcripſit: unde error ad Hervagianos libros manavit. Poſtea ait:

[b] L. Libertini. de ſtat. hom. inſtit. de liber. in princ.

[c] L. Pronuntiatio. §. Familiæ. de verb. ſign.

*Sed ſi detur ingenuus, Divus Severus minoribus conſulens reſcripſit, obnoxium fore tutelæ, niſi intra conſtitutum tempus allegaverit excuſationem.*

Hujus reſcripti verba in conſtitutionum Codice [d] referuntur hæc. IMPP. SEVERUS ET ANTONINUS *AA. Criſpino. Excuſationis quidem tuæ, ſi ingenuus libertino tutor datus es, certa cauſa eſt. Sed cum te Præſes provinciæ audiendum non putaverit propter præſcriptionem, quaſi tardius adires, nec a decreto provocaveris, intelligis parendum eſſe ſententiæ.* Ex qua conſtitutione agnoſcere licet Accurſianorum opiniones de rationibus reddendis, & excuſatione non accipienda, ob ineptam interpretationem Græcorum verborum creatas eſſe. Si enim ſibi conſtare voluiſſet interpres, δικαιολογίαν *excuſationem* aut *allegationem* appellaſſet, ut capite quarto & XIII. [e] ἐμπροθέσμως quoque non *juſte* vertiſſet, ſed *conſtituto tempore*, ut eodem tertiodecimo capite *crebro* pro *quo* eleganter Severus præſcriptione uſus eſt. Denique ait:

(d) L. 3. C. de excuſ. tut.

(e) L. Diximus. l. Scire oportet. §. Aliud. ſupra eod.

*Non licet ſponſo ſponſæ curatorem eſſe, ut ſenatus cenſuit, creatus autem hic, removendus eſt.*

Quæ verba nullam habent difficultatem.

CAput alterum ita vertimus: [f]

[f] L. 2. de excuſ.

IDEM *libro ſecundo excuſationum. A tutela & cura excuſantur, qui ſeptuaginta annos exceſſerunt.*

Idem Iuſtinianus ſcribit libro primo inſtitutionum: (g) *Major*, inquit, *ſeptuaginta annis a tutela & cura ſe poteſt excuſare*: Et Impp. Severus & Antoninus Severo reſcripſerunt: (h) *Pater tuus ſi major eſt annis LXX. ad tutelam, vel curam devocatus, excuſare ſe ſollemniter poteſt.* Quibus locis cum excuſationis verbum viderim, nolui ἀφίενται *liberantur*, aut *ſolvuntur* vertere: ſed *excuſantur*, ut vetus interpres. Quamquam is ſæpe remittendi verbum huic ſubſtituit: & ἄφεσιν *remiſſionem* appellat, quam nos libenter vacationem appellamus.

(g) §. Item major. inſtit. eod.

(h) L. un. C. qui ætate ſe excuſ.

*Exceſſiſſe autem eos oportet tum, cum creantur, aut cum hereditas adita eſt, aut cum condicio teſtamento ſcripta impleta eſt, non intra excuſationis tempora eam ætatem implere, quæ probatur aut natalis diei ſcriptura, aut aliis legitimis probationibus.*

Aditam hereditatem etiam a neceſſario herede intelligendum eſt, quod *immiſcere ſe* malunt noſtri dicere. Deinde ait:

*Liberorum quoque multitudo a tutela, & cura excuſat. Omnes tamen liberos legitimos eſſe oportet, & ſi in poteſtate non ſint, atque tum vivere, cum patres eorum tutores dantur. Nam qui antea mortui ſunt, non numerantur inter liberos, neque etiam nocent, qui poſtea moriuntur. Quod D. Severi conſtitutione cavetur; quæ quamvis de eo tutore loqui videatur, qui teſtamento datus eſt, tamen aptari ad quemcumque alium poteſt.*

Non hæc illa conſtitutio eſt, quæ ſub titulo Qui numero liberorum ſe excuſant, extat. (i) Ea enim ſolum dicitur eum, qui ad tutelam, vel curam vocatur, ſi Romæ tres liberos, aut in Italia quattuor, in provincia quinque habeat, excuſari: quod etiam Juſtinianus in inſtitutionibus ſcribit. (k)

(i) L. 1. C. Qui numer. lib. ſe excuſ.

(k) in prin. inſtit. de exc. tut.

*Qui in utero eſt, & ſi in multis juris partibus æquiparatur jam natis, tamen neque in hac quæſtione, neque in cæteris civilibus muneribus prodeſt patri. Quod etiam Divi Severi conſtitutione cavetur.*

Eſt hoc ſatis cognitum, eum, qui naſci ſperatur, pro ſuperſtite eſſe, cum de ipſius jure quæritur: aliis non prodeſſe. (l)

(l) L. Quod dicimus. de verb. ſig. l. Qui in utero. de ſtat. hom.

*Non ſolum autem filii, & filiæ vacationem tutelæ adferunt: ſed & nepotes, & neptes ex filiis maribus. Juvant vero hi, cum eorum pater mortuus eſt, & ipſi ejus locum ſupplent avo: qui licet plures ſint ex uno filio pro uno numerantur. Colligere licet hæc ex conſtitutionibus, quibus de liberis tractatur. Neque enim facile conſtitutionem reperies, quæ de filiis, non de liberis ſcripta ſit. Liberorum autem appellatio ad nepotes extenditur.*

Liberi a Græcis τέκνα καὶ παῖδες appellantur, filii υἱοί: quod Modeſtinum obſervare animadverti. Erravit autem noſter interpres ſub titulo de verborum ſignificatione, (m) cum eadem hæc verba in natis locum habere putavit, cum hoc loco recte ſcripſiſſet liberos. Sed & hic cum de filiorum multitudine ſcribit, (n) *liberorum* ſcribendum erat, ſed paulo poſt. Item XIV. capite (o) recte τοὺς παῖδας liberos appellat, quod etiam Theophilus ſecutus eſt. (p) Itaque cum ex hoc loco ille ſub titulo de verbo-

(m) L. Natorum. de verb. ſign.

(n) L. 2. §. 1. in princ. de excuſ.

(o) L. Libertum. eod.

(p) Theoph. in inſtit. eod. in princ.

N 2

borum ſignificatione ſumptus ſit, utroque loco liberorum appellationem ad nepotes extendi intelligendum eſt. Reſtituit eum locum Alciatus noſter, (*a*) ſed cum his Græcis Modeſtini verbis careret, non agnovit hinc eſſe ſumptum, quod & verba, & inſcriptio oſtendunt.

[a] *Alciat. lib.* 4. *cap.* 10. *diſpunct. & d.l. nator.*

*Sed numerum liberorum conſtitutionibus decretum jam tum eſſe oportet, cum creatur, non etiam ſi poſt creationem nati ſunt ante, quam cauſas excuſationis allegaverit. Nam qui poſtea nati ſunt, nihil juvant, ut Severi & Antonini conſtitutione ſcriptum eſt.*

Hæc verba vulgo manca circumferuntur; quamobrem Accurſius, ejuſque diſcipuli mirandum in modum inutilia ſcribunt: noſtra interpretatio nullam habet difficultatem: ut ne his quidem, qui Græce norint, Modeſtini verba. Deinde ait:

*Præterea qui tres tutelas, aut tres curas habent, aut tria onera mixtarum tutelarum cum curis, & hæ non ſint ætate minorum finitæ, habent excuſationem, ſi ad quartam tutelam, aut curam vocentur.*

*Mixtarum*, inquit, *tutelarum*, hoc eſt tutelas duas curam unam, aut duas curas tutelam unam; quamvis ſiquis ad verba adhæreſceret, quod vetus interpres facit, ſex onera exiſtimaret. Sed illud Modeſtino, Ulpiano, Severo, & Juſtiniano probari videtur. Quod vero ait, *ſi ad quartam*, in Florentino libro ſcriptum fuerat ειϛεγαρτήν, ſine ullis accentus notis, ut omnia, quæ ſcripta ſunt græce: item ſyllabæ omnes, & verba conjuncta ſunt. Sed recens emendator notis verba ſeparavit ita εἴστε γάρτὴς, quod in Politiani libro, & eo exemplo, quod ad Alciatum noſtrum miſſum eſt, unde Hervagius habuit, ſcriptum vidimus. Recte autem ab Hervagio ſcriptum eſt εἰς τετάρτην, quod unius litteræ mutatione fieri in Florentini libri antiqua ſcriptura potuit: id tamen antiquum interpretem fefellit. Sed hæc ſane optima emendatio eſt, cui convenire videtur, quod capite tertio (*b*) Modeſtinus ſcribit, dixiſſe ſe tres tutelas habentes ad quartam non eſſe vocandos. Sed & Severi conſtitutio, cujus hic mentio fit, ita ſcripta eſt: (*c*) *Si tres tutelas, vel curas eodem tempore non defunctorie ſuſceptas adminiſtras: onere quartæ tutelæ, ſeu curationis pupillorum, ſeu adoleſcentium non gravaberis.* Additur id, quod a Modeſtino quoque relatum eſt: *Finito autem officio pubertate pupillorum, vel ætate adoleſcentium, aliæ ſubſtitui poſſunt, licet nondum ratio tutelæ, ſive curæ adminiſtratæ reddita ſit.* Rationis a Modeſtino mentio facta non eſt, ſed cum ætate minorum adoleſcentium ſcilicet, aut pupillorum finiri tutelam, aut curam dicat, id ſatis eſſe videbitur. Quod vero Severus non defunctorie ait, Juſtinianus apertius, minus tamen eleganter: (*d*) *Item tria onera*, inquit, *tutelæ non affectatæ præſtant vacationem, quamdiu adminiſtrantur, ut tamen plurium pupillorum tutela, vel cura eorumdem bonorum veluti fratrum pro una computentur.* Sed hac de re Ulpiani verba adferentur. Ad Modeſtinum redeamus.

(b) *L.* 3. *in princ. de excuſ.*

(c) *L. un. C. qui num. tut. ſe excuſ.*

(d) §. Item tria *inſt. eod.*

*Sed & ſiquis*, inquit, *non minoris, ſed furioſi curator ſit, hujus quoque curæ ratio habenda eſt, ut in numero curarum computetur. Quæ ita ſe habere, Severi & Antonini conſtitutio docet.*

Ea quidem pars, qua de furioſi cura dicitur, hodie non extat, cætera ſcripſimus. Quod vero minoris hic curam, non impuberis, ut vulgo nimis inepte, ne dicam imperite, circumfertur, intelligere debeamus, græcum verbum ἀφήλικος facit: quo Modeſtinus XXV. annis minores appellat, non impuberes, ut multis locis barbarus interpres putat: quod Accurſianos omnes vehementer torquet. Nam bonus ille interpres cap. I. (*e*) τῶν ἀφηλίκων προνοούμενος *impuberum curam habens*, & octavo (*f*) στρατιώτου ἀφήλικος κουράτωρ δοθήσεται, *militi impuberi curator dabitur*, vertit. Et cap. X. (*g*) ἐὰν ἀπελεύθερος δοθῇ ἀφῆλιξ ὑπὸ πάτρονος ἐπίτροπος. *Si libertus impubes dabitur a patrono curator.* Sic enim ſcripſit, cum *minor*, & *tutor* fuiſſet ſcribendum. Sed & in eodem verbo poſtea bis errat. Quos errores ut noſtri tueantur, quantas (dii boni) tragœdias excitant? Idem addunt hoc loco, prodigi curam, cujus a Modeſtino mentio non fit. Poſtea ait:

(e) *L.* 1. *de excuſ.*

(f) L. Sed & milites. §. Jam autem.

[g] *L.* Non ſolum. §. Si libertus.

*Et optimus Ulpianus de tribus tutelis ſic ait.*

Ulpiani latina verba in aliud caput rejecta ſunt, [*h*] in hunc modum:

[h] *L.* 3. *eod.*

ULPIANUS *libro ſingulari de officio Prætoris tutelaris. Tria onera tutelarum dant excuſationem, tria autem onera ſic ſunt accipienda, ut non numerus pupillorum plures tutelas faciat, ſed patrimoniorum ſeparatio. Et ideo qui tribus fratribus tutor datus eſt, qui indiviſum patrimonium haberent, vel quibuſdam tutor, quibuſdam curator, unam tutelam ſuſcepiſſe creditur.*

Paulo ante Juſtiniani verba retulimus, [*i*] quæ cum Ulpiano facerent.

(i) *Inſt. eod.* §. Item tria.

QUarto capite dicitur: (*k*)

(k) *L.* Diximus. *eod.*

MODESTINUS *libro ſecundo excuſationum. Diximus, tres tutelas habentes ad quartam non eſſe vocandos. Quæſitum igitur eſt, ſiquis duas tutelas habeat, & tertia oneratus appellaverit, pendenteque adhuc judicio appellationis, quarta tutela oneretur, an in allegatione excuſationum quartæ mentionem tertiæ faciet? aut eam omnino omittet?*

Ambiguum eſt de tertia, an de quarta omittenda loquatur. Sed mihi videtur de tertia loqui, ut ſi ea omiſſa, quæ litigioſa [ut ita dicam] eſt, quartam accipere compellatur. Quod his, quæ ſequuntur, convenire videtur.

*Et invenio*, inquit, *a Divis Severo & Antonino conſtitutum eſſe, non oportere ad quartam tutelam creari eum, qui a tertia provocaverit. Sed dum pendet, allegationum tertiæ judicium expectare, cujus finis finem quartæ*

*tæ excuſationibus faciet. Recta ſane*, inquit, *ratione. Nam ſiquis eam, quæ quarta eſt, quaſi tertiam ſuſceperit, & injuſta appellatio de tertia appareat, quattuor oneribus contra leges onerabitur.*

Non multam habent hæc verba difficultatem. Jubent principes, ſi ei, qui de tertiæ tutelæ datione appellaverat, alia deferatur, eam, dum lis eſt, ſuſcipere non debere. Nam ſi ſuſceperit, & adverſus tutorem judicatum ſit, quattuor onera invitus habebit. Præſtat igitur ſententiam expectare, quæ ſi ſecundum tutorem lata ſit, a quarta non excuſabitur: ſi adverſus eum; cum tres habeat, admittenda excuſatio eſt. Barbarus interpres nimia religione effecit, ut varie hæc verba ſcribantur: nos noſtrum onus eſſe non putamus minutatim ſingula horum hominum peccata perſequi, ſed ſatis eſt capita errorum indicare, & Modeſtini interpretationi ſervire. Illud omittendum non eſt, quod diximus, *ſiquis eam, quæ quarta eſt, quaſi tertiam ſuſceperit*, Modeſtinum *quæ ordine quarta eſt, quaſi vi tertiam* dicere, & recte. Nam cum tribus oneribus ſubici poſſit, dum tertia in incerto eſt, ſi quartam tutelam ſuſcipiet, eam, quæ ordine quarta eſt, ita ſuſcipit, ut quæ vi ipſa tertia ſit. Sic capite ſexto ait: (*a*) *Si duas tutelas habenti, item duæ deferantur: quæ ordine tertia eſt, auxilio ei erit ad quartæ excuſationem.* Et Ulpianus ſcribit (*b*) eum, qui a fidejuſſore petit, vi ipſa a reo petere. Qua de re eleganter Alciatus noſter libro II. (*c*) Diſpunctionum, & primo libro (*d*) παρέργον, & ſub titulo de verborum ſignificatione cap. CLXIV. (*e*) Eſt autem Hervagianus liber emendandus hoc loco, ut ἀδίκου τῆς ἐπὶ τῇ τρίτῃ ἐκκλήτου ἀποφαντείσης ſcribatur, non ἐκκλήτῳ. Deinde ait:

(a) *L.* Si duas. *in princ.*
(b) *L.* Adverſus, *de receptis.*
[c] *cap.* 9.
[d] *cap.* 28.
(e) *Alc. l.* Nomen filiar. *in fin. de verb. ſign.*

*Si pater tria tutelarum, aut curarum onera habeat, ejus filius non gravabitur: ita enim conſtitutum eſt a Divis Severo & Antonino. Hoc idem contra quoque eſt, ut oporteat filii tutelas vacationem patri dare, & utrique communes, hoc eſt, unam filii & duas patris, aut contra. Quæ ita ſe habent, cum uni domui, non diverſis onus defertur. Et hoc optimus Ulpianus ſcribit.*

Verba Ulpiani latina ſunt in aliud caput rejecta, ut illa tertii capitis: ſunt autem hæc.

ULpianus *libro ſingulari de officio Prætoris tutelaris. Tria onera* (*f*) *in domo una eſſe ſufficit. Proinde ſi pater alicujus, vel filius, vel frater, qui eſt in ejuſdem poteſtate, tria onera ſuſtineat, quæ ad periculum patris ſui ſpectent: quia voluntate ejus adminiſtrant, omnibus excuſatio a tutela competit. Sed ſi non patris voluntate adminiſtrent: non prodeſſe, ſæpe reſcriptum eſt.*

(f) *L.* Tria onera. 2. *de excuſat.*

SExtum vero caput (*g*) græce in hunc ferme modum ſcriptum eſt:

(g) L. Si duas.

Modestinus *libro ſecundo excuſationum. Si duas tutelas habens alteris duabus oneretur, quæ tertia erit ordine, juvabit eum ad quartæ excuſationem: licet Imperator ſit, qui quartam detulit, aut etiam tertiam, ſcilicet ſi ante, quam ſciretur, quid is vellet, antevertit alius in creatione tutoris.*

Multo aliter alii ſcribunt. Sed hæc, ni fallor, eſt Modeſtini ſententia. Cum duas habenti duæ tutelæ deferuntur: animadverti oportere utra prius delata ſit, ut ea ſuſcepta excuſetur ab alia: licet ea, quæ poſtea delata eſt, a principe fuerit delata: aut etiam illam priorem princeps detulerit, ſed hoc ignorans tutor aliam, quæ poſt illam principalem (ut ita loquamur) delata ſit, ſuſcepit. Ita fiet, ut quæ deferendi ordine inſpecto quarta erat, propterea quod ſuſcepta eſt, tertiæ a principe ante delatæ præferatur. Deinde ſcribit:

*Si vero ordo non appareat, ſed eadem die diverſis tabulis duæ creationes factæ proponantur: non creatus, ſed creans eliget, quam ſubire eum oporteat.*

Quas ego tabulas appellavi, Modeſtinus chartas appellat: ſed latinorum uſum ſecutus ſum. Nam de teſtamenti tabulis multa ſcripta ſunt ſub titulis de bonorum poſſeſſione contra tabulas, & ſecundum tabulas, & ſi tabulæ teſtamenti non extabunt; legis quoque duodecim tabularum appellatio hinc manavit. Namque ferunt, veteres ceratis quibuſdam tabulis uſos, in quibus ſtilo litteras figerent. Ulpianus capite primo de bonorum poſſeſſione ſecundum tabulas: (*h*) *Tabulas*, inquit, *teſtamenti accipere debemus omnem materiæ figuram; ſive igitur tabulæ ſint ligneæ, ſive cujuſcumque alterius materiæ, ſive chartæ, ſive membranæ ſint, vel ſi e corio* (*i*) *alicujus animalis, tabulæ recte dicentur.* M. Cicero in Antoniana prima: *Aſſentiri etiam nos Servio Sulpitio C. V. voluit, ne qua tabula poſt Idus Martias ullius decreti Cæſaris, aut beneficii figeretur.* Hinc tabellæ ſuffragiorum tabellarii, qui litteras ferebant, tabelliones quoque poſtea, ſcribæ olim dicti. Sed licet hic veterum uſus ſit, antiquus interpres *in diverſis chartis* ſcripſit, aut, ut aliqui ſcribere ſolent, *cartis.* Ferendum id quidem erat, cum Modeſtini ſententia intelligeretur: ecce autem librarii notis barbarorum temporum uſi pro cartis, *Cantis* ſcripſerunt, unde factum eſt, ut in Dini, Raynerii, Baldi, Harenæ, Alberici, & Neapolitani Nicolai libris *creatis* ſcriberetur: quod multis modis interpretantur; aut creatis, ideſt creationibus, aut creatis tutelis, vel tutoribus patre, & filio ab eodem judice: aut creatis, ideſt dantibus, ſive creantibus. Quæ ego, ut alia plura, quam vellem, indigna eſſe exiſtimo, quæ legantur: ſed libuit hoc exempli cauſa referre, ut videant juris ſtudioſi, quantum mendoſi libri noceant bonis præſertim viris, cujuſmodi hi Accurſiani interpretes, quorum nomina ſcripſi, fuerunt. Quibus ego cum plurimum deferam, non poſſum non dolere ejuſmodi ingenia bonis litteris, & inſtitutionibus caruiſſe. Sed ad Modeſtinum revertendum eſt:

(h) *L.* 1. *de bon. poſſ. ſec. tab. in princ.*
[i] ſi corio. *Fl.*

*Gram-*

*Grammatici, ſophiſtæ, rhetores, medici, qui* περιοδευταὶ (hoc eſt circumforanei) *vocantur, ut a reliquis muneribus, ſic a tutela & cura vacationem habent.*

Rhetores a Græcis & oratores appellantur, & qui dicendi ludum habent. Latinos libentius præceptores appellare eo nomine videas, (*a*) iidem a Græcis ſophiſtæ appellati eſſe videntur. Quod ea conſtitutione, quæ ſub titulo de ſtudiis liberalibus urbis Romæ & Conſtantinopolitanæ (*b*) non belle ab Accurſio interpretata extat, cognoſcere licet. Nam illic de diſciplinarum omnium præceptoribus, quibus licebat in Capitolio docere, ita ſcribitur: *Habeant igitur auditorium ſpecialiter noſtrum in his primum, quos Romanæ eloquentiæ doctrina commendat, oratores tres numero, grammatici decem. In his etiam, qui facundia græcanitatis pollere noſcuntur, quinque numero ſint ſophiſtæ, & grammatici æque decem.* Addit poſtea *philoſophum unum, juris peritos duos.* Qua conſtitutione rhetorum mentio non fit; Sed Latinos oratores appellat, non ſatis proprie eos, qui oratoriam artem docerent: Græcos ſophiſtas. Sic etiam apud Modeſtinum cum dicatur rhetorum numerus Antonini conſtitutione in ſingulis civitatibus conſtitutus, in minimis & mediis civitatibus ſophiſtarum numerus, in maximis rhetorum conſtituitur. Sed & Juſtinianus ſophiſtarum libro I. inſtitutionum non meminit, ſed rhetorum, (*c*) quo loco Theophilus hujus conſtitutionis facit mentionem. Alia conſtitutione de profeſſoribus urbis Conſtantinopolitanæ (*d*) dicitur: *Grammaticos tam Græcos, quam Latinos, ſophiſtas, & juriſperitos cum ad XX. annos docendi pervenerint, his, qui ſunt ex vicaria dignitate, connumerari.* Quo loco rhetores aut non appellantur, aut ſophiſtæ, ut exiſtimo, appellantur. Eſt & alia conſtitutio ſub titulo de excuſationibus munerum, [*e*] qua dicitur: *Circa rhetores, atque grammaticos eruditionis utriuſque* (hoc eſt utriuſque linguæ, ut ego interpretor) *vetuſto more durante.* Et in Digeſtis ſub titulo de extraordinariis cognitionibus Ulpianus ſcribit: [*f*] *Liberalia ſtudia accipimus, quæ Græci* ἐλευθέρια *appellant: rhetores continebuntur, grammatici, geometræ.* Sed crebrius oratores hi appellari videntur. Arcadius Chariſius capite extremo [*g*] de muneribus & honoribus: *Magiſtris, qui civilium munerum vacationem habent, item grammaticis, & oratoribus & medicis, & philoſophis, ne hoſpitem reciperent, a principibus fuiſſe immunitatem indultam, & D. Veſpaſianus, & D. Hadrianus reſcripſerunt.* Paulus quoque hoc ipſo capite, quo de agimus, (*h*) apud Modeſtinum ait: *Philoſophi, oratores, grammatici, qui publice juvenibus proſunt, excuſantur a tutelis.* Sunt etiam duæ conſtitutiones ſub titulo de profeſſoribus & medicis, (*i*) quæ oratoris nomen pro rhetore uſurpant. Hæc itaque mea opinio eſt, ſophiſtas, rhetores, oratores apud Modeſtinum, & cæteros juriſconſultos, atque Imperatores eos ſignificare, qui artem dicendi traderent. Non ignoro, Tullianis temporibus oratores ſolos cauſarum patronos eſſe appellatos, rhetores dicendi magiſtros, ſophiſtas vero Cicero in Academicis quæſtionibus eos appellatos ait, qui oſtentationis, aut quæſtus gratia philoſopharentur. In Oratore tamen Iſocratem, & Gorgiam Leontinum, ac cæteros, qui umbratile & placidum dicendi genus eſſent ſecuti, neque unquam ad cauſas orandas acceſſiſſent, ſophiſtas appellat. Illos priores, quod toti in ſapientia oſtentanda verſarentur, vexantem Socratem inducit ſæpe Plato. Ab eiſdem ſophiſmata fallaces concluſiunculæ dictæ ſunt: quod facit, ut ſophiſtæ dialectici eſſe exiſtimentur. Sed neque de philoſophis, neque de dialecticis ſophiſtarum nomen hic intelligendum arbitror; ſed, ut dixi, rhetores ſignificat, & licet Modeſtinus utroque verbo ſit uſus, non diverſam hominum profeſſionem ſignificavit. Medicos vero, quos ego circumforaneos appellavi, barbarus interpres *circuitores:* ejus artis magiſtros non fuiſſe opinor, ut cæteros, ſed qui medicinam facerent. Namque ita Ulpianus ſcribit: (*k*) *Medicorum quoque eadem cauſa eſt, quæ profeſſorum, niſi quod juſtior: cum hi ſalutis hominum, illi ſtudiorum curam agant.* Quod multis conſtitutionibus, quæ ſub titulo de profeſſoribus & medicis ſcriptæ ſunt, confirmari poteſt. Circumforanei vero nomine uſi ſumus Tullium imitati in Cluentiana, *Pharmacopola*, inquit, *circumforaneus, qui properaret, cui fora multa reſtarent.* Haloander περιόδοι pro περιοδευταὶ ſcripſit: ſed minime mirum eſt, cum Ludovici Bononienſis, cujus libris uſus eſt, neſcio qua negligentia, hæc Modeſtini capita deſcripta e Politiani libro, ut cætera, non ſint. Ad Modeſtinum redeo:

*Sed eſt*, inquit, *conſtitutus rhetorum numerus, qui in unaquaque civitate immunitatem habeant: diviſioque quædam civitatium lege facta eſt. Quod ex epiſtula Antonini Pii apparet, quæ communi quidem Aſiæ ſcripta eſt, ſed univerſo terrarum orbi convenit. Ex ea hoc caput infra ſcriptum eſt.*

*Communi Aſiæ* dixi, ut Cicero Verrina quarta commune Siciliæ & tertia commune Meliadum: ſic interpretari oportet apud Calliſtratum, (*l*) Divus Hadrianus τῷ κοινῷ τῶν θεσσαλῶν Græce reſcripſit: ſic enim ſcribendum eſt, ut eſt apud Marcianum, [*m*] quod nos aliquando ſcripſimus (*n*) quamvis variare in imperatoris nomine videantur. Item quod Ulpianus ſcribit, (*o*) de qua re extat reſcriptum Divi Pii πρὸς τὸ κοινὸν τῶν θρακῶν, quæ etiam verba numquam edita ſunt capite primo de appellationibus. Sed & caput XXV. (*p*) ſub eo titulo ita initio ſcriptum eſt: PAULUS *libro vicenſimo reſponſorum.* αὐτοκράτωρ Αλέξανδρος τῷ κοινῷ τῶν ἐν Βιθυνίᾳ ἑλλήνων. quod caput Haloander Hermogeniano libro II. Epitomaton juris non recte adſcripſit. Commune itaque Aſiæ ſignificat illam Aſianorum univerſitatem, quæ ab uno Proconſule regebatur, cujus

(a) L. Aquilius. *de donat.*

(b) *L. un. C. de ſtud. lib. urb. Rom. lib.* 11.

(c) §. Item Romæ. *inſtit. eod.*

(d) *L. unic. C. de profeſſ. qui in urb. Conſt. lib.* 12.

(e) *L.* Maximarum *C. de excuſ. mun. lib.* 16.

(f) *L.* 1. *de extraord. cogn.*

(g) *L. ult. in fin. de mun. & hon.*

[h] *L.* Si duas. §. Philoſophi. *de excuſ.*

(i) *L.* 2. *& l. ult. C. de prof. & med. lib.* 10.

(k) L. 1. *in princ. de extrord. cogn.*

(l) L. Si de vi. *de in diem.*

(m) *L.* Qui cœtus. §. Si de vi. *ad L. Jul. de vi publ.*

(n) *lib.* 4. *cap.* 15. *emend.*

(o) 1. *de appell.*

[p] *L.* Imperator. *eod.*

[a] *Auth. ut jud. ſine quoque. §.* Quanta.

jus Novella VIII. (*a*) mentio fit: non tertiam terrarum partem. Sed Antonini Pii verba videamus, quæ græce in hanc ſententiam ſcripta ſunt:

*Minores civitates quinque medicos, ſophiſtas tres, grammaticos totidem immunes habere poſſunt. Majores ſeptem medicos, quaternos duabus illis diſciplinis præpoſitos. Maximæ vero medicos decem, rhetores quinque grammaticos totidem.*

Si ſophiſtas rhetores intelligas, nihil difficultatis in his verbis erit. Deinde ait:

*Supra hunc numerum ne maximæ quidem civitates immunitatem præſtare poſſunt. Et maximo numero uti oportet metropoles provinciarum, altero eas, quæ forum cauſarum habent, tertio reliquas: quem numerum neque curiæ decreto excedere licet, neque qua alia captione quæſita minorem tamen conſtituere licet, quoniam, id ſi fiat, civilia munera juvantur.*

(b) *L. un. C. de metrop. Beryto. lib.* 11.

[c] *c.* Cleros. 21. *diſtinct.*

(d) L. Obſervare. §. Ingreſſum. *de offic. Proconſ.*

Metropoles provinciæ matres Theodoſius appellat; (*b*) quod etymologia ipſa indicat: neque enim a menſura ejus nominis origo eſt, ut Pontificii putant, (*c*) ſed ἀπὸ τῆς μητρός, in quo jure Iſidorus noſter ab Alciato deriſus eſt libro II. Diſpunctionum. Sic apud Ulpianum (*d*) intelligendum eſt: *Proconſuli neceſſitatem impoſitam per mare Aſiam applicare καὶ τῶν μητροπόλεων Εφεσον primam attingere.* Decretum curiæ interpretatus ſum, quod Antoninus *pſephiſma bules*, & poſtea *dogma* appellat: antiquus interpres *ſententia* & *dogma ſenatus*: Pſephiſmate uſus Cicero eſt in oratione pro L. Flacco; ſed nos maluimus noſtros imitari. Neque dubitamus decurionum curiam eſſe hanc, non ſenatorum, ut Baldus ſignificare videtur. Movet me, quod antea dictum eſt, ne maximas quidem civitates poſſe eum numerum excedere: & poſtea dicetur, reprobari medicum poſſe a Republica, quamvis ſemel probatus ſit. Sed & Ulpianus libro tertio opinionum ſcribit:

(e) L. 1. *de decretis ab ord. fac.*

(*e*) *Medicorum intra numerum præfinitum conſtituendorum arbitrium non Præſidi provinciæ commiſſum eſt, ſed ordini, & poſſeſſoribus cujuſque civitatis.* Item conſtitutione prima de decretis decurionum (*f*) ſcriptum eſt:

(f) L. 1. *C. de decr. decur. lib.* 10.

*Exceptis qui liberalium ſtudiorum antiſtites ſunt, & qui medendi cura funguntur, decreto decurionum immunitas nemini tribui poteſt.* Emendanda alia conſtitutio eſt ſub titulo de profeſſoribus & medicis, ut in hunc modum ſcribatur, ut in Albornotiana noſtra bibliotheca ſcriptum fuiſſe video: [*g*] *Nec intra numerum præſtitutum ordine invito medicos immunitatem habere ſæpe conſtitutum eſt, cum oporteat eis decreto decurionum immunitatem tribui.* In Norico vero mendoſe ſcriptum eſt *invitos medicos.* Id enim ipſum illic dicitur, quod hoc loco ab Antonino additur:

(g) L. Nec intra. *C. de prof. & med. lib.* 10.

*At qui*, inquit, *non aliter hi ea immunitate fruentur, niſi decreto curiæ numero conſtituto adſcribantur, & operam quiſque ſuam navet non male.*

Qua etiam de re ſub eodem titulo conſtituitur: (*h*) *grammaticos, ſeu oratores decreto ordinis probatos, ſi non ſe utiles ſtudentibus præbeant, denuo ab eodem ordine reprobari poſſe, incognitum non eſt.* Ex quibus apparet, decurionum ordini, quam etiam curiam appellant, unde curiales dicti ſunt, hos intra numerum conſtituere, eſſe permiſſum. Quod ſi hunc ſenatum appellare velis, non repugno, dum aliarum civitatum ſenatum intelligas, quam Romanum: quod paulo ante ſcriptum a nobis accurate eſt. (*i*) Deinde Modeſtinus ſcribit:

(h) L. 2. *eod.*

(i) L. Et qui non ſunt. *de tut. & cur. da.*

*Philoſophos quoque a tutelis vacare, Paulus ſcribit his verbis: Philoſophi, oratores, grammatici, qui publicæ juvenibus proſunt, excuſantur a tutelis, nam & Ulpianus libro quarto de officio Proconſulis ita ſcribit. Sed & reprobari medicum poſſe a Republica, quamvis ſemel probatus ſit, Imperator noſter cum patre Lælio Baſſo reſcripſit.*

Pauli verba, & cætera omnia Florentiæ Latine ſcripta ſunt, & librarii errore ita ſeparata, ut ab Ulpiani nomine, quod miniatis litteris ſcriptum eſt, aliud caput exordiri videatur. Quamobrem cum in omnibus libris inſcriptiones ſingulorum capitum vulgo omitterentur, factum eſt, ut ſeparatum capitis initium eſſe credatur illud, *Sed & reprobari &c.* Huc acceſſit, quod cum ſecundum, & quartum caput ita finem facere vidiſſent, ut alteri juriſconſulto locus fieret: ab errore illo librarii diſceſſum eſt, & illa *Ulpianus libro IV. de officio Procoſſ. ita ſcribit*, cum prioribus verbis conjunxerunt. Quod nos quidem probamus, ſed non ſimili ratione, ut cætera neque in aliud caput ſeparentur, neque Ulpiani eſſe exiſtimentur: ſed ut noſtra opinio eſt, Triboniani & ſociorum ſumpta ex Modeſtino libro XI. Pandectarum: (*k*) ita enim alio loco relatum eſt: *Reprobari poſſe medicum a Republica, quamvis ſemel probatus ſit, Divus Magnus Antoninus cum patre reſcripſit.* Ita enim in Florentino ſcriptum eſt. Quæ verba declarant, qui fuerint hi, quorum reſcriptum refertur, L. Severus Pater, & M. Antoninus Magnus Caracalla Filius: qui dum ſimul, aut per ſe imperium Romanum tenuerunt, juriſconſulti fere omnes, e quorum libris Pandectæ conſtant, vixerunt. Hi ſunt, qui toties appellantur SEVERUS ET ANTONINUS aut *Imperator noſter cum patre:* ut hoc ipſo loco, quo de agimus. Sed hæc poſterius accuratius ſcribemus. Nunc ad Græca Modeſtini verba redeamus:

(k) L. Ut gradatim. *de mun. & hon.*

*De philoſophis vero eadem D. Pii conſtitutione dicitur. Philoſophorum numerus conſtitutus non eſt: rari enim ſunt, qui philoſophantur. Et quidem exiſtimo, eos, qui divitiis abundant, libenter præſtaturos auxilium patriæ. Quod ſi ſtudioſe contendant de re familiari, jam inde oſtendent facile ſe non eſſe philoſophos.*

Ea-

UNED

Eadem ſententia eſt apud Papinianum libro I. Reſponſorum: (*a*) *Philoſophis*, inquit, *qui ſe frequentes atque utiles per eandem ſtudiorum ſectam contendentibus præbent, tutelas, item munera ſordida corporalia remitti placuit: non ea, quæ ſumptibus expediuntur; etenim vere philoſophantes pecuniam contemnunt, cujus retinendæ cupidine fictam adſeverationem detegunt.* Ulpianus quoque libro VIII. de omnibus tribunalibus ſcribit: (*b*) *An & philoſophi profeſſor. numero ſint? & non putem; non quia non religioſa res eſt, ſed quia hoc primum profiteri eos oportet mercenariam operam ſpernere.* Addit de juris peritis, quod veram philoſophiam ſectari videantur: (*c*) *Proinde ne juris quidem civilis*, inquit, *profeſſoribus jus dicent. Eſt quidem res ſanctiſſima civilis ſapientia, ſed quæ pretio nummario non ſit æſtimanda, nec dehoneſtanda.* Sed de philoſophis extant duæ conſtitutiones, quarum verba digna eſſe exiſtimo, quæ ſæpe legantur. Sunt autem alterius hæc: [*d*] *Reddatur unuſquiſque patriæ ſuæ, qui habitum philoſophi indebite, & inſolenter uſurpare cognoſcitur: exceptis his, qui a probatiſſimis approbati ab hac debent colluvione ſecerni. Turpe enim eſt, ut patriæ functiones ferre non poſſit, qui etiam fortunæ vim ſe ferre profitetur.* Altera ita ſcripta eſt ad ejuſmodi quendam philoſophum: [*e*] *Profeſſio, & deſiderium tuum inter ſe diſcrepant: nam cum philoſophum te eſſe proponas, vinceris avaritia, & rapacitate: & onera, quæ patrimonio tuo injunguntur, ſolus recuſare conaris: quod fruſtra te facere, cæterorum exemplo poteris edoceri.* Ex his apparet, ita explicandam eſſe Modeſtini ſententiam, ut a me factum eſt; non ut antiquus interpres ſcripſerat:

*Eſt etiam inter Commodi conſtitutiones inſertum caput quoddam ex Antonini Pii epiſtula, quo conſtat, philoſophos tutelarum habere immunitatem; cujus verba ſunt hæc.*

Hoc quidem Florentiæ ſcriptum eſt. Sed neſcio Politiani, an ejus, qui e Politiani libro accepit, peccato, *munerum immunitatem* Hervagius ſcripſerit. Florentinæ ſcripturæ teſtis eſt veteris interpretatio, quæ in omnibus libris ſcribitur. Quod ſiquis dedita opera immutavit, ſecutus fortaſſe eſt, quod epiſtulæ verbis de tutela nihil eſſet expreſſum. Sed cum generatim ab omnibus provincialibus, atque aliis muneribus immunes eſſe dicantur: in his tutela numeranda eſt. Sed Modeſtini verba adſcribamus: ἐν ᾧ δηλοῦται καὶ φιλοσόφους ἀλειτουργησίαν ἔχειν ἀπὸ ἐπιτροπῶν. Ad epiſtulæ verba venio, cujus hæc ſententia eſt:

*Omnibus autem his pariter Divus pater meus, ſtatim atque principatum adeptus eſt, ſuos honores & immunitates confirmavit.*

Hæc verba Antonini Pii eſſe arbitror, eumque parentem ſuum Hadrianum appellare. Nam hoc a Modeſtino dictum eſt hanc eſſe partem ejus epiſtulæ: & Hadriani reſcriptum, quo ab hoſpitibus recipiendis grammatici, oratores, medici, philoſophi immunes fiunt, capite extremo (*f*) de muneribus, & honoribus refertur; ea vero immunitas hic inter cæteras enumeratur. Neque vero Commodi hæc verba cenſenda ſunt, ut patrem ſuum Antoninum Pium appellet: fuit enim is Commodi avus, Marci Antonini & L. Veri pater, Marci Commodus filius. Sed inter Commodi conſtitutiones illud caput epiſtulæ Divi Pii extabat:

*Philoſophos, rhetores, grammaticos, medicos immunes eſſe ſcribens præfecturis gymnaſiorum, ædiliciis curis, ſacerdotiis, hoſpitum receptione, frumenti, atque olei emptionibus.*

Mendoſa hæc circumferuntur ob interpretis, ut arbitror, imperitiam. Et cum hic locus maxime neceſſarius ſit, ut quibus muneribus vacent profeſſores, ſciamus, minime licet id ex Accurſianis libris intelligere. Nos itaque feliciores fuimus, cum Modeſtini ſententiam cognoſcere potuimus. A quo principio de præfecturis gymnaſiorum dicitur: quæ gymnaſiarchia appellat. Erant gymnaſia ſpatia quædam ampla, quibus Græci ſe aut palæſtra, aut cæteris corporis exercitationibus exercebant: in his etiam philoſophi verſati ſunt, unde nomen id litterariæ res ſibi vindicaſſe videntur. His locis præfecti gymnaſiarchi dicti ſunt. Cicero in Verrina de ſignis: *Demoliendum curavit Demetrius gymnaſiarchus, quod is ei loco præerat.* Hac itaque præfectura gymnaſiorum vacant profeſſores. Item *agoranomiis*, quas ædilicias curas interpretatus ſum, eos ſecutus, qui forum rerum venalium ædilibus ſubiiciunt. [*g*] Papinianus tamen *aſtynomicos* appellare videtur, quod curam urbis, viarum, & ædificiorum gererent: librumque ſingularem ea de re græce conſcripſit, ex quo ſumptum eſt caput tertium de via publica (*h*) quod Florentiæ ſingulare eſt ſub titulo de via publica, & ſiquid in ea factum eſſe dicatur: nam cætera latine ſcripta ſunt ſub titulo de via publica & itinere publico reficiendo. Ob id munus Paulus ait, (*i*) lectos emptos ædilem, cum in via publica poſiti eſſent, concidiſſe. Sed venditioni rerum præfuiſſe eos ædilicio edicto, quod libro XXI. Pandectarum refertur, conſtare poteſt; item Ulpiani teſtimonio, qui libro XXXII. ad edictum ſcribit, [*k*] ædilem menſuras iniquas fregiſſe, quæ conductæ fuerant: quæſitumque eſſe ait, utri periſſent. Illud quoque ad ædiles pertinebat, ut plebiſcita in Cæteris ſervarent, quod ei magiſtratui inſtituendo cauſam dediſſe Pomponius ſcribit. (*l*) Nos itaque apud Modeſtinum illam fori ædiliciam curam intelligemus, niſi quid aliud doctioribus videatur. Sacerdotii munus oneroſum eſſe exiſtimabatur. Quamobrem Papinianus reſpondit: (*m*) *In honoribus delatis neque major annis ſeptuaginta, neque pater numero quinque liberorum excuſatur. Sed in Aſia ſacerdotium provinciæ ſuſcipere non coguntur numerorum quinque ſubnixi, quod Opt. Maximuſque princeps noſter Severus Auguſtus decrevit,*

ac

(a) L. In honoribus. §. Philoſophi. *de vacat. & excuſat. mun.*

(b) L. 1. §. An & philoſophi. *de extr. cogn.*

(c) L. 1. *in fin. pr. de juſt. & jure.*

(d) L. Reddatur. C. *de prof. & med. lib.* 10.

(e) L. Profeſſio. C. *de muner. patr. lib.* 10.

(f) L. *ult. in fin. de muner. & hon.*

(g) *Theoph.* §. Proponebant. *de jure nat.*

[h] L. Ædiles. *de via pub.*

[i] L. Lectos. *de per. & comm. rei vend.*

(k) L. Item quæritur. §. Siquis menſuras. *locat.*

(l) L. 2. §. Itemque ut eſſent. *de orig. jur. ubi Zaſius.*

[m] L. In honorib. *de vac. & excuſat. mun.*

*ac poſtea in cæteris provinciis ſervandum eſſe conſtituit.* Et Hermogenianus libro I. juris epitomarum ſcribit: (*a*) *Sponte provinciæ ſacerdotium iterare nemo prohibetur.* Atque ita arbitror conſtitut. VIII. de muneribus patrimoniorum [*b*] ſcribendum eſſe: *Nec protoſtaſiæ, vel ſacerdotii, vel decaprotiæ munera corporalia ſunt; ſed tantum patrimonii eſſe non ambigitur*, & ſi *ſacerdotiæ* vulgo ſcribatur. Oneris pars agnoſcitur ea conſtitutione, item alia, quæ ſub titulo de periculo ſucceſſorum parentis (*c*) ita ſcripta eſt: *Si de proprio ſuo patrimonio muneris editionem tuo nomine pater tuus repromiſit: ideoque etiam ſacerdotem te creari impetravit: onus erogationis commune omnium heredum ejus eſſe, Præſes provinciæ non ignorabit.* Muneris editio a patre promiſſa gladiatorum, aut ſpectaculorum fuit, ut ea, quæ a Conſulibus ex Novella Juſtiniani CV. (*d*) facienda erat. Quod Accurſium fefellit in notis ad Marcellum, [*e*] & illa conſtitutione. Sic certaminis editio, (*f*) & ludorum (*g*) aliis locis juris. Sacerdotii tamen mentio eſt etiam apud Modeſtinum libro II. de pœnis: (*h*) *Si in municipio*, inquit, *contra hanc legem*, (de Julia vero de ambitu verba facit) *magiſtratum, aut ſacerdotium quis petierit, per ſenatuſconſultum centum aureis cum infamia punitur.* Et apud Paulum libro XIII. ad edictum: [*i*] *Sacerdotio*, inquit, *obveniente videbimus, an cogatur arbiter ſententiam dicere; id enim non tantum honori perſonarum, ſed & majeſtati Dei indulgetur: cujus ſacris vacare ſacerdotes oportet.* Hæc, atque alia extant non Chriſtianorum ſacerdotum veſtigia: de quibus etiam paulo poſt ſcripturus ſum. Unum addam, quod non alio loco ſcriptum legi, de his ſacerdotibus Theophilum libro primo inſtitutionum ſcribere [*k*] curam templorum ædilium fuiſſe, & ne ſacerdotes XL. annis minores fierent. Neque enim Chriſtianorum hoc eſt, qui aut XXXV. ex Novella CXXIII. (*l*) aut, ut apud Gratianum (*m*) multi ſcribunt, XXX. annis majores fieri ſacerdotes poterant, Clementis vero Pontificis Maximi præſcripto (*n*) quinque & viginti annos nati; malorum Pontificum libidine, atque avaritia quacumque ætate, quæcumque ſacerdotia obtineri poſſunt.* De hoſpitibus quid Hadrianus conſtituerit, [*o*] ſcripſimus. Idem Paulus ſcribit libro I. ſententiarum: (*p*) *Angariorum præſtatio, & recipiendi hoſpitis neceſſitas, & militi, & liberalium artium profeſſoribus inter cætera remiſſa ſunt.* Angaria autem ſunt equorum præſtationes ad curſum publicum. [*q*] Id vero hoſpitum recipiendorum munus Modeſtinus, & Cicero *epiſtathmian* appellant: ut a Budæo docte animadverſum eſt. (*r*) Sequitur *ſitonia* & *elæonia*, quibus verbis alii non abſtinuerunt. Arcadius Chariſius libro ſingulari de muneribus civilibus: (*s*) *Cura quoque*, inquit, *emendi frumenti, olei: nam harum ſpecierum curatores, quos* *σιτώνος & ἐλαιώνας appellant, creari moris eſt.* Ulpianus libro III. opinionum: (*t*) *Sextum*, inquit, *decimum ætatis annum agentem ad munus ſitoniæ vocari non oportet.* Hermogenianus quoque (*u*) in perſonalibus muneribus numerat annonæ, ac ſimilium curam, prædiorumque publicorum, & frumenti comparandi, arcas frumentarias, annonæ diviſionem, & ſimilia. Et Papirius Juſtus refert [*x*] divorum fratrum conſtitutionem, qua *ſitonas* indemnes eſſe oportere diceretur. Quamobrem recipiendum quoque eſt, ut libro X. Codicis ſcribatur: *Ut nemini liceat in emptione ſpecierum ſe excuſare, & de munere ſitoniæ*: quod Haloandro placuit, licet doctiſſimi viri Alciatus & Pyrrhus *ſitocomiam* præferant his omnibus locis, quos retulimus. Budæus omnibus *ſitoniam*, qui hac de re Alexandri conſtitutionem intelligit ſub titulo de compenſationibus, (*y*) qua de frumenti & olei publici pecunia mentio fit. Eſt itaque hoc munus, ut in publicis neceſſitatibus, quo tempore Romæ annonæ præfectos conſtituebant, [*z*] emendo frumento *Sitonæ* creentur, oleo *Elæonæ*: quo munere vacant hi liberalium artium profeſſores. Deinde Modeſtinus ſcribit, vel Antoninus potius Pius:

*Eoſdem neque judicare, neque in legationem ire, neque in militiam conſcribi invitos.*

*Invitos*, inquit, non ut barbarus verterat *nolentes*, ex quo factum eſt, ut multi *volentes* ſcribant, quod ita interpretantur, ut, etſi velint, non poſſint. Sed illud melius eſt, ne inviti id munus ſuſcipere cogantur. Legationis & judicandi munus ab Arcadio eodem illo libro perſonale eſſe dicitur. Ad extremum:

*Nullum denique provinciale, aliudve munus ſubire cogendos.*

Υπηρεσίαν ἐθνικὴν, *provinciale munus* vertimus, ne ſi *gentile miniſterium* dixiſſem, non ſatis quid dicerem, intelligeretur. Cætera Modeſtini verba ſunt: quod eleganter Florentiæ notatum eſt.

*Hoc amplius*, inquit, *ſcire illud quoque oportet, eum hanc immunitatem habere, qui in ſua patria docet, aut curat. Nam Comanenſes ſophiſtæ, aut alii, ſi Neocæſareæ doceant, aut curent, non habent apud Comanenſes immunitatem, & hoc ita a Divis Severo & Antonino conſtitutum eſt.*

In Polemoniaco Ponto hæ duæ urbes fuerunt Comana, & Neocæſarea; ſed hæc metropolis ejus provinciæ, ut ex Juſtiniani Novella XXVIII. (*aa*) didici: qua Polemoniacum Helenoponto conjunxit. Comana autem Nov. XXXI. [*bb*] ex Ponto in ſecundam Armeniam transfert. Comanenſium mentio fit IX. conſtitut. de injuriis, (*cc*) & X. de agricolis & cenſitis. [*dd*] Neocæſarienſis conventus multa apud Pontifices mentio. Cum itaque vicinæ hæ urbes eſſent, dubitatum aliquando fuerat, an, qui in altera natus eſſet, in altera profiteretur, va-

(a) L. Sponte. *de munerib. & honor.*
(b) L. Nec protoſtaſiæ. C. *de mun. patr. lib.* 10.
(c) L. un. C. *de peric. ſucc. par. lib.* 10.
(d) *Auth. de conſul.* §. 3. C. *eod. lib.* 12.
(e) L. P. Mævius. *in princ. de cond. & dem.*
(f) L. un. C. *de expenſis ludor. lib.* 11.
(g) L. Si ut certo. §. Interdum. *commod. ubi Bud.*
[h] L. un. *de l. Julia de ambitu.*
(i) L. Non diſtinguemus. §. Sacerdotio. *de receptis.*
[k] *Theoph.* §. Proponebant. *de jure nat.*
(l) *Auth. de ſanct. ep.* §. Clericos.
(m) *diſt.* 78.
(n) *Clem. ult. de ætat. & qual.*
(o) L. ult. *in fin. de mun. & hon.*
(p) L. Ab his. *de vac. & excuſ. mun.*
[q] *Pyrrhus. l.* 1. C. *quemad. civ. mun. ind. lib.* 10. *Bud. l.* Eos. *ad l. Corn. de falſ.*
(r) *Bud. l. ult. de mun. & hon.*
(s) *d. L. ult.* §. 1.

(t) L. 2. *de vac. & exc. mun.*
(u) L. 1. *de mun. & hon.*
[x] L. *ult. de adm. rer. ad civ. pert.*
(y) L. 3. C. *de compenſ. Bud. d. l. ult. de mun.*
(z) L. 2. §. Sane præfectus annonæ. *de orig. jur.*
(aa) *Nov. de Moderatore Helenoponti.*
(bb) *Nov. de deſcript.* 4. *Præſidum Armeniæ.*
(cc) L. Si quidem. C. *de injur.*
(dd) L. Cum antea. C. *de agric. & cenſ. lib.* 11.



* Nempe ante Œcumenicum Tridentin. Concil. hæc ab Auguſtino ſcribebantur.

vacationem munerum in patria haberet: & Severi & Antonini conſtitutione reſponſum eſt non habere. Eſt autem hic verbum σοφιστεύειν, quod hoc loco non male omiſiſſe viſus eſt vetus interpres, paulo poſt *male philoſophari* vertit. Nos cum de ſophiſtis quid ſentiamus, antea diximus: ſententiam Modeſtini expreſſiſſe viſi ſumus. Deinde ait:

*Sane valde doctos & ſupra numerum, & alienam patriam incolentes, immunes eſſe Paulus ſcribit, & refert ita Divum Pium Antoninum fieri juſſiſſe.*

Hoc enim præſtantibus ingenio viris dandum eſt, quod & ſcientia proſunt, & exemplo animos addunt adoleſcentibus ad optimum vitæ genus capeſſendum.

*Sophiſtam, qui Romæ docet, ſive gratis, ſive ob mercedem doceat, vacationem habere a Divis Severo & Antonino eſt conſtitutum, perinde quaſi in patria profiteatur.*

(a) *L. Eos. de vac. & excuſ. mun.*

Sic etiam Paulus libro I. Reſponſorum (*a*) ſcripſit: *Eos, qui Romæ profitentur, proinde in patria ſua excuſari muneribus oportere, ac ſi in patria ſua profiterentur.* Et dubitandum non eſt, ex hoc Modeſtini loco ſophiſtas non eſſe philoſophos: eos enim ſolos mercede abſtinere voluit, ut ſupra ſcriptum eſt. Idem ait:

*Quorum ſanctioni illam poteſt quis rationem adferre: quod cum communis ſit, & exiſtimetur patria Regia urbs: æquum eſt eum, qui in ſua patria ſe utilem præbeat, hac immunitate frui.*

(b) *Auth. de nuptiis.* §. Mitiores.

Pro *ratione* inepte alii *ſermonem* ſcribunt τῦ λόγυ ſignificationibus decepti. Similis error auferendus eſt a Novella conſtit. XXII. (*b*) in Noricis quoque libris. Nam illa parte locupletior eſt Baſilienſis liber Norico, ſi ad Græca verba reſpexeris. In omnibus itaque libris ſcriptum eſt: *Mitiores itaque nuptiarum ſolutiones tanquam in generali quadam ratione ſub bona gratia factis disjunctionibus ſciendum eſt tales eſſe quodammodo.* Scribendum autem eſt: *Mitiores itaque nuptiarum ſolutiones, quæ generali ſermone Bonagratia ſolutæ dicuntur, ejuſmodi propemodum eſſe ſciendum eſt.* Et non multo poſt: (*c*) *Subſtantiam illam merito ſecundum noſtras leges æſtimantes eſſe, quæ pura debitis videatur, ratio quoque ex ipſis cauſis pro cautione procedat.* Quæ verba mirandum non eſt Accurſianos non intelligere: ſeparanda enim aliter ſunt, quam ab eis factum eſt, & poſt verbum *videatur*, ſcribendum: *Quæ de his cauſis dicta ſunt, e contrario quoque procedant, & ſi mulier &c.* Sed illic *rationem* pro *ſermone*, hic *ſermonem* pro *ratione* idem, ut arbitror, interpres vertit. Ad ipſam Modeſtini rationem revertamur: quam libro ſingulari de manumiſſionibus repetit. [*d*] *Roma*, inquit, *communis noſtra patria eſt.* Hujus ſententiæ elegantem rationem præceptor noſter attulit (*e*) ex Ulpiano libro XXII. ad edictum: (*f*) *In orbe Romano qui ſunt, ex conſtitutione Imperatoris Antonini cives Romani effecti ſunt.* Eſt igitur communis omnium patria, cum omnes cives ſint, quod aliquando Accurſius dixerat, (*g*) ſed fefellit eum mendoſus liber cum pro *in orbe Romano*, *in urbe* ſcriptum fuerit, quod mendum ſubſtulit Alciatus noſter ex Tuſco libro, qua ſcriptura & Ulpiani & Modeſtini ſententia cognoſcitur. Veramque eſſe præceptoris mei opinionem Novella LXXVIII. (*h*) cognoſci poteſt, cujus apud Accurſium mentio fit, ſed neutro loco intellecta eſſe videtur. Dicitur ea, Juſtinianum velle jus aureorum anulorum omnibus præſtare, ad exemplum Antonini Pii, qui omnibus his, qui ſub imperio Romano erant, civitatem Romanam conceſſit, item Conſtantini & Theodoſii minoris, qui jus liberorum omnibus dederunt. Conſequuti autem peregrini ſunt jus matrimonii, & hereditatum, teſtimoniorum quoque & patriæ poteſtatis, ſimiliumque rerum, quæ inter cives Romanos tantum ex jure Quiritium fiebant. De quibus alias pluribus: Nunc quod inſtat:

(c) §. Sic itaque. *in fin.*

[d] *L. Roma. ad munic.*

[e] *Alciat. lib. 2. cap. 21. Diſpunct.*

(f) *L. In orbe. de ſtat. hom.*

[g] *Accurſ. l.* Item in poteſtate. *de his, qui ſui. & inſtit. de nupt.* §. 1.

[h] *Auth. ut liberti. de cætero. in fin.*

*Legum præceptores in provincia docentes vacationem non habent, Romæ docentes habent.*

Hoc non male antiquus interpres verterat, ſi non *præſidatum*, ſed *provinciam* ἐπαρχίαν appellaſſet. Scriptum autem non recte eſt Baſileæ ob condiſcipuli cujuſdam mei erratum, qui cum græca Modeſtini verba ex Politiani libro deſcriberet, aliquot verba omiſit, ſine quibus contraria huic ſententia fit, nempe eos præceptores in provinciis docentes vacationem habere. Deinde latinis ſcriptum eſt a Triboniano, ut opinor.

Ulpianus *libro ſingulari de officio Prætoris tutelaris ita ſcribit. Athletæ habent a tutela excuſationem, ſed qui ſacris certaminibus coronati ſunt.*

Dicuntur tam multa docte, atque eleganter de athletis a Gul. Budæo, Andr. Alciato, & Pyrrho, & nuper a non minus eleganti ac docto viro Lælio Taurello in eo libello, quem ad me miſit De militiis ex caſu, (*i*) ut nihil habeam, quod ſcribam præter eorum diligentiæ laudationem. Ad eos igitur lectores allego.

(i) *Bud. l.* Athletas. *de his qui not. Alciat. & Pyrr. C. de athletis. lib.* 10. *Lælius de militiis ex caſu.*

Illud videamus potius, quod ſequitur in Florentinis ipſis libris obliteratum, quod Hervagius ſignificavit, cujus ſententiam non probo, ut ἔθνος ἐθναρχία ſcriptum fuerit; neque, ut vetus interpres legiſſe viſus eſt, ἔθνων ἐπαρχία: ſed magis placet, ſiquis eſt conjecturis locus, ut ἔθνους ἱερωσύνη ſcriptum fuerit, cum exempla ſint hæc Aſiarchia, Bithyniarchia, Cappadocarchia, quæ ſacerdotia fuiſſe, poſtea oſtendam. Sic itaque hunc locum vertendum putabam:

*Provinciæ ſacerdotium, ut Aſiarchia, Bithyniarchia, Cappadocarchia, præbet a tutelis immunitatem, dum ei muneri quis præeſt.*

Scriptura quidem Pandectarum hæc eſt, ut verbum ἔθνους apparere videatur, ï quoque agnoſcitur, & poſt aliquot literas y, poſt eam tamen litteram, nullum litterarum veſtigium, ſi re-

UNED

ſi recte memini, vidimus; quod facit, ut non ſatis certi hac in re ſimus: ſed dubitationem noſtram, atque opinionem omnibus eſſe notam volumus. Illud ſine dubio eſt, provinciarum præfecturas illas videri, ſed ut dixi eſſe ſacerdotia. De ſacerdotio Aſiæ Papiniani [*a*] verba antea retulimus: hoc eſſe arbitror, quod hic Aſiarchia appellatur. Imperator quoque Conſtantinus in nobili illa conſtitutione ad Gregorium ita ſcribit: (*b*) *Senatores, ſeu Præfectos, vel quos in civitatibus duumvirilitas, vel ſacerdotii, ideſt Phœnicarchiæ, vel Syriarchiæ ornamenta condecorant, placet maculam ſubire infamiæ, ſi ex ancilla, vel ancillæ filia, liberta libertæ filia, ſcænica ſcænicæ filia, tabernaria tabernariæ filia, vel humili vel abjecta perſona, vel lenonis aut harenarii filia, vel quæ mercimoniis publice præfuerit, ſuſceptos filios in numero legitimorum habere voluerint.* Præfectos autem ſcripſimus, ut vulgo: non *Perfectiſſimos*, ut Haloander, Marciani Novellam de matrimoniis ſenatorum ſecuti: quam Juſtinianus ait (*c*) eſſe illius interpretationem. Hanc nos poſt Codicem Theodoſianum reperimus, & ex ea cognovimus ſumptam eſſe VII. conſtit. ſub titulo de inceſtis in Juſtiniani codice. [*d*] Illic cum Conſtantini conſtitutio referatur, ita ſcribitur: *Nam cum ſanciret, ne Senatori, Præfectis, Duumviro, Flamini municipali, ſacerdoti provinciæ habere liceret uxorem ancillam ancillæ filiam, libertam libertæ filiam civem Romanam, vel Latinam factam: adiecit etiam humilem, abiectamque perſonam.* Quo loco pro *Phœnicarchia, & Syriarchia, ſacerdotium provinciæ* poſitum eſt, quod nos maxime juvat. Sed & Novella Juſtiniani LXXXIX. (*e*) qua Conſtantiniana conſtitutio abrogatur, Phœnicarcharum & Syriarcharum, & magiſtratuum municipalium, inſignium, & clariſſimorum virorum illic fieri mentionem ait: magiſtratus autem dixi, ut antiquus interpres, non *magiſtros militum*, ut Haloander, quod ſciam duumviros magiſtratus eſſe, (*f*) & animadverterim τὺς ϛρατηγὺς eos magiſtratus a Theophilo appellatos, quod infra ſcribam. Leonis tamen conſtitutione (*g*) *Lyciarchiæ*, & *Syriarchiæ* munera in prima Syria Comiti Orientis, aut Rectori provinciæ committuntur: a quibus muneribus curiales arceri jubentur. Quo loco ludorum mentio fit, quibus ille, ut opinor, ſacerdos Lyciæ præerat, & ſumptus fortaſſe dabat, quod nos antea diximus de eo ſacerdote, cujus pater munus edere promiſerat. (*h*) *Arabarchiæ* quoque vectigalis alia conſtitutione mentio fit, (*i*) quam neſcio, an ad Arabiæ ſacerdotem pertinere dicamus. Ex his tamen, quæ ſupra ſcripſimus, elici videtur, de Aſiæ, Bithyniæ, Cappadociæ ſacerdotio agi apud Modeſtinum, & ſi uno, ut ſcripſi, verbo mancus fit. Sed hæc aliorum judicio relinquamus. Illud non recte Hervagius ſcripſit ἕως ἐν ἀρχῇ, ſed ut Florentiæ ſcribendum eſt ἕως ἂν ἀρχῇ. Poſtea ſcriptum latine eſt:

(a) L. In honoribus. *de vacat. & excuſ. mun.*
[b] L. 1. C. *de nat. lib.*
[c] Nov. 117. *auth. ut liceat matri & aviæ*, §. Quia vero legem.
(d) L. humilem. C. *de inceſt.*
[e] *Auth. quib. mod. nat. ef. ſui.* §. *ult.*
[f] L. Dies. §. Si forte. *de damno infecto.*
[g] L. un. C. *de off. Comm. Orient. Alciat. lib. 1. præterm. verb.* Lyciarcha. & *l.* Si quis in conſcribendo. *verb.* Dignitatis. C. *de pactis.*
(h) L. un. C. *de pericul. ſucc. paren.*
(i) L. Uſurpationem C. *de vect. & comm. Alciat. lib. 1. præterm. verbo* Arabarches.

*Tutela non eſt Reipublicæ munus, nec quod ad impenſam pertinet, ſed civile: nec provinciale videtur tutelam adminiſtrare.*

Hæc mihi ſententia obſcura eſſe videtur, neque ſatis intelligo harum rerum differentiam: ſed arbitror tutelam dici civile munus, quod publicum Juſtinianus appellat, (*k*) hoc eſt ſingulis civitatibus publice utile, non totius Reipublicæ Romanæ munus: neque ſumptuoſum eſt, ut patrimoniale dici poſſit: neque etiam provinciale eſt, ſed ſingularum, ut dixi, civitatum, & licet publicum ac civile munus eſſe dicamus, ſiquis tamen vacationem publicorum & civilium munerum impetrat, niſi nominatim tutelæ & curæ impetret, non excuſatur, ut infra Modeſtinus ſcribit. (*l*) Eſt autem hæc ſententia non belle in aliis libris ſcripta præter Tuſcum. Deinde græce in hanc ſententiam ſcriptum eſt:

*Magiſtratus municipales tutela & cura vacant.*

Modeſtinus οἱ ϛρατηγοὶ τῶν πόλεων. antiquus interpres *magiſtratus civitatum* ſcribit, nos *municipales*. Namque Ulpianus ſcribit libro ſecundo ad edictum (*m*) ſuæ cujuſque civitatis cives municipes dici. Quod itaque ille civitates, nos municipia recte appellavimus, & Latinorum morem ſecuti ſumus. Sed de magiſtratu major contentio eſt. Sunt enim, qui ϛρατηγὺς Prætores, (*n*) ſunt qui militum magiſtros, aut duces appellent: (*o*) nos magiſtratus, ut antiquus interpres. Sequimur autem Theophilum, qui libro I. inſtitutionum, quod Juſtinianus ait: (*p*) in provinciis Præſides tutores ex inquiſitione creare, aut magiſtratus juſſu præſidum: is vertit οἱ ϛρατηγοὶ κελεύσει τῶν ἀρχόντων: & poſtea quod refert [*q*] conſtitutionem, quæ non extat, ſcripſiſſe, qua non exſpectato Præſidum juſſu Defenſores civitatum una cum religioſo antiſtite, vel alias publicas perſonas, id eſt magiſtratus, vel Juridicum Alexandriæ tutores creare poſſe: Theophilus Defenſores ἐκδίκυς, magiſtratus ϛρατηγὺς appellat. Qui ſignificare videtur publicas has perſonas teſtes eſſe creationis, quod mihi non probatur: ſed exiſtimo Defenſori, Pontifici, Magiſtratui, Juridico licuiſſe ex ea conſtitutione ex inquiſitione tutorem dare. Sed & idem Theophilus, (*r*) cum vellet interpretari, qui eſſent, qui ſatisdationem exigere ſoleant, hos magiſtratus, & Defenſores civitatum enumerat. Sed quid apertius eſt, quam quod antea retulimus, Conſtantini conſtitutione (*s*) Duumvirorum mentionem fieri, eoſque ab Juſtiniano *ſtrategos* eſſe appellatos? [*t*] Nam Duumviros magiſtratus eſſe docuit Alciatus noſter libro III. Diſpunctionum. Huc accedit, quod capite XV. Modeſtinus ſcribit. (*u*) ἐκεῖνο τῆς πόλεως ἄρχων, τυτέστινὸ ϛρατηγός & cætera, quod idem mihi eſſe videtur, ac ſi dixiſſet: *magiſtratus municipalis, hoc eſt ſtrategus.* Eſt enim a nobis antea dictum τὸν ἄρχοντα magiſtratum ſignificare, (*x*) & municipia eſſe quaſcumque civitates. (*y*) Quod verum eſſe apparere poterit ex Pauli verbis ſub ti-

(k) *Inſtit. eod. in princ.*
(l) L. Spadonem. §. Qui accipit. *l.* Non tantum. §. Non omnia *infra eod.*
[m] L. 1. *ad municip.*
(n) *Plut.* ſæpe. & *Conſt. lib. 6. tit. 1. prochiri.*
(o) *Hal. Novell.* 89. *ad finem.*
(p) §. Sed hoc jure. *de Attil. tut. in inſtit.*
(q) §. *ult. eod.*
(r) *Theoph.* §. *ult. de ſatiſd. tut.*
[s] L. 1. C. *de nat. liber.*
[t] *d. Nov.* 89. *auth. quibus mod. nat. ef. ſui in fin.*
[u] L. Spadonem. §. Si civitatis. *de excuſat.*
(x) L. Scire oportet. *de tut. & cur.*
(y) L. 1. *ad munic.*

titulo de ritu nuptiarum. (a) Dubitat is, num Senatuſconſulto, quo cautum eſt, ne tutor pupillam filio ſuo, vel ſibi nuptum collocet, contineatur is, ad quem propter alterius perſonam periculum pertinet: *veluti*, inquit, *ſi magiſtratus in tutelæ periculum incidit, vel fidejuſſerit quis pro tutore, vel curatore; quia nec in numerum trium tutelarum hæc imputantur.* Quæ verba cum Modeſtino, [b] ut nos volumus, accepto faciunt, ut is magiſtratus, municipalis ſcilicet: neque enim alii ſubſidiaria conveniuntur, [c] hanc tutelam in tribus propter quas excuſatio competit, non computet. Eſt autem is locus barbare converſus in hunc modum: *Si civitatis princeps*, id eſt magiſtratus, *incidente ei creatione, obnoxius fuerit periculo tutelæ, hanc non connumerabit aliis tutelis, quemadmodum nec fidejuſſores tutelæ.* Sed illa ſuo loco dicentur. Interea illud omittendum non eſt, hos municipales magiſtratus ex decurionibus fuiſſe. Qua de cauſa Ulpianus ſcribit libro XXXVI. ad edictum: (d) *In ordinem ſubſidiaria actio non dabitur, ſed in magiſtratus, nec in fidejuſſores magiſtratuum, aut nominatores, niſi ordo in ſe periculum receperit, quo etiam caſu ſoli præſentes tenentur, nec ſi a magiſtratibus municipalibus tutor datus ſit, videtur per ordinem electus.* Ordinem autem decurionum interpretor: ut cum de decretis ab ordine faciendis dicitur. Idem libro IV. de officio Proconſulis ſcribit: (e) *Conſtitutio, qua cautum eſt prout quiſque decurio creatus eſt, ut ita & magiſtratum adipiſcatur, totiens*, inquit, *ſervari debet, quotiens idoneos & ſufficientes omnes contingit.* Quod de municipalibus magiſtratibus dictum eſſe non dubito. Hos itaque intelligo omnibus conſtitutionibus ſub titulis de Magiſtratibus municipalibus, de magiſtratibus conveniendis, & de periculo eorum, qui pro magiſtratibus intervenerunt: & in Digeſtis item de magiſtratibus conveniendis, atque aliis locis ſexcentis: & hos excuſari hoc loco Modeſtinus voluit. Neque me movet, quod Ulpianus reſpondit, [f] *propter magiſtratum, quem in municipio quis erat adminiſtraturus, tutelæ excuſationem non habere:* ita enim ſcriptum eſt: non ut quidam apud Accurſium hæc (ut opinor) veriti ſcribunt *excuſationem habere:* quos libro primo noſtrarum emendationum reprehendimus. Nam ſi de his, qui municipio ſunt, intelligas, futurus magiſtratus non excuſatur. Modeſtinus de eo loquitur, qui in magiſtratu eſt: ſi vero de eo, qui Romæ eſt, magiſtratum in municipio adminiſtraturus, juſta cauſa eſt, cur non excuſetur: hic de tutela in municipio magiſtratui delata agitur. Cætera videamus:

*Dant quoque a tutela vacationem capitales inimicitiæ inter eum, qui creatus eſt, & pupillorum patrem, niſi poſtea datus tutor teſtamento ſit. Quod ſi poſt ſcriptum teſtamentum inter eos hæc capitalis contentio orta ſit, aut prior quidem teſtamento eſt, ſed ea de cauſa is tutor teſtamento datus eſſe videatur,*

[a] *L.* Si quis tutor. *in princ. de ritu nupt.*

[b] *d.* §. Si civitatis.

[c] *L.* 1. §. 1. *de magiſtr. conven.* §. *ult. inſtit. de ſatiſ. tut.*

(d) *d. l.* 1. *in princ.*

(e) L. Reſcripto. *de mun. & hon.*

(f) L. Propter. *infra eod.*

*ut eo onere & negotiis vexetur, aliud erit dicendum, ut ex Imp. Severi epiſtula conſtat.*

Eleganter hi caſus excepti ſunt. Neque enim ſatis eſt capitales inimicitias habentem excuſari: quid enim ſi poſtea reconciliatio ſecuta eſt, quæ teſtamento tutela data interceſſiſſe creditur? Creditur autem, non etiam probatur: quid enim ſi ut negotium inimico faceret, implicari eum voluit negotioſa, & moleſta tutela? Excuſant itaque inimicitiæ ob capitalem accuſationem (ſic enim interpretor) ortæ, quæ aut teſtamento poſteriores ſunt, aut ſi antiquiores ſunt, dolum ſcribendo adhibitum ab inimico probetur. Juſtinianus hac de re ita ſcribit: [g] *Item ſi propter inimicitias aliquem teſtamento tutorem pater dederit: hoc ipſum præſtat ei excuſationem.* Et poſtea: (h) *Inimicitiæ, quas quis cum patre pupillorum, vel adultorum exercuit: ſi capitales fuerunt, nec reconciliatio intervenit; a tutela, vel cura ſolent excuſare.* Paulus quoque libro II. ſententiarum ſcribit: *Inimicitiæ capitales, quas quis cum patre pupillorum habuit, a tutelis excuſant: ne paterno inimico pupilli committantur.* Item Modeſtinus ait:

*Præterea a tutela liberatur, qui ſtatus controverſiam pupillo movit, dumne id ficte, ſed bona fide faciat: quod Divi Marcus & Verus conſtituerunt.*

Juſtinianus idem contra eſſe exiſtimat, (i) ſi ſtatus controverſiam a pupillorum patre paſſus eſt tutor. Imperatores autem in omnibus libris præter Noricum & Baſilienſem, MARCUS ET SEVERUS appellantur: quoniam id initio fuerat Florentiæ ſcriptum: quod Politianus quoque deſcripſit. Sed tamen prima ſyllaba in optimo illo libro expuncta eſt. Significantur enim M. ANTONINUS philoſophus, & L. VERUS fratres T. Antonini Pii filii, Hadriani nepotes: hi ſunt, quos toties Divos fratres audies appellari. Ulpianus libro II. fideicommiſſor. (k) *Si in opere civitatis faciendo aliquid relictum ſit: unumquemque heredem in ſolidum teneri Divus Marcus & Lucius Verus Proculæ reſcripſerunt.* Iidem a Marciano Divus Marcus & Lucius Imperatores appellantur. [l] Poſt Pium eos fuiſſe ſignificatur a Calliſtrato libro III. de cognitionibus. [m] Cum enim reſcripti D. Pii mentionem feciſſet: *Sed Divus Marcus* (inquit) *cum fratre ſuo pro ſua humanitate hanc rem temperavit.* Juſtinianus vero non recte Theophilus interpretatur, cum diceret: (n) *Sed & propter paupertatem excuſationem tribui, tam Divi fratres, quam per ſe Divus Marcus reſcripſit.* Ex quo etiam colligitur, Marcum unum eſſe ex fratribus. Theophilus fratres Severum & Antoninum interpretatur, qui, ut alio loco ſcripſimus, non fratres, ſed pater & filius fuerunt. Sed & alia re in eodem loco errat, ut paulo poſt ſcribam. Hi, de quibus agimus, frequentius Antoninus & Verus appellantur, quod tam frequens eſt, ut exemplis abſtinendum ſit: his paucis exceptis, in quibus in Noricis libris eſt erratum. Papirius

Ju-

[g] §. Item ſi propter. *inſtit. eod.*

(h) §. Inimicitiæ. *eod.*

(i) §. Item is qui. *eod.*

(k) *L.* Fideicommiſſa. *in fine. de legat.* 3.

(l) *L.* Divus. *de ritu nupt.*

[m] *L.* Divus Pius. *ad L. Cornel. de falſis.*

(n) §. Sed & propter. *de excuſ. in inſtit.*

UNED

Juſtus libro primo de conſtitutionibus: [*a*] *Imperatores Antoninus & Verus Auguſti Julio Vero reſcripſerunt.* Alio loco apud Scævolam (*b*) ſemel, apud eundem Papirium [*c*] ter in his nominibus eſt erratum. Sed & aliis locis, ut his, Haloander pro Antonino, & Vero, Antoninum & Severum, aut Verum, vel Severum, & Antoninum ſcripſit. [*d*] Item ſub titulo de fideicommiſſariis libertatibus XXX. capite (*e*) ſimilem huic noſtro errorem fecit, dum ſcribit, *extat reſcriptum Divorum Marci & Severi*, cum Florentiæ ſit *Veri.* Eſt quoque Florentiæ, ut hoc loco, erratum VIII. capite de legationibus (*f*) & XIII. vel XIV. potius de ſervitutibus prædiorum urbanorum: [*g*] utroque enim loco ſcriptum eſt: *Imperatores Antoninus, & Severus Auguſti reſcripſerunt*, neque expuncta prima ſyllaba Severi eſt; quin potius eadem ſyllaba ab imperito emendatore addita eſt XXX. capite de rebus auctoritate judicis poſſidendis. (*h*) Illud neſcio, an recte ſcriptum ſit primo capite de liberis exhibendis, (*i*) *Divus Pius decrevit, & a Marco, & a Severo reſcriptum eſt.* Sed opinor recte, ut diverſa reſcripta intelligamus Marci, & Severi. Neque enim Budæus audiendus eſt, (*k*) qui M. Antonini fratrem non ſolum Verum, ſed & Severum, & Commodum, & Antoninum appellari in jure putat. Nam Severum Antonini Magni patrem fuiſſe conſtat. Ita enim Ulpianus ſcribit libro XXXIII. ad Sabinum: (*l*) *Cum hic ſtatus eſſet donationum inter virum & uxorem, quem antea rettulimus: Imperator noſter Antoninus Auguſtus ante exceſſum Divi Severi patris ſui, oratione in ſenatu habita, auctor fuit in ſenatu cenſendi &c.* Antoninus autem hic Magnus cognomine dicitur, ut antea ſcripſimus. Marcianus libro II. publicorum judiciorum: (*m*) *Divi Severi & Antonini Magni reſcriptum eſt, ne quis abſens puniatur.* Imperium autem hic Severus tenuit & ſolus, & cum Antonino Magno filio: quamvis Haloander in Conſulum indice eos ſemper conjunxerit, quod vel multis Modeſtini capitibus (*n*) non recte factum probari poteſt. Horum mentio fit apud Ulpianum: *Imperator*, inquit, (*o*) *Antoninus cum Divo Severo reſcripſit ad libellum exceptoris.* Et alio loco: (*p*) *Et ita Imperator Antoninus cum Divo Severo reſcripſit.* Scribit autem id Ulpianus, vivo Antonino Severo jam inter divos relato: neque enim aliis id prænomen additur, ut Herodianus ſcribit. Frequentius tamen hi *Severus & Antoninus* appellantur, ut hoc ipſo tractatu de excuſationibus multis capitibus. [*q*] Item *imperator noſter cum patre* hoc ipſo capite, quod ex XI. de muneribus [*r*] antea interpretati ſumus, & capite IX. *beneficio Severi & imperatoris noſtri.* Diximus enim antea, horum tempore omnes fere juriſconſultos fuiſſe. Ad Commodum veniamus, qui Marci non frater, ſed filius fuit, qui cum patre imperium tenuit, eique ſuperſtes ſolus. Papinianus libro XXXVI. quæſtionum [*s*] cum tria Divorum fratrum reſcripta rettuliſſet, addit: *Imperator Marcus Antoninus & Commodus filius reſcripſerunt, ſi maritus &c.* Calliſtratus libro IV. de cognitionibus: (*t*) *Officium tutorum, curatoribus conſtitutis, finem accepit, idque etiam Divus Marcus cum filio ſuo Commodo reſcripſit.* Sub hoc ipſo etiam titulo cap. XV. mentio fit Marci & Commodi conſtitutionis. Paulus autem duos libros ſingulares ſcripſit ad orationem Divi Severi, & ad orationem Divi Marci. Ex illo ſunt quædam ſub titulo de rebus eorum, qui ſub tutela, vel cura ſunt, (*u*) ſub quo ejuſdem orationis verba referuntur. (*x*) De eadem intelligendus eſt titulus XXXI. libri II. ſententiarum ejuſdem. Altera M. Antonini & Commodi fuit, quam Ulpianus refert libro III. ad L. Juliam & Papiam: (*y*) *Oratio*, inquit, *Imperatorum Antonini & Commodi, quæ quaſdam nuptias in perſonam ſenatorum inhibuit, de ſponſalibus nihil locuta eſt.* Et LXI. caput de ritu nuptiar. (z) ita ſcriptum eſt: PAULUS *libro ſingulari ad orationem Divi Antonini & Commodi. Si quis tutor quidem non ſit, periculum tamen tutelæ ad eum pertineat, an ſententia orationis contineatur?* Eadem oratio Divi Marci dicitur a Tryphonino LXVIII. capite, [*aa*] & a Paulo XVI. (*bb*) Quamobrem emendanda eſt XX. capitis [*cc*] inſcriptio, ne Florentiæ quidem recte ſcripta: hæc enim eſt: PAULUS *libro ſingulari ad orationem divi Severi & Commodi*; & *Divi Marci* ſcribendum, aut *Antonini*, ut LXI. Noſtra itaque his de rebus opinio eſt, ut ex eorum temporum hiſtoricis, & jureconſultorum uſu accepi, non alium in noſtris libris Commodum appellari præter Marci filium, neque Severum præter Antonini Magni patrem, neque Verum præter fratrem Marci. Et cum *Antoninus & Verus* dicitur, hos fratres ſignificari: cum *Severus & Antoninus*, patrem & filium. Antoninos multos fuiſſe conſtat: Titum Antoninum Pium Hadriani filium, Marci patrem: M. Antoninum philoſophum ejus filium, Commodi patrem: Antoninum Severi filium Magnum, quem Caracallam appellant, a quo Papinianus interfectus eſt. Hujus quoque filius uſurpatus Heliogabalus Antoninus appellatus eſt, prodigioſæ turpitudinis, cui Alexander non malus Imperator creditus quoque Antonini Magni filius ſucceſſit. Hæc ſunt, quæ de his ſentiamus, quæ non ſolum ab Accurſianis ignorantur, ſed elegantiores interpretes fugerunt. Apta autem huic loco eſſe duximus, librarii vetuſtiſſimi errore ducti, qui a Florentinis libris ſublatus eſt, in Accurſianis diu manſit; & quoniam Modeſtinus tam ſæpe horum Imperatorum meminerit, nunc ad noſtras operas revertamur.

*De ruſticis, tenuibus, & illiteratis hominibus Paulus ita ſcribit: Mediocritas & ruſticitas interdum excuſationem præbent, ſecundum epiſtulas Divorum Hadriani & Antonini.*

Hæc Pauli verba latine ſcripta ſunt, & quæ poſtea dicentur ad VIII. caput. Mediocritas autem a Paulo tenue patrimonium appellatur. Sic cap. XV. (*dd*) ὁ μετρίοι pauper appellatur, &

(a) *L. ult. ad S.C. Turp. l. 3. de lege Julia de annona.*
(*b*) L. Conſtitutionibus. *ad municip.*
[c] *L. ult. eod.*
(d) *L. ult. de adm. rer. ad civ. per.*
(e) L. Cum quaſi. §. Si alter. *de fideicomm. lib.*
(f) L. Paulus. *de legation.*
(g) L. Impp. *de ſerv. pr. urb.*
(h) L. Imperatores. *de priv. cred.*
(i) *L.* 1. *in princ. de lib. exhib.*
(k) *Bud. l.* Si in aliam. *de offic. proc. l.* Si adulterium. §. Imp. *ad l. Jul. de adult.*
[l] L. Cum hic ſtatus. *in princ. de donat. int. vir. & ux.*
(m) L. 1. *de requirendis.*
(n) L. 1. 2. 6. & 10. *de excuſ.*
(o) L. Sed addes. *in fin. loc.*
(p) *L.* Si quis domum *in princ. eod.*
(q) 2. 4. 8. 10. 13. 15. *de exc.*
(r) L. Ut gradatim. *de mun. & hon.*
[s] *L.* Si adulterium cum inceſto. §. Imperator. *de adult.*
(t) L. A tutoribus. *de adm. tut.*
[u] L. 2. & 4. *l.* Si fundus. *de reb. eor.*
(x) *L.* 1. *eod.*
[y] L. Oratio. *de ſponſal.*
(z) L. Si quis tutor. *in princ. de ritu nupt.*
[aa] L. Non ſolum. §. Sed videamus. *eod.*
(bb) L. Oratione. *eod.*
[cc] L. Sciendum.
[dd] L. Spadonem. §. Eſt autem. *eod.*

(a) L. 1. C. de deſertor. lib. 12. ubi Accurſ.

& conſtitut. I. de deſertoribus (*a*) mediocris loci ingenuus, quod Accurſium non fefellit, Modeſtinus ταπεινοὺς appellare videtur, quos viles & nullius pretii homines dicere poſſis; ſed hoc loco pauperes ſignificantur. Deinde Paulus ait:

*Ejus, qui ſe neget litteras ſcire, excuſatio accipi non debet, ſi modo non ſit expers negotiorum.*

(b) §. Similiter. inſt. eod.

Contra Juſtinianus dicere videtur: (*b*) *Similiter eos*, inquit, *qui litteras neſciunt, eſſe excuſandos, Divus Pius reſcripſit: quamvis & imperiti litterarum poſſint ad adminiſtrationem negociorum ſufficere.* Sed æquius eſt, ut ſecundum Pauli ſententiam reſcriptum D. Pii intelligatur, ut negociorum expertes illiterati excuſentur, non qui aliorum negotia, aut ſua recte adminiſtraſſe cognoſcuntur. Additur hoc loco in Florentinis Pandectis Ulpiani ſententia, quæ vulgo, ut debuit, in aliud caput ſeparata eſt. Id autem erroris genus in illis libris aliquot locis reperimus.

Verba Ulpiani ſunt hæc:

Ulpianus *libro ſingulari excuſationum.*

(c) L. Paupertas. de excuſ.

*Paupertas ſane dat excuſationem*, [*c*] *ſi quis imparem ſe oneri injuncto poſſit probare: idque Divorum fratrum reſcripto continetur.*

(d) §. Sed & propter. eod.

Eadem verba ſunt in inſtitutionibus Juſtiniani (*d*) quem locum Theophilus non recte vertit. Exiſtimat enim is, illa verba *ſi quis imparem* ad ea, quæ de adverſa valetudine poſtea dicuntur, pertinere, non ad paupertatem; ex quo loco cognoſci poteſt, quod nos in multis Digeſtorum locis animadvertimus libro I. noſtrarum emendationum, interpunctiones jam tunc errandi cauſam dediſſe.

Sequitur octavum caput, quo de militum excuſatione tractatur: in quo velim, pernote, attendas, jurene, an injuria a vulgari Modeſtini interpretatione diſceſſerim. Ejuſmodi enim res tractantur, quæ a noſtrorum temporum uſu, & vulgari hominum eruditione aliena ſunt. Quæ nos timide aggredimur: aggredimur tamen propter eam maxime cauſam, quod hæc nolimus, ut Apollinis oracula certa eſſe exiſtimari, ſed ut initium faciamus inveſtigandæ veritati: quæ latere adhuc viſa eſt, occultata barbarorum hominum vepribus obducta. Aditum itaque aliis hoc libello patefacimus, & locum hunc expurgare cœpimus: & ſi non faciliore, & commodiore via uſi ſumus, aliis quidem certe longius promovendi, aut facilius auctores fuimus. Hæc nos ſpes urget, ut de his, quæ minime nobis conſtant, rebus tractemus. Faciles enim exiſtimamus noſtris erratis lectores futuros, ſi quod ipſi non probant, his, quæ ipſis probandi auctores fuimus, penſaverint; quod caput eſt, reprehenſurum neminem exiſtimo, quod nullum laborem in ſtudioſorum utilitatem recuſaverim.

(e) L. Sed & milites. eod.

Sed ad Modeſtinum veniendum eſt: [*e*]

Modestinus *libro tertio excuſationum. Veterani, qui honeſte militiæ tempus expleverunt, vacationem habent a paganorum tutelis.*

[f] L. ult. C. de excuſ. veter.

Maxima hujus capitis pars ex Gordiani conſtitutione declarari poteſt, cujus verba ſunt hæc: (*f*) imp. gordianus *A. Celeri Veterano. Quod placuit veteranos tantummodo conveterani filiorum ſeu militum, & quidem unam tutelam, ſeu curam eodem tempore adminiſtrare compelli: eo pertinet, ut ſi aliis dati fuerint, intra ſollemnia tempora cauſas excuſationis ad competentem judicem deferant.* Ex qua apparet, a cæteris excuſari veteranos: a commilitonis, & conveterani filiorum tutela una non excuſari; honeſta autem miſſione, aut cauſaria, ut vocant, (eſt enim honeſta, ut Modeſtinus ſcribit) poſt expleta militiæ tempora, quæ viginti ſaltem annorum infra dicuntur, qui miſſus eſt, veteranus exiſtimatur. Hæc ſatis, ſuperque eſſent hac de re ſcripta, niſi barbarus nobis interpres negotium feciſſet, veteranos olim milites, paganos privatos appellando: & non ſatis diligenter græcis verbis lectis, in quo Politianus quoque maximus antiquitatis amator hallucinatus eſt. Namque ſciendum eſt, in hujus capitis initio exeſas eſſe aliquot litteras, quod ſi recte memini, hæc averſa illis eſſent, quæ in ſacerdotiis deſiderabamus. Hac tamen parte agnoſcere potuimus οἱ παλαιστρατιῶται, antiquus interpres ἀλλὰ καὶ στρατιῶται, quod Hervagius ſecutus eſt, ſcriptum eſſe credidit. Politianus, quod eſſet, aſſequi non potuit; neque enim id facile apparet, locum tantum, ut mancum notavit. Nos cum omnes illas vetuſtatis moleſtias libenter tuliſſemus, ſine ullo ſcrupulo id, quod dixi, deprehendiſſe viſi ſumus. Pendet autem ex eo verbo totius capitis ſententia; neque enim de aliis hic militibus agitur, quam de veteranis, quos ita a Modeſtino appellatos nemo negaverit, niſi is ſit ab omni linguæ utriuſque cognitione maxime alienus. Deinde ait:

*Sed adverſus liberos eorum, qui in eiſdem ordinibus militaverunt, aut quorumcumque veteranorum, intra annum poſt militiam exactam vacationem habent: poſt annum non habent.*

Hæc etiam non ſatis integra Florentiæ ſunt. Nam quod Hervagius Politianum ſecutus καὶ πάντων τῶν παλαιστρατιωτῶν edidit, nos videre non potuimus, sed ſolum ΝΤΩΝ ante παλαι; & locus nobis anguſtior videbatur, quam ut tot litteris, quot ille voluit, locus ſit. Itaque ἢ πάντων παλαιστρατιωτῶν, ſcriptum fuiſſe putavimus. Hoc tamen pro certo affirmare non licet, ut ſuperiora. Sed noſtra conjectura ex cæteris Modeſtini verbis, & Gordiani conſtitutione cepta eſt. Illud ejus, qui ex Politiani libro deſcripſit, erratum eſt, cujus in Baſilienſi libro veſtigium manet. Neque enim ἐντὸς μὲν ἐνιαυτοῦ ἔχουσιν, ὑπὲρ δὲ ἐνιαυτὸν οὐκέτι, ut in Baſileæ eſt, Alciati ſtudioſus ſcripſit; ſed ἐντὸς μὲν. ἐνιαυτοῦ οὐκέτι. Florentiæ autem in optimo illo libro, & in Politiani eſt, ἐντὸς μὲν ἐνιαυτοῦ τοῦ ἀπὸ στρατεύσασθαι ἄφεσιν ἔχουσιν, μετὰ

δὲ

δὲ ἐνιαυτὸν οὐκέτι. Cur vero a tutela filiorum commilitonis, aut conveterani poſt annum non excuſetur, hanc addit rationem:

*Fortior enim eſſe creditur ejuſdem militiæ æqualitas, ipſorum veteranorum privilegio.*

Annum autem habere videntur, etiam adverſus hos, ut cæteri, qui reipublicæ cauſa affuerunt. (*a*)

(a) *L.* Non ſolum. *infra eod.*

*Sed hoc ita*, inquit, *ſi non alias cauſas habeant excuſationis tutelæ, ut annorum numerum, aut quid ſimile, quod ſolet paganis adverſus omnes prodeſſe.*

Nam veteranus, qui major LXX. annis ſit, aut tres tutelas habeat, aut liberos tres Romæ, aut in provincia quinque: etiam adverſus commilitonis filium excuſatur exemplo paganorum.

*Quæ de veteranorum filiis diximus, in nepotibus locum non habent, quippe qui nihilo a cæteris differre videntur.*

Gordiani quoque conſtitutio de filiis ſcripta eſt, ſed initio hujus capitis *liberorum* nomine Modeſtinus eſt uſus, non *filiorum*, ut alii credunt. Deinde ait:

*Plane ignominia miſſi perinde habentur, ac ſi numquam militaſſent. Quamobrem neque ipſi habent privilegium, neque ſi eorum filiis veterani tutores dentur, tenebuntur inviti.*

Hæc multis modis ab Accurſianis mendoſa ſcribuntur: ſeparatur enim eadem oratio in duas, quibus quid dicatur, non facile quiſquam intelliget. At Græcis verbis nihil eſt clarius. *Miſſionum*, ut Macer libro II. de re militari ait, (*b*) *generales cauſæ ſunt tres: honeſta, cauſaria, ignominioſa. Honeſta eſt, quæ tempore militiæ impleto datur. Cauſaria, cum quis vitio animi, vel corporis minus idoneus militiæ renuntiatur. Ignominioſa cauſa eſt, cum quis propter delictum ſacramento ſolvitur.* De honeſta hujus capitis initium intelligendum eſt, cum dicitur honeſte militiæ tempus impleverunt. Sed & cauſaria honeſta eſt, ut Modeſtinus paulo poſt ſcribit. Ulpianus vero libro VI. ad edictum [*c*] eas miſſiones ita definit, ut honeſta ſit, *quæ emeritis ſtipendiis, vel ante ab Imperatore indulgetur.* Imperatorem autem neſcio, an veteri more exercitus ducem, qui fuſis hoſtibus eo deinceps nomine a militibus appellaretur, apud Ulpianum intelligamus, ut apud Florentinum, (*d*) Pomponium, (*e*) & Juſtinianum: [*f*] cum ſervorum appellationem ex eo fluxiſſe dicunt, quod imperatores captivos ſervarent. Emerita autem ſtipendia, quæ Juſtinianus impleta appellat: [*g*] unde emeriti veterani dicti ſunt. Merere autem ſtipendia, hi, qui militant, dicuntur. (*h*) De aliis miſſionibus Ulpianus ait: *Cauſaria eſt, quæ propter valetudinem laboribus militiæ ſolvit. Ignominioſa, cum is, qui mittit, addit ignominiæ cauſa ſe mittere, quod ſemper addere debeat, cur miles mittatur.* De his in edicto Prætoris dicebatur: [*i*] *Infamia notatur qui ab exercitu ignominiæ cauſa ab imperatore, eove, cui de ea re ſtatuendi poteſtas, dimiſſus erit.* Quod illam quoque interpretationem recipit: itaque ignominia miſſus veterani privilegium non habet, ut a paganorum tutelis excuſetur, neque ejus filiis veteranus, ut deberet, ſi commilito, aut ut, appellant, conveteranus eſſet, tutor creari poteſt. Ab hac ſententia non longe Jacobus Harena apud Raynerium, & Albericum abeſt, cæteri longiſſime.

[b] L. Milites. §. Miſſionum. *de re milit.*
[c] *L.* 2. §. Ignominiæ. *de his qui notant.*
(d) L. Libertas. *de ſtat. hom.*
(e) L. Pupillus. §. 1. *de verb. ſign.*
(f) *Inſtit. de jure perſ.* §. Servi. *ubi Theoph.*
(g) C. *de his qui non impletis. lib.* 10.
(h) L. Miles. *in princ. l.* Item miles. *de re jud.*
(i) L. 1. *de his qui notant.*

*Aliquando hi, qui non explent totum militiæ tempus, vacationem habent a tutelis, ut hi, qui expleverunt. Nam qui viginti annos militaverit, ſimilis illi eſt, qui expleverit militiam.*

Diocletiani conſtitutione hoc idem ſcriptum eſt his verbis: [*k*] *Veteranis, qui in legione, vel vexillatione militantes poſt viceſima ſtipendia honeſtam, vel cauſariam miſſionem conſecuti ſunt, onerum & munerum perſonalium vacationem conceſſimus.* Quo loco *vexillatio* equitum eſt, *legio* peditum, quod a Vegetio libro II. de re militari traditur: *Equitum*, inquit, *alæ nunc vexillationes vocantur, quia velis, hoc eſt, flammeolis utuntur, aliud genus eſt eorum, qui legionarii vocantur, quod legionibus juncti ſint.* Pedites autem in legiones & auxilia partitur. De quibus omnibus intelligenda ſunt, quæ Scotus, ſive quiſquis is eſt, de his, qui ſub magiſtris militum Orientis militabant, percenſuit. Item conſtitutio II. de hereditatibus decurionum, (*l*) quæ etiam in Theodoſiano codice reperitur, atque aliæ, quibus de vexillatione mentio fit. (*m*) Itaque qui poſt viginti ſtipendia mittitur, eam vacationem habet, quod aliis quoque locis dicitur. [*n*] Sed videtur Modeſtinus hos non emeritis ſtipendiis dicere vacationem conſequi, ut major annorum numerus deſideretur, qui neſcio, an aliquo loco definitus ſit. Deinde ſcribit:

(k) L. Veteranis. C. *quando prov. non eſt nec. l. ult. de his qui non impl. lib.* 10.
[l] *L.* 2. *C. de hered. dec. l. un. de bonis militum. in C. Theod.*
[m] *L.* Provincialium. *C. de erog. mil. annonæ. lib.* 12.
(n) L. 2. *C. de re mil. eod. lib. l.* 1. *C. de excuſ. vet.*

*Qui vero intra id tempus miſſus eſt, non habet perpetuam tutelarum immunitatem, ſed ab eis ad tempus habet, ut a cæteris civilibus muneribus vacationem. Etenim intra quinque annos militia miſſus nullam ſibi vindicabit immunitatem: poſt quinque unius anni immunitatem habet, poſt octo biennii, triennii poſt duodecim, poſt ſexdecim quadriennii. Sed qui poſt viginti annos miſſus eſt, perpetuo, ut dicebamus, vacabit.*

Jure Accurſiani mirantur, cur cum omnes milites reipub. cauſa abeſſe dicantur: (*o*) qui intra octo militiæ annos miſſus eſt, annum vacationis non habet, ut cæteri? [*p*] & qui poſtea ante duodecimum, annum tantum? Et exiſtimant ultra eum annum hos addi: quod neſcio, quam verum ſit.

(o) *L.* Milites. *ex quib. cauſ. maj.*
(p) *L.* Non ſolum. *infra eod.*

*Qui inter vigiles Romæ permilitaverit, unius tantum anni vacationem habet, ſi honeſte ſcilicet eſt miſſus, quod principio diximus, aut cauſaria (ut vocant) miſſione valetudinis cauſa: eſt enim etiam hæc honeſta,*

*ſed*

UNED

*ſed qui ignominia miſſus eſt, vacationem non habet.*

Septem Vigilum cohortes, qui incendiis arcendis præeſſent, D. Auguſtum conſtituiſſe, Paulus ſcribit. (*a*) *Permilitandi* autem verbo uſi ſumus Ulpianum imitati, qui paulo poſt ſcribit: *Si quis in cohortibus urbanis permilitavit, licet ante viginti annos mittitur, tamen perpetuam habet a tutelis excuſationem.* Quod non de cohortibus præfecti Vigilum intelligendum eſt, ſed de Prætoriis, quarum cap. IX. (*b*) mentionem facit: quo etiam loco permilitandi verbo utitur. Hæc autem adjectio *per* perfectionem actus ſignificat. (*c*) Deinde ait:

*Conveteranus autem eſſe creditur non ſolum legionarius, ſed & omnis, qui ubicumque permilitaverit, ſi modo honeſte hic quoque miſſus ſit. Nam legionarius ejus liberis, qui inter vigiles permilitaverit, tutor eſſe poteſt.*

Hæc ex Gordiani conſtitutione apertiſſima ſunt. (*d*) Nam cum dixerimus conveterani filiis veteranum tutorem dari, *conveteranum,* inquit, *non ſolum legionarium*, hoc eſt, qui in legionibus ſtipendia meruit, *ſed & ſi in urbanis cohortibus militaverit, intelligere poſſumus.* Scriptum autem Florentiæ eſt συνβετερανὸς, quod arbitror veterem interpretatum *ſynveteranus*, unde origo cæterorum mendorum. Sed & Hervagius, qui ſolus hæc græce edidit, βετερανὸς ſcribit: idem hanc ſententiam mendoſe edidit. Non infitior Modeſtinum, aut ut ſuſpicor, Tribonianum, obſcurius hæc ſcripſiſſe, quam opus eſſet; ſed facile eſt, ut ille ait, *opere in longo obrepere ſomnum.* Male autem illi fecerunt, qui addiderunt hic multa de ſuo, ut illa ſunt: *Filiorum tamen tutor creabitur*, & alia, quæ Haloander non recte ſcripſit.

*Jamvero militi minori veteranus curator dabitur, ſi pater ejus mortuus ſit ſcilicet, aut ipſe emancipatus.*

*Impuberem* inepte vetus interpres verterat, quod & militiæ, & curatori non ſatis aptum erat. Ex quo illud quoque manavit, ut impuberes militare poſſe credatur, in quo liceat mihi a Lælio Taurello noſtro diſſentire: unius enim ſententiæ diſſenſio nihil de amicitia, conjunctioneque noſtra detraxerit. Pubertatem majores non ætate, ſed corporis habitu definierant: hoc in feminis inhoneſtum viſum eſt, in maribus ad Juſtinianum eſt obſervatum. (*e*) Is primus conſtituit maribus quattuordecim annos, ut feminis duodecim antea fuerunt. Plenam autem olim pubertatem appellabant id tempus, intra quod, vel qui tardius pubeſcerent, puberes fierent: hoc eſt XVIII. annos: (*f*) intra quod tempus honeſtiores prætextati incedebant, (*g*) ſumebantque virilem togam jam puberes, & tyrones appellabantur. Sic enim Plinius ſcribit libro octavo. Tanaquil, quæ eadem Caja Cæcilia dicitur, prima texuit rectam tunicam, qua ſimul cum toga pura tyrones induuntur, novæque nuptæ, quo tempore in foro aliorum cauſas agere poterant: nam XVII. anno minores pueritia prohiberi Ulpianus ait. (*h*) Idem alio loco ſcripſit (*i*) conſtituiſſe Hadrianum ut pueri uſque ad XVIII. puellæ uſque ad XIV. annum alantur. Tyronum nomine imperatores utuntur (*k*) eadem ſignificatione, pro his, qui tum primum ad cauſas accedebant, quod Budæus eleganter tradit. [*l*] Hi etiam ſunt, ut opinor, qui ad militiam adſcribebantur. De quibus Vegetius lib. I. ita ſcribit: *Nunc qua ætate milites legi conveniat, exploremus. Et quidem, ſi antiqua conſuetudo ſervanda eſt, incipientem pubertatem ad delectum cogendam nullus ignorat.* Quod ab eo dictum eſſe, non quod impuberes ſcriberentur, ſed quod grandiores natu, ex his verbis, quæ ſequuntur, apparet. *Non enim*, inquit, *tantum celerius, ſed etiam perfectius imbibuntur, quæ diſcuntur a pueris.* Et poſtea: *Melius enim eſt, ut exercitatus juvenius cauſetur ætatem nondum adveniſſe pugnandi, quam doleat præteriſſe.* Quæ verba nonnihil etiam ad pubertatem addi ſignificant. Hunc Vegetii locum non videram, cum ad Lælium meum ea epiſtula, quam cum Galli & Catonis doctiſſimis interpretationibus edidit, ſcripſeram exiſtimare me XVII. anno minores neque militare, neque inermes militias habere potuiſſe. De illis enim militiis apud Scævolam ſcriptum eſt: [*m*] *Sempronio alumno meo illud & illud, & cum per ætatem licebit, militiam illam cum introitu comparari volo.* Noſtram quoque opinionem C. Gracchi lex apud Plutarchum confirmat, quod alii animadverterunt. Sed Lælius Juſtiniani conſtitutionem [*n*] ſequitur, qua veteres leges fuiſſe dicitur, quibus pupillis tribunis militum teſtamentum facere permittebatur: quod indignum viſum eſt Juſtiniano. Ex hac conſtitutione non milites ſolum, ſed & tribunos impuberes factos conſtat. Hoc ego factum eſſe negare non poſſum; ſed Imperatorum libidine factum adverſus militarem diſciplinam affirmare audeo. Non quod omnibus liceret ejus ætatis non milites ſolum, ſed tribunos eſſe: ſed quod ſolverent aliquos legibus, ut erant ipſi nonnumquam diſſoluti, quod imperio Romano finem dedit. Nec me movet, quod Livius libro XXVII. ſcribit, M. Cornelium Cethegum, P. Sempronium Tuditanum cenſores ærarios feciſſe eos, qui initio ſecundi belli Punici ſexdecim annos nati fuerant, neque militaverant. Id enim a Livio ſcribitur poſt decem annos, quam initium ei bello factum eſt [*o*] Q. Fabio Max. V. Q. Fulvio Flacco IV. conſulibus: & merito illi notati ſunt, qui cum XXVI. annis majores eſſent, non militaſſent in tanta rerum perturbatione. Hæc ſunt, quæ mihi hac de re videantur, in quibus, ut in cæteris, falli poſſumus. Illud dubitandum ab Accurſianis non erat, quamquam ipſos de alieno peccato appellamus, hic de impubere, an de minore ageretur, cum de curatore verba fiant: ſed interpretis in ἀφήλικος nomine vertendo ignoratio eos turbat, de qua cap. II. diximus. Addendum autem huic Mode-

(a) *L. 1. & 3. de off. Pr. Vig.*
(b) *L.* Si tribunus. *hoc tit.*
(c) *L.* Urbana familia. §. Pernoctare. *de verb. ſign.*
(d) *d. l. ult. C. de excuſ. vet.*
(e) *L. ult. C. quando tutores, vel cur. eſſe deſ. in princ. inſt. quib. mod. tut. fin.*
(f) *L.* Adrogato. *de adop. Theop.* §. Minorem. *e. tit. Paulus lib. 3. ſent. tit. de teſt.*
(g) *Inſt. de injur.* §. 1. *l. 3. in fin. de libert. exh.*

(h) *L.* 1. §. Pueritiam *de poſtum.* §. *ult. inſt. quib. ex cauſ. man. non lic.*
(i) *L.* Mela. *in princ. de alim. vel cib. leg.*
(k) *L.* Providendum. *C. de poſtul. l.* Reſtituendæ. *l.* Per hanc. *de advoc. div. judicior.*
(l) *Bud. l. ult. de ſent. l. ult. de ed. ed. l.* Sed & ſi. *de jure fiſci.*
(m) *L.* His verbis. §. Alumno. *de legat.* 3.
(n) *L. ult. C. de teſtam. mil.*
(o) Contigiſſe.

deſtini ſententiæ eſt, *ſi minores ipſi curatorem velint*: neque enim invitis datur. [a] Deinde ſcribit:

(a) *In pr. inſt. de curat.*

*Quarum omnium rerum teſtes ſunt principum conſtitutiones. Ulpianus vero ita ſcribit:*

Ulpiani verba latinis ſcripta ſunt.

*Sed ignominia miſſi ab urbicis plane tutelis excuſabuntur: quia ingredi eis urbem non licet.*

Addunt Macer & Ulpianus non poſſe eum, ubi Imperator eſt, eſſe: [b]

*Plane*, inquit Ulpianus, *ſi quis in cohortibus urbanis permilitavit, licet antea viginti annos mittitur, tamen perpetuam habet a tutelis excuſationem.*

(b) *L.* 2. §. Miles. *de his qui notant. l.* Milites. §. Miſſionum. *de re milit.*

Neſcio, an hæ ſint, quas Prætorias cohortes deinde appellat. [c] Poſtea Modeſtinus Græce ait:

(c) *L.* Si tribunus. *infra hoc tit.*

*Quæſitum eſt, utrum unam ſemel tutelam veterani ſuſcipiunt, an eodem tempore ſolam unam, qua finita, aliam rurſus capiant? Sed ut in paganis finitæ non proderunt his, qui eas habuerunt, neque inter tres tutelas numerabuntur, ſic in veteranis non prodeſt tutores fuiſſe.*

Diximus ex Gordiani conſtitutione (*d*) veteranos conveterani, ſeu commilitonis filiorum unam tantum tutelam, ſeu curam adminiſtrare compelli: quæſitum eſt, an ſatis eſt, ſi poſtquam militia rediit, unam veterani tutelam habuit, ut ea finita poſſit ab aliis excuſari; an vero id ita intelligendum eſt, ut numquam duas ſimul gerere compellatur? Et Gordiani conſtitutione, ut eodem tempore non compellatur, cautum eſt: quod etiam Modeſtinus probat, exemplo paganorum, quibus tria onera tutelarum tum excuſationem præbent, cum geruntur: nam Severi, & Antonini conſtitutionem rettulimus: [e] qua ne ratio quidem tutelæ, quæ geſta eſt, reddenda excuſat. Itaque ad plures non eodem tempore tutelas veterani, aut militis filiorum creari veteranus poteſt, ſed ſingulas ſolum gerere compellitur. Hæc quantam difficultatem interpreti, cæteriſque fecerint, quibuſque mendis Modeſtinus, & Accurſius immerito fœdati ſint, pudet referre. Caput tantum omnium malorum aperiam, idque eſſe exiſtimo, quod cum Florentiæ αλλωσπερ ſcriptum ſit nulla apoſtrophes nota, aut ſeparationis verborum, barbarus interpres *aliter* vertit, quod cæteri ſequuntur differentiam inter milites, & paganos, quæ nulla eſt, conſtituentes. Haloander melius *ſicuti* ſcripſit, cætera barbare. Quod poſtea ſequitur, unius litteræ adjectione maxime mendoſum eſt. Sic enim ait:

[d] *L. ult. C. de excuſ. vet.*

(e) L. 2. *ſupra eod. l. unic. C. qui num. tut.*

C.

*Quod etiam eſt in curis conſtitutum, ut ex ſacra Severi, & Antonini conſtitutione conſtat.*

Ipſi non *curis*, ſed *curiis* ſcribunt: illud apertum eſt.

*Nihil intereſt, quam ob cauſam egeant commilitonis liberi tutore, vel curatore, quod emancipati ſint, an quod pater mortuus ſit.*

Declarant autem hæc verba ea, quæ hujus capitis initio exeſa eſſe dicebamus: & ad Gordiani conſtitutionem pertinent. Illud magnam habet difficultatem, quod ſequitur:

*Primipilares ex Imperatorum conſtitutionibus a cæteris tutelis excuſantur, præter primipilaris filiorum tutelas. Hi vero primipilares eſſe cenſentur, qui primipilo functi ſunt. Quod ſi ante moriantur, quam peregerint, horum liberis primipilaris tutor non erit.*

Quid primipilus ſit, ejuſque centurio magna controverſia eſt. Nam illud non dubito, quin primipilaris, aut, ut alii dicunt, primipilarius, is diceretur, qui centurio primipili fuiſſet. Hunc quidem principio primum centurionem appellatum, Livius libro VII. ſcribit: idem libro VIII. primipilum appellat, & centurionem, & tertiam peditum partem. Namque pedites in haſtatos, principes, a quibus principia dicta ſunt, (*f*) & triarios dividit. Hos poſtremos tribus vexillis conſtare ait: *Nam ſub ſignis*, inquit, *quindecim ordines locabantur, ex quibus ordo unuſquiſque tres partes habebat: earum unamquamque primum pilum vocabant, tribus ex vexillis conſtabat, vexillum CLXXXVI. homines erant. Primum vexillum triarios ducebat, veteranum militem ſpectatæ virtutis, ſecundum rorarios, tertium accenſos.* Hæc Livius. Vegetius vero ait: (*g*) *vetus conſuetudo tenuit, ut ex primo principe legionis promoveretur centurio primipili, qui non ſolum aquilæ præerat, verum etiam quattuor centurias, hoc eſt CCCC. milites in prima acie gubernabat: hic tamquam caput totius legionis merita conſequebatur, & commoda.* Et alio loco: (*h*) *Primipili centurio, poſtquam in orbem omnes cohortes per diverſas adminiſtraverit ſcholas, in prima cohorte ad hanc pervenit palmam, in qua ex omni legione infinita commoda conſequitur, ſicut Primicerius in officio Præfectorum Prætorio ad honeſtum, quæſtuoſumque militiæ pervenit gradum.* Ex cujus verbis intelligo, eum in prima cohorte fuiſſe uniuſcujuſque legionis, in qua idem ait (*i*) aquilam eſſe, & principum imagines. Nemo autem ignorat in decem cohortes legionem dividi; in numero vero militum & legionis, & cohortium variatum eſt, & ſi Vegetius peditum ſex milia & centum, equites DCCXXVI. conſtituat, multo tamen minores Livius refert. Huic centurioni annonam commiſſam, Alciatus noſter exiſtimat Græcum jureconſultum ſecutus, [*k*] Pyrrhus ſtipendia, qui tamen non male Vegetium his verbis uti alio loco refert: [*l*] *Illud ab antiquis conſtitutum eſt, ut ex donativo, quod milites conſequuntur, dimidia pars ſequeſtraretur apud ſigna, & ibidem ipſis militibus ſervaretur, & cum publica ſuſtentarentur annona, ita augebatur eorum caſtrenſe peculium, mileſque quod ſciret ſumptus ſuos apud ſigna depoſitos, de deſerendo nihil cogitabat.* Ille tamen ſcrupulus hic eſt, quod ibidem dicitur, eam rationem apud ſigniferos ſervari. Annonam vero idem ait [*m*] curæ præfecto legionis fuiſſe,

(f) L. 1. C. *de veter. lib.* 12. *l. ult.* §. Si qua. *& ſeq. C. de erog. mil. annon. c. lib.*

[g] *Veget. lib. 2. cap. 8. de re milit.*

[h] *Cap.* 21.

(i) *Cap.* 6.

(k) *Alc. C. de primipilo. lib.* 12. *ubi Pyrrhus.*

(l) *Pyrr. lib. 3. de officiis militarib. Veget. lib. 2. c. 20.*

[m] *Cap.* 9.



UNED

ut arma, equi, veſtes. Sed ſive annona, ſive militum pecunia, aut publica apud centurionem primipili ſervabatur, ejus bona fiſco Cæſaris obnoxia tenebantur, ut multis conſtitutionibus ſub titulo de primipilo, & de cohortalibus principibus cornicularíis, ac primipilariis, atque aliis (*a*) ſcriptum eſt. Sic intelligendum eſt, quod Papinianus ſcribit: (*b*) *Pater inter filios facultatibus diviſis filiam ex ratione primipili commodorum trecentos aureos accipere voluit.* Primipilarium quoque non uno in loco in Pandectis mentio fit. (*c*) Hi autem ſunt, ut Modeſtinus ſcribit, qui primipilo functi ſunt. Sic etiam Conſulares appellantur, qui Conſules; Prætorii, qui Prætores fuerunt. (*d*) In quo Accurſius errare ſolet, (*e*) ut hic interpres vetus, qui cum X. cap. recte vertiſſet, *qui primipilum explevit*, hic *qui exercet*, ſcripſit. Primipilum autem variis modis Accurſiani & Pontificii interpretantur, quæ non ita otioſi ſumus, vel potius inepti, ut referamus.

Nonum caput latinis ſcriptum eſt his verbis:

Ulpianus *libro ſingulari de officio Prætoris Tutelaris. Si tribunus in cohortibus Prætoriis permilitaverit, etiam collegarum filiorum tutela excuſabitur beneficio Divi Severi & Imperatoris noſtri.*

Quænam hæ Prætoriæ cohortes ſint, non facile dixerim. Urbanas quidem eſſe exiſtimo, de quibus antea Ulpiani verba rettulimus: niſi forte, quod a doctiſſimo viro accepi, placeat cohortes Prætorias eas intelligere, quæ a Prætoribus ſuis non diſcedebant cætero militari munere immunes, ut Sex. Pompejus ſcribit.

Decimum Græcum caput (*f*) hujus ſententiæ eſt:

Modestinus *libro tertio excuſationum. Non ſolum primipilares, qui in caligatis militiis, aut aliis permilitaverunt, ſed qui quomodocumque Reipublicæ Romanæ cauſa abfuerunt, poſtea, quam fuerint reverſi, anni habent vacationem.*

Caliga militare calciamentum, ex qua C. Cæſar Germanici filius Caligulæ cognomen puer induit, ut Tacitus & Tranquillus ſcribunt: erat autem gregarii militis, ſic enim viliores appellantur. [*g*] Quamobrem caligati milites dicuntur, qui in armata militia officium militare non habent, (*h*) & hoc Juſtinianus ſcribit Novella LXXIV. (*i*) quæ barbare ita verſa eſt, neque enim græca extat: *Sed neque agricolas, aut milites armatos, quos lex caligatos appellat* (*hoc eſt viliores & obſcuriores*) *perſcrutamur, quibus civilium cauſarum ignorantia eſt.* Quod Accurſius quoque refert. Sed hæc ad primipilarem mihi non pertinere videntur, quem antea legionis principem eſſe dicebamus. Quamobrem vereor, ne in Palatinis quoque officiis primipilo locus eſſet, ut caligata militia hoc loco armatam ſignificet. Nam armatam ad illarum differentiam dici alio loco ſcripſimus: (*k*) hac tamen in re dubito. Illud certum eſt, non ſolum primipilares, ſed & omnes, qui quomodocumque reipublicæ cauſa abſint, legati puta, aut provinciarum præſides, aut milites annum deinde ab omni tutela vacant, & cum Modeſtino Juſtinianus facit libro I. inſtitutionum, ita enim ſcribit: (*l*) *Item, qui reipublicæ cauſa abſunt, a tutela vel cura excuſantur. Sed & ſi fuerint tutores, vel curatores dati, deinde reipublicæ cauſa abeſſe cœperint, a tutela, vel cura excuſantur, quatenus reipublicæ cauſa abſunt, & interea curator loco eorum datur, qui ſi reverſi fuerint, recipiunt onus tutelæ: nam nec anni habent vacationem, ut Papinianus libro V. Reſponſorum ſcripſit, nam hoc ſpatium habent ad novas tutelas vocati.* His Juſtiniani verbis reliqua, quæ Modeſtinus ſcribit, aperta ſunt. Sic enim ait:

*Annus tamen hic non tantum his, qui conſuetum militiæ tempus impleverunt, in reliquis publicis muneribus datur, ſed & his, qui quomodocumque reipublicæ cauſa abeſſe deſierunt, & ſi minus temporis conſumpſerint conſtituto.*

Eſt tamen hoc loco Florentinus liber una littera, ni fallor, emendandus, Baſilienſis pluribus ut ſcribatur: παυσαμένοις τῆς δημοσίας χρείας.

*Cæterum quas tutelas antea gerebant, & ob id reliquerunt, quod reipublicæ cauſa abibant, eas reverſi ſtatim ſuſcipient, neque eis annus proderit, qui ad futuras, novaſque tutelas datur, non ad eas, quas recipere debent.*

Hæc ex Juſtiniani verbis manifeſta ſunt. Deinde ait:

*Atque hic annus continuorum dierum accipiendus eſt, ex quo vel reverſus eſt, vel reverti debuit recta via redeundo, non ſi circuitione uſus ſit. Etiam hi, qui teſtamento tutores dati ſunt, jure excuſabunt ſe a gubernatione earum rerum, quæ in alia provincia ſunt, ut infraſcripta Severi conſtitutione manifeſtum eſt.* divi severus & antoninus augusti *Valerio. Teſtamento tutor datus ante præfinitum diem adire debuiſti, & poſtulare, ut ab adminiſtratione rerum, quæ in alia provincia erant, liberareris.*

Hæc conſtitutio latine ſcripta eſt, qua præſidis provinciæ mentio non fit, ut vulgo creditur: neque id Dinus, aut Albericus habuerunt. Sed intelligere oportet, judicem competentem, quod illis placet. Deinde ait:

*Qui primipilo functus eſt, ſi cum unius pupilli tutelam ſuſcepiſſet, rurſus ad militaria munera adſumptus ſit, deponet onus tutelæ.*

Florentiæ eſt καὶ ἑνὸς παιδίου, expuncto primo verbo, quod antiquus interpres non vidit, unde & unius filii, aut *filium* cæteri ſcribunt. Nos τὸ παιδίον *pupillum* vertimus: neque enim intereſt: eſt autem id græcum verbum ſub tit. de verborum ſignificatione reſtituendum. (*m*) Sed hæc alio loco:

Si

(a) L. Officiales. *l.* Quiſquis e-menſis. *in fine.* C. *de epiſc. & cler.* *l.* 1. C. *de condic. ex lege.* *l.* 4. C. *in quib. cauſ. pign.* *l.* 1. C. *de priv. fiſci.* *l.* Si non verum. C. *de donat. int. vir.* *l.* Si tutores. C. *de comp.* *l. ult.* C. *de filiis off. mil.*

(*b*) L. Pater. *de adimend. leg.*

(c) L. Pater. §. Julius. *de leg.* 3. *l. ult.* §. Patrimonior. *de muner. & hon.*

(d) L. 1. C. *de dign. lib.* 12. *l.* 1. C. *de Conſ. eod. lib.* *l. ult.* C. *de decur. lib.* 10.

[e] *d. l. ult.* & *d. l.* 1. *de dign.* *l.* Si tribunus. *de excuſ.*

[f] L. Non ſolum. *eod.*

(g) *L. ult.* C. *de milit. veſt. lib.* 12.

[h] L. 2. *in princ. de his qui notant.* *l.* A Caligato. & *de nupt.* *l.* De militib. *de cuſt. & exhib. reo.* *l.* Omne delictum. §. Exploratores. *de re mil.*

[i] *Auth. quib. mod. nat. off. legit.* §. Quiſquis.

(k) *In epiſt. ad Lælium de militiis. arg. l.* 1. C. *neg. ne milit. lib.* 12.

(l) §. Item qui. *inſtit. eod.*

(m) L. Illa verba. *de verb. ſig.*

*Similiter*, inquit, *in illius quoque tutoris locum, quem poſtea adſeſſorem quis ſecum duxerit, curator dabitur, ut ait Divi Severi conſtitutio. Quam qui recte ad omnia ſimilia capita producet, curatorem dari dicet in eorum locum, qui ad tempus vacationem habent.*

Idem Juſtinianus ſcribit: [*a*] *Loco tutorum, qui non in perpetuum, ſed ad tempus a tutela excuſantur ſolent curatores dari.* Adſeſſorem appellavi, quem græce συγκάθεδρον appellat, antiquus interpres *collegam. Collegarum enim appellatione hi continentur, qui ſunt ejuſdem poteſtatis*, (*b*) hoc eſt dignitate pares: neque facile alium ſecum ducere dicetur, cum eandem poteſtatem habeat. Quamobrem *adſeſſorem* interpretatus ſum: quo verbo minorem judicem ſignificamus. Hos in conſiliis adhibere ſolebant, [*c*] & his cauſas delegare: quos neſcio an aliquando pedaneos appellatos putemus, a quorum ordine nihil differre dicuntur Novell. LX. [*d*] quamvis pedaneos datos, aut delegatos judices ſignificare exiſtimem ad unam, atque alteram cauſam, adſeſſores perpetuo ſuis Præſidibus ſervire: quibus cauſæ partem committi Juſtinianus permittit, illis totam. [*e*] Sed utcumque ſe res habeat, ejus loco, quem quis in provinciam ſecum duxerit, ſive eum adſeſſorem, ſive conſiliarium, aut collegam appellemus, curator dandus eſt, non tutor: tutorem enim habenti tutor non datur. (*f*) Quod ſequitur, non melius verſum eſt:

*Si minor libertus a patrono tutor liberis ſuis dabitur, vel etiam alius, qui minor XXV. annis ſit, dum minor eſt, non gravatur: interim tamen alius curator creabitur. Similiter ſi legitimus tutor minor ſit, namque in hujus quoque locum interea curator dabitur.*

Sæpe diximus erraſſe interpretem in ἀφήλικος nomine, ſed uno hoc loco ter errat, *impuberem* minorem XXV. annis appellans; quod fecit, ut multi *puberem* ſcribant, minus quidem male, ſed male tamen. Illud recte Accurſius ait, Juſtiniani conſtitutione (*g*) minores non excuſari, ſed prohiberi tutelam, aut curam ſuſcipere.

*Si quis non ita ægrotet, ut oporteat tutela omnino vacare, in ejus locum curator datur. Poſtea vero, quam convaluerit, tutelam ſuſcipiet: cui ſimilis eſt, qui in furorem inciderit; & Ulpianus ita ſcribit: Adverſa quoque valetudo excuſat; ſed ea, quæ impedimento eſt, quominus quis ſuis rebus ſupereſſe poſſit, ut Imperator noſter cum patre reſcripſit.*

Hæc Ulpiani verba latine ſcripta ſunt, & extant in Juſtiniani inſtitutionibus. (*h*) Hoc autem reſcriptum Severi & Antonini eſſe, dubitandum non eſt, ut ſupra ſcripſimus.

PAULUS *libro ſingulari* (*i*) *de excuſatione tutorum. Et non tantum ne incipiant, ſed & a cœpta excuſari debent.*

Hæc verba XI. capitis ſunt, &, ut retuli, ſcribenda.

MODESTINUS *libro III. excuſationum. Idem Ulpianus* (*k*) *ſcribit. Sed in hoc reſcripto adjectum eſt, ſolere vel ad tempus, vel in perpetuum excuſari, prout valetudo, qua adficitur. Furor autem non in totum excuſat, ſed efficit, ut curator interim detur.*

Hæc verba ita ſcripta ſunt initio XII. capitis. Credendum eſt ea a Triboniano ita poſita, ne quis latina verba Modeſtini eſſe exiſtimaret; ſunt autem, quæ ſequuntur, Græca:

*Sunt alii, qui quamvis ſint jam tutores, aut curatores, in perpetuum deinceps onere liberantur. Ut qui domicilium alio mutare ex Imperatoris reſcripto conſecuti ſunt, ſi modo princeps norit eos tutores eſſe, & aperte mutationem domicilii concedat, & utrumque litteris ſignificet.*

Alterutrum pro utroque barbarus vertit adverſus Modeſtini ſententiam.

NUnc ad XIII. [*l*] caput venio, quo de tempore, intra quod excuſatio allegatur, dicendum eſt. In quo non multa difficilia ſunt.

IDEM *libro quarto excuſationum ſcire oportet, neque creatos tutores, neque teſtamento datos provocandi neceſſitatem habere, ut ex conſtitutione Divorum Severi & Antonini apparet.*

Ex hoc capite ſumptum eſt, quod Juſtinianus ait: [*m*] *Qui excuſare ſe volunt, non appellant, ſed intra quinquaginta dies continuos, ex quo cognoverint ſe eſſe tutores, vel curatores datos, ſe excuſare debent: cujuſcumque generis ſint, id eſt, qualitercumque dati fuerint tutores, ſi intra centeſimum lapidem ſunt ab eo loco, ubi tutores dati ſunt.* Addit Modeſtinus:

*Quod etiam obſervari convenit in creatis curatoribus. Nam valde ſunt pauca ea, in quibus curatores a tutoribus differant. Sane a ſententiis, quæ eis excuſationes auferunt, provocare licet.*

Sic intelligendum eſt, quod cap. IV. dicebatur. (*n*) Siquis a tertiæ tutelæ onore appellaſſet, & quarta deferretur, expectandum eſſe, quoad judicatum eſſet de tertia, ut appellatio non a delatione tutelæ ſit, ſed ob excuſationem, quæ accepta non eſt.

*Multa vero obſervare oportet tutores, vel curatores, ut cauſas excuſationis allegare permittantur. Nam debent intra tempora conſtituta ad judicem accedere, & conſtituta ſunt hæc: Qui in urbe eſt, in qua creatur, aut intra centeſimum ab urbe miliarium, intra quinquaginta dies excuſatur: poſtea vero non permittitur ei ſe excuſare, ſed oneri obligatus eſt. Et cum nihil horum fecerit, in eadem erit cauſa, ac ſi ſuo periculo id contemnere viſus eſſet: nulla enim ei relinquetur ad excuſationem via.*

Reliquit hoc loco Politianus integrum verſiculum, & μὴ ποῖα πεφάνθη ſcripſit, quod in eo quoque exemplo, quod ad Alciatum allatum eſt, a quo Hervagius habuit, ſcriptum fuiſſe ſcimus.

(a) §. Interdum. *inſtit. de curator.*

(b) *L.* Collegar. *de verb. ſign.*

(c) *L. pen. & ult. de off. adſeſſor. l.* 1. *C. eod. atq. aliis.*

(d) *Auth. ut defunct. ſeu fun.* §. Illud.

[e] *Nov.* 82. *auth. de judicib.* §. Judices. *vide interpres Pauli lib.* 5. *ſentent. tit. L. Jul. repet. Alciat. lib.* 1. *c.* 41. *parerg.*

[f] *d.* §. Interdum. *inſtit. de curat.*

(g) *L. ult. C. de leg. tut. inſtit. de excuſ.* §. Item major.

(h) §. Item propter adverſam. *inſt. eod.*

(i) L. Et non tantum. *eod.*

[k] *L.* Idem Ulpianus. *eod.*

(l) *L.* Scire oportet. *eod.*

[m] §. Qui autem excuſare. *inſt. eod.*

(n) *L.* Diximus. *ſupra eod.*

mus. Quamobrem in Baſilienſi libro eſt, *μὴ ποιήσῃ πεφάνθη·* Florentiæ vero *μὴ ποιήσῃ, ἔσαι ἐν τῆ αὐτῆ αἰτίᾳ, ἐν ᾗ ἦν ἂν εἰ ἀπεφάνθη.* Mirandum non eſt, tantum virum, quantus ille fuit, in ejuſmodi errorem lapſum eſſe. Nihil enim eſt homini magis proprium, quam errare ac falli. (*a*) Ut enim vigilantiſſimus & diligentiſſimus quacumque in re fueris, tamen te hominem eſſe in illis ipſis accuratiſſimis cogitatis tuis facile cognoſces; & hanc veniam petimus, damuſque viciſſim. Sed ad Modeſtinum redeo:

(a) *L.* 2. §. Si quid autem. & §. Sed quid, *C. de vet. jure enucl.*

*Qui vero ultra centum milia ab urbe abeſt, vicenis milibus in ſingulos dies enumeratis, ex quo ſe creatum cognoverit: namque oportet certiorem a magiſtratibus fieri aut coram, aut domi ſuæ; alios deinde triginta dies ad allegandam excuſationem habet.*

Hoc Juſtinianus ita ſcribit: [*b*] *Si vero ultra centeſimum lapidem habitant: dinumeratione facta viginti milium diurnorum & amplius triginta dierum, qui tamen, ut Scævola dicebat, ſic debent computari, ne minus ſint, quam quinquaginta dies.* De Scævolæ ſententia multa Theophilus ex hoc capite, quo pluribus hoc ipſum declaratur. Illud itaque dictum a Modeſtino & Juſtiniano eſt, ut ſi intra centum miliaria habitet, intra quinquaginta dies ſe excuſet; ſi ultra, itineri in vicena milia ſinguli dies ei dentur, excuſationi poſtea dies triginta. Quæ paulo poſt a Modeſtino declarantur. Idem ait:

[b] *d.* §. Qui autem, *inſtit. eod.*

*Et hoc ad eos quoque pertinet, qui teſtamento dati ſunt, ſive tutores ſint, ſive curatores, quos curatores a Præſide confirmari conſuetum eſt.*

Hoc ipſum dictum fuerat ſub titulo de confirmando tutore ex libro VI. excuſationum: (*c*) non poſſe curatores teſtamento dari, ſed datos confirmari ſolere.

(c) *L.* 1. *in fin. de conf. tut.*

*Illud vero invenimus ex Marci legislatione quæſtione dignum. Nam cum ei, qui in ipſa urbe eſt, in qua creatur, aut intra centum milia legislator tempus quinquaginta dierum dederit, ei vero, qui ultra centum milia habitat, vicena milia in ſingulos dies numerari juſſit, & amplius alios triginta dies ad ſe excuſandum præbuit: evenit hinc, ut ſi quis ad centeſimum & ſexageſimum miliare habitat, tempus habeat octo & triginta dierum. Octo enim dies ob centum & ſexaginta milia competunt, numeratis in ſingulos dies milibus viginti; triginta deinde dies ad ſe excuſandum dantur. Itaque pejori condicione eſt, qui longius habitat eo, qui intra centum milia eſt, aut in ipſa urbe: ſi quidem his quinquaginta ſemper dierum tempus eſt, illis pauciorum.*

Jure hac de re dubitatum eſt, neque adhuc effectum, ne non pejor ſit eorum condicio: & ſi ita Marci conſtitutio interpretata ſit, ut omnibus quinquaginta dies dentur, illis plures, qui ultra quadringenta milia habitant. Pejori autem condicione ſunt, quod ad ſe excuſandum alteri quinquaginta omnes dies habent, hi vero ad iter multos dies, ad excuſationem proponendam triginta, & ſi longiſſime abeſſent. Sed ſecutus fortaſſe D. Marcus eſt, quod alteri in aliena patria huic uni negotio vacantes, aut etiam aliis non multis ſatis laxam diem habebant, alteris plures dies dati ſunt, quod in patria rebus & negotiis familiaribus occupati facile impediri poſſent, ne ſe intra tempus excuſarent. Sed hæc ad utrumque tempus reſpiciunt & conſtitutionis, & ejus interpretationis. Quæſtio ea fuerat, quod viderentur quinquaginta dies his ſolum dati, qui intra centeſimum lapidem, aut ultra quadringenteſimum habitarent. Fingamus enim quemquam ad ducenteſimum habitare, hic habet itineris decem dies, urbanos triginta; neque enim amplius dari videbatur, quam tot dies, quot efficerentur, ſi vicena milia ſingulis diebus conficeret, & amplius dies triginta.

*Sed & ſi maxime*, inquit, *ſcriptum legis eam ſententiam efficiat: tamen legislatoris mens aliud vult. Quando & Cervidius Scævola, & Paulus, & Domitius Ulpianus juriſperitorum principes ſcribunt, hæc ita oportere obſervari, ut nullo pacto alicui minus detur temporis quinquaginta dierum: tum vero longior dies, cum numerus dierum itineris additus ad triginta dies, quos ad excuſandum lex dedit, excedit quinquaginta dies. Ut ſi fingamus aliquem ultra quadringenta & quadraginta miliaria habitare, hic enim habet duos, & viginti itineris dies, excuſationis triginta.*

Hæc multis exemplis Theophilus confirmat, quæ non multam habent difficultatem. Cervidium vero Scævolam appellatum eſſe, non Serbidium, ut Haloander & Alciatus ſcribunt, teſtis eſt Florentina ſcriptura non hoc loco ſolum, & in indice juriſconſultorum, ſed & apud Paulum libro ſingulari de ſecundis tabulis: (*d*) *Secundas tamen tabulas*, inquit, *non oportere reſuſcitari, deſtituto jam jure civili teſtamento, Quintus Cervidius Scævola noſter dicebat.* Et apud Marcianum libro VII. inſtitution. (*e*) *Si ſervus legatus, & per fideicommiſſum manumiſſus ſit, Cervidius Scævola conſultus putabat noviſſimam ſcripturam valere.* Eſt autem ridicule in hujus conſulti nomine vetus interpres lapſus. Sed nos reliqua videamus. Coryphæum conſultorum hunc, & Ulpianum, & Paulum Modeſtinus appellat, quod principem ſignificat. Sunt enim hæc Ciceronis verba libro I. de natura deorum: *Zenonem, quem Philo noſter Coryphæum appellare Epicureorum ſolebat, cum Athenis eſſem, audiebam frequenter, & quidem ipſo auctore Philone: credo, ut facilius judicarem, quam illa bene refellerentur, cum a principe Epicureorum accepiſſem, quemadmodum dicerentur.* Theophilus quoque libro I. inſtitutionum (*f*) κορυφαιότατον ait eſſe *populum legislatorum*, hoc eſt, *longe principem.* Quod vero ad iter faciendum attinet, locus hic eſt Ulpiani opinioni, (*g*) ut ſi mi-

(d) L. Qui plures. 2. *de vulg. in fin.*

[e] L. Si ſervus legatus. *de fideic. libert.*

[f] *Theoph.* §. Lex. *de jure nat.*

(g) *L.* 2. *de verb. ſig.*

ſi minus, quam viginti milia ſuperſint, integrum diem occupent. Finge abeſſe tutorem quadringentis & octo milibus, quadringenta milia viginti diebus peragenda ſunt, octo uno die, ut hic tutor XXI. habeat itineris dies, & poſtea triginta. Deinde ait:

*Hoc autem tempus omnes obſervabunt, qui quomodocumque a tutela, vel cura, vel ab ejus parte ſe excuſant.*

Partem intellige, cum duobus, aut pluribus delata eſt.

*Conſequens his eſſe ſciendum eſt, ut ſi qua ſpecie excuſationis fuerit aliquis uſus, non aliter audiatur, quam ſi ſervabit tempus conſtitutum, niſi cum alterius civitatis civis ſit.*

De hoc cive, in calce hujus capitis dicetur: enumerantur enim illic multi, qui huic tempori non ſubjacent, in quibus is, qui a magiſtratu, cui ipſe ſubditus non eſt, datus eſt. Quamobrem ſuſpecta mihi aliquando hæc exceptio fuerat: cum ea etiam verba, quæ infra ſcribam, addita ſint ab antiquo quidem emendatore in Tuſco libro, ut alia permulta. Sunt autem hæc: εἰ μὴ ἄρα ἑτέρας πόλεως πολίτης ἐςίν, οὕτως δὲ ἐπάναγκές ἐςιν φυλάττειν τὴν προθεσμίαν, ſine quibus conſtat ſententia. Nunc vero recipienda eſſe videntur, ſed ſi cui illud videatur, habet, quod ſequatur. Majus mendum eſt in Baſilienſi libro in illis verbis εἰ καὶ τινὶ εἴδει παραιτήσεται ἢ τὶς χρώμενος. eſt enim ſcribendum παραιτήσεως ἢ, quod ex Politiani notis evenit.

*Sic autem neceſſe eſt, id tempus ſervare, ut quamvis ob allegationes liberatus ſit, liberum nonfieri eum, Divi Severus & Antoninus conſtituant. Idem jubent non valere alterius in ejus locum creationem, utpote cum datus ſit, cum non licebat, in ejus locum, qui erat adhuc tutor.*

Quæ ſequuntur habent non nihil difficultatis, ut vix mihi ſatisfaciam; ſed tamen opinor hoc ſignificare.

*Sufficit tamen intra tempus ſaltem adeſſe, & ſi poſtea invitus cauſam omiſerit, non erit præſcriptioni obnoxius. Unde ſi defunctorie adſit ſolum, neque permaneat ad allegandum, poſt tempus in præſcriptionem incidet.*

Sciendum eſt, quod Paulus ait libro II. ſententiarum [*a*] *quinquaginta dierum ſpatium tantummodo ad conteſtandas excuſationum cauſas pertinere. Peragendo enim negotio ex die nominationis continui quattuor menſes conſtituti ſunt.* Quamobrem ſiſtere ſe, & apud acta, aut per libellos excuſationem conteſtari oportet. Sed eo animo, ut poſtea excuſationem judici probet, non ut qualemcumque excuſationem alleget, eamque poſtea deſerat. Præſcriptio autem hoc loco eſt temporis exceptio, ut conſtitut. II. de excuſationibus. [*b*] Defunctorie adeſſe eſt eo animo adeſſe, ut levi eo ſiſtendi ſe actu, anſam ſe excuſandi habeat. Qua de re antea diximus. (*c*)

(a) L. Quinquaginta. *infra. eod.*

(b) L. 2. C. *de excuſat.*

(c) L. 2. *qui petant tutor.*

*Atque hoc*, inquit, *conſtitutione Imperatorum Severi & Antonini conſtitutum eſt. Sed ſi ob valetudinem adverſam, vel aliam neceſſariam cauſam, maris puta, aut hiemis, aut impetus latronum, aut alicujus ſimilis rei in tempore adeſſe non poteſt: veniam conſequitur. Cujus rei fidem facere ex ipſo naturali jure eſt ſatis: ſed tamen hæc eadem, Impp. Severi & Antonini conſtitutione continentur. Scire etiam oportet non ſufficere veniſſe quem ad jus dicentem, ſed opus eſt, ſpeciem excuſationis teſtari, quod ſi multas habet cauſas excuſationis, omnes proponet: ſin minus, ſimilis ei eſt, qui principio non venerit, quamvis venit is quidem, non tamen cauſas excuſationis dixit. Quinquaginta vero dies continui numerantur ab eo tempore, quo ſe datum eſſe cognovit. Una autem oportet teſtari excuſationem apud tribunal, aut alias apud acta, aut poteſt ſupplices libellós dare, ut idem Imperatores conſtituerunt. Hæc de his, qui obſervare debent tempus conſtitutum.*

Clara ſunt de his rebus Modeſtini verba, & non multum veteres interpretes ab ejus ſententia diſcedunt, niſi quod teſtatio hæc, quæ, cum ſe ſiſtit in judicio, fit, alia eſt ab excuſationis probatione, quod ex Paulo oſtendimus. Quamobrem, quod Ulpianus ſcribit, (*d*) *excuſare ſe tutor per libellos non poteſt:* ita intelligendum eſſe arbitror, ut ejus præſentia neceſſaria ſit: præſens libellis, aut voce uti poteſt. Acta dixi, quod Modeſtinus *hypomnemata* hic, & cap. XV. (*e*) barbarus interpres *ſubcommemorationes*, aut *depoſitiones.* Sed illud Theophilus ſub titulo de ſatiſdatione tutorum: (*f*) hinc *hypomnematographi* actorum ſcribæ in Theodoſii conſtitutione (*g*) & apud Strabonem lib. XVII. & Alciatum, & Budæum. (*h*) Deinde ait:

(d) L. Excuſare. *infra, eod.*

[e] L. Spadonem. §. Qui abſolutus. *eod.*

(f) *Theoph. inſt. de ſatiſd. tut.* §. Sin autem.

(g) L. Si quos. C. *de decur. lib.* 10. *ubi Alciat.*

(h) *Bud. l.* Moris. §. Solet. *de pœn.*

*Age vero de his videamus, qui huic tempori non ſubjacent. Qui non legitime tutores dati ſunt, hoc eſt a quibus non oportet, aut hi, quos non oportet, aut his, quibus non oportet, aut quo modo non oportet, ſi neque confirmabuntur, neque ſuſcipient adminiſtrationem: immunes ſunt. Neque eis obiicietur, quod conſtitutum excuſationibus tempus non ſervaverint: cum excuſare ſe eos non ſit neceſſe.*

Emendandus Hervagii liber eſt, ut φέρε σκεψώμεθα ſcribatur, non περι. Item ſcribendum eſt, ἢ ὑφ᾽ ὧν μὴ ἐχρῆν, ἢ οὗτοι οὓς μὴ ἐχρῆν, ἢ οἷς μὴ ἐχρῆν, ἢ ὃν μὴ ἐχρῆν τρόπον. Quæ Hervagii ſolius peccata ſunt. Vidimus ſimilem locum ſub titulo de confirmando tutore. (*i*) Sequitur poſtea:

[i] L. 1. *de conf. tut.*

*Ut ex infra ſcriptis conſtitutionibus apparet, quas exempli gratia ſubjeci: hæ enim ad omnes caſus trahi poſſunt.*

Subjecerat fortaſſe Modeſtinus aliquot conſtitutiones; ſed Tribonianus nobis unam reliquit latine ſcriptam in hunc modum:

DIVI SEVERUS & ANTONINUS *Auguſti Narciſſo. Ab avo materno tutor datus neceſſe non habuiſti excuſari, cum ipſo jure non teneris. Si igitur adminiſtrationi te non miſcuiſti, potes eſſe ſecurus.*

Addit Modeſtinus:

*Si*

*Similiter ſi non ſubditum juriſdictioni ſuæ magiſtratus tutorem, aut curatorem creaverint: ne hic quidem habet neceſſe tempus obſervare, ut ſi neque civis ſit, neque incola.*

Exſtat ea de re Diocletiani conſtitutio. (*a*) Incola autem eſt, qui in aliqua regione domicilium ſuum contulit, & ſi in ſuburbano habitet: (*b*) at qui in urbis agro, hoc eſt territorio, ut vocant, incola non eſſe urbis dicitur: (*c*) hæc enim mihi veriſimilior concordia videtur Pomponii ac Modeſtini.

(a) *L.* Neque a Præſide. *C. qui dare tutores.*
[b] *L.* Pupillus. §. Incola. *de verb. ſign.*
[c] *L.* Scire oportet. *ad munic. l.* 3. *C. de inc. libro* 10.

CApitis XIV. hæc ſententia eſt.

Idem *libro quinto excuſationum.* (*d*) *Libertum, cum de excuſatione tutorum, & curatorum loquimur, ſciendum eſt non ſolum patris pupilli, ſed etiam matris intelligi oportere; & cum de patroni liberis quærimus, ſcire oportet nos non in primo gradu eam appellationem ſtatuere, hoc eſt filium, filiam, ſed & ad nepotes ex eis, & cæteros poſteros producere.*

(d) L. Libertum. *de excuſ.*

Conſtat, ſenatum, auctore Divo Marco, cenſuiſſe a libertis ad tutelam, vel curam liberorum patroni, ſeu patronæ nullam excuſationem accipiendam eſſe: (*e*) niſi libertus minor eſſet, (*f*) quod antea dictum eſt. Liberos autem hic παῖδας appellat, cap. II. τέκνα: ideo mirandum non eſt, ſi addat, quod ex ſupraſcriptis elici poſſe videretur. Deinde:

[e] L. Libertos. *C. eod.*
(f) *L.* Non ſolum. §. Si libertus. *ſupra eod.*

*Ille quoque, qui jus aureorum anulorum impetravit, hac in re in eadem erit condicione, in qua cæteri liberti. Quod D. Antoninus Magnus reſcripſit.*

Originem eorum anulorum eleganter Budæus tradit: (*g*) & omnibus libertis ab Juſtiniano conceſſos eſſe, antea ſcripſimus. (*h*)

(g) *Bud. l. ult. de ſenat.*
[h] *Nov.* 78. *Auth. ut liberti dec.*

*Qui de ſua pecunia emptus, & manumiſſus eſt, nullo pacto cæteris libertis comparatur.*

Hac de re multa ſub titulo de manumiſſionibus tractantur (*i*) ob epiſtulam Divorum fratrum, qua ei neceſſario libertatem eſſe dandam dicitur.

(i) *L.* Is qui ſuis. & *ſeqq. de man.*

*Si plures liberti ſint: unus ex omnibus, patroni liberis tutor dabitur, & a tribus tutelis non liberatur.*

Hoc eſt, ni fallor, ut tres tutelæ ante ſuſceptæ eum non excuſent, neque earum aliquam dimittat; quod Dinus apud Albericum ſignificare videtur;

EXtremus noſtri operis actus ſupereſt, quo variis de rebus a Modeſtino tractatur, & initio ita ſcribitur.

Idem *libro ſexto excuſationum.* (*k*) *Spado creari poteſt tutor, neque enim habet excuſationem, ut conſtat ex conſtitutione Imperatorum Severi, & Antonini.*

[k] L. Spadonum. *de excuſ.*

Hæc conſtitutio extat in hæc verba: (*l*) IMPP. SEVERUS & ANTONINUS *AA. Aviolæ. Falſa ſuaſione credis, te, propterea quod ſpado ſis, immunitatem a tutela habere.* Spadonum appellatione & caſtrati, & non caſtrati continentur. (*m*) Sed frequentius pro non caſtrato accipitur, ut cum ſpadoni uxorem ducere, poſtumum heredem inſtituere, (*n*) & adoptare permittitur. (*o*) Caſtratum autem intellige vi exectum, non ut vulgo exiſtimatur, natura ſterilem, quod nos libro III. emendationum Theophilum (*p*) ſecuti tradidimus. Hoc loco generaliter hoc nomen accipio; neque enim video caſtratum excuſari. Deinde dicitur:

(l) *L.* 1. *C. eod.*
(m) L. Spadonem. *de verb. ſignif. l.* Si ſerva. *in fin. de jure dot.*
(n) *L.* Sed eſt quæſitum. *de lib. & poſtum.*
(o) *L.* 2. *de adopt.*
(p) *Theoph.* §. Sed & illud. *inſtit. de adopt.*

*Qui patri pupillorum promiſit ſe futurum tutorem, excuſare ſe hac tutela non poteſt, quamvis alias excuſare ſe jure poſſit.*

Juſtinianus totidem verbis ſcribit: [*q*] *Non excuſantur, qui ſe tutelam adminiſtraturos patri pupillorum promiſerant.* Idem Modeſtinus ſcribit:

(q) §. Item ſi propter. *inſtit. eod.*

*Scire oportet, dignitatem nemini præbere excuſationem. Unde ſi quis ſenator ſit, tutor erit etiam liberorum eorum, qui inferioris ordinis ſenatores ſunt. Idque Divi Marcus & Commodus reſcripſerunt.*

Hæc mea eſt in his rebus opinio, non ſatis certa tamen: ut ſenatorum multi ordines exiſtimentur fuiſſe eorum, qui in magiſtratu fuerant: Conſularium, Prætoriorum, Præfectoriorum virorum, item Clariſſimorum, Illuſtrium, Perfectiſſimorum, de quibus Pomponius ſcripſiſſe exiſtimandus eſt ſub titulo de ſenatoribus. (*r*) *Qui indignus eſt inferiore ordine, indignior eſt ſuperiore.* Itaque arbitror, nullum ſenatorem a ſenatoris filii tutela excuſare ſe poſſe, & ſi ipſe in majore dignitate ſit, quam pupilli pater. Modeſtinus tamen obſcure locutus eſt, & aut ſenatores non ſenatorum filiis tutores dari poſſe, aut ipſis ſenatoribus minoribus dicere videtur, quorum neutrum placet: neque enim pupillos ſenatores fieri poſſe exiſtimo; neque, cum poſtea dicatur liberandum a tutela eſſe, qui ſenator factus eſt, credo non ſenatoribus ſenatores eſſe poſſe. Quæ tamen ſententia vera ſit, doctiſſimi quique viderint, nos cætera perſequamur.

(r) *L.* 4. *de ſenat.*

*Si vero quis cum tutor, aut curator eſſet ejus filii, qui neque ſenator, neque in alia dignitate eſſet, poſtea ſenator fiat, perpetuo ab onere liberatur. Sin autem qui ſub ejus tutela, aut cura ſunt, liberi ſint ſenatoris, non liberatur a tutela. Qui inferioris ordinis eſt, non excuſatur a tutela majorum.*

Hæc etiam eandem interpretationem recipiunt. Neque locus eſt his, quæ ſub titulo de tutoribus & curatoribus datis Accurſiani exiſtimant, (*s*) ſenatores non ſenatoribus, & non ſenatores ſenatoribus tutores dari poſſe. Sunt enim illa de decurionibus a Modeſtino ſcripta, ut illic ſcripſimus. Idem ait:

[s] *L.* Et qui non ſunt. *de tut. & cur. adm.*

*Neque librarios, neque calculatores, quos diapſephiſtas dicunt, habere immunitatem ſacris conſtitutionibus dicitur.*

Quarta quidem ſub titulo de profeſſoribus & medicis ita ſcriptum eſt: [*t*] *Oratione Divi Pii liberalium ſtudiorum profeſſores, non etiam calculatores continentur.* Ulpianus quoque

(t) *L.* Oratione. *de prof. & med. libro* 10.

UNED

que ſcribit, (*a*) *librariis*, *& notariis*, *& calculatoribus ſive tabulariis*, *& cæteris opificibus aut artificibus*, *qui in artificio*, *quod extra litteras*, *aut notas eſt*, *verſantur*, *Præſidem extra ordinem jus non dicere.* Sunt autem librarii librorum ſcriptores, aut aliorum ſcriptorum (*b*) notarii, qui notis quibuſdam dictata ſcriberent, (*c*) cujuſmodi ſunt, quæ *ſigla* Juſtinianus appellat, [*d*] de quibus Probus, & Diaconus ſcribunt. Scribæ, aut tabularii, qui magiſtratibus aut civitatibus in publicis, aut privatis negotiis cautiones, acta, & rationes conſcriberent, hos ſervos publicos appellatos ſcimus, quod ſervi fuiſſent [*e*] ante, quam id fieri Arcadius vetaret conſtitut. III. de tabulariis ſcribis, holographis, & cenſualibus (*f*) quæ in Theodoſiano quoque libro extat, (*g*) hodie tabelliones appellantur: ſed his rationem tabulæ nullæ committuntur, ut tabulariis. (*h*) Calculatores a calculis ducendis dictos arbitror, non geometras, ut Accurſius, & Albericus exiſtimant, ſed qui rationibus conficiendis adhiberentur. Cicero ad Atticum libro VIII. *Quare nunc ſaltem ad illos calculos revertamur*, *quos tum abjecimus.* Sic in Zenonis conſtitutione (*i*) cum judices multam L. librarum auri publicis calculis inferre coguntur, rationes publicas intelligimus, & cum de errore calculi tractatur. Pro tabella quoque judicis, & ſententia uſurpatur, (*k*) ſed nuſquam elegantius, quam a Juſtiniano ſub titulo de judiciis. [*l*] *Cui enim*, inquit, *non eſt cognitum*, *antiquos judices non aliter judicialem calculum accepiſſe*, *niſi prius ſacramentum præſtitiſſent*, *omnimodo ſeſe cum veritate*, *& legum obſervatione judicium ſuſcepturos?* Significat autem veteres illos judices, qui ante C. Cæſarem ex equeſtri, aut aliis ordinibus ſortito dabantur, a Græcis calculus ψῆφος appellatur, quo verbo pro ſententia Modeſtinus eſt uſus cap. XIII. (*m*) Eodem in rationibus utebantur, unde *diapſephiſtæ* dicti, quo nomine calculatores appellat, ab eodem verbo *pſephiſmata* appellata ſunt, de quibus antea ſcripſimus. [*n*] Calculatoribus & librariis pueris veteres uſos Ulpianus ſcribit: (*o*) *Impuberis quoque*, inquit, *miniſterium eſt*, *ſi forte vel librarius*, *vel nomenculator*, *vel calculator ſit*, *vel hiſtrio.* Eſt autem illic nomenculator, qui civium nomina teneret, quo ſervo qui magiſtratum peteret, aut cum populo ageret, utebatur, de quo etiam Venulejus libro VII. actionum ſcribit: (*p*) *Poteſt tamen & impubes operas dare*, *veluti ſi nomenculator ſit*, *vel hiſtrio.* Cicero pro Murena: *Quid? quod habes nomenculatorem? in eo quidem fallis*, *& decipis*, *nam ſi nomine appellari abs te cives tuos honeſtum eſt*, *turpe eſt eos notiores eſſe ſervo tuo*, *quam tibi.* Sed hæc alii nota omnibus fecere, quæ in Accurſianis libris mendoſa habebantur. Deinde Modeſtinus ſcribit:

*Jam vero Judæi quoque non Judæorum tutores erunt*, *quemadmodum cætera munera ſubeunt. Namque eos conſtitutione ſolutos eſſe volunt ſolis illis rebus*, *per quas ſuperſtitio eorum pollui videatur.*

(a) L. 1. §. Jam & librariis. *de extraord. cogn.*
(b) L. Si librarius. *de div. reg. jur.*
(c) L. L. Titius. *de teſtam. mil.* *l.* Quotiens. *de her. inſt.*
(d) L. 1. *& 2. in fin. C. de vet. jur. enucl. & in proœm. Dig. in fin.*
(e) L. 2. *C. comm. de legat. l. 2. C. de adopt. l. 2. rem pupilli.*
(f) L. 3. *C. de tabul. lib.* 10.
(g) *L. un.* C. *Theod. de tabul.*
(h) *L. ult. ſi menſ. falſ. mod. & interpr.* C. *Theod.*
(i) *L. un.* C. *ut omn. jud.*
(k) L. Si actor. C. *de apt. l.* 4. C. *de auct. præſt.* *c.* Per tuas. *de app. c.* Inſinuante. *de off. deleg.*
[l] *L.* Rem non novam. *in princ.* C. *de jud.*
(m) *L.* Scire oportet. *in princ. ſup. eod.*
(n) L. Si duas.
(o) L. Ut jurisjurandi. §. Dabitur. *de operis libertorum.*
(p) *L. ult. in fin. de lib. cauſ.*

Ulpianus libro III. de officio Proconſulis ita ſcribit: (*q*) *Eis*, *qui Judaicam ſuperſtitionem ſequuntur*, *Divi Severus & Antoninus honores adipiſci permiſerunt. Sed & neceſſitates eis impoſuerunt*, *quæ ſuperſtitionem eorum non læderent.* Sic enim arbitror ſcribendum, non *qui*, ut Florentiæ eſt. Nam quod *Severus* non *Verus* ſcribamus, ut Alciato præceptori placuit, (*r*) quem Haloander ſecutus eſt: Tuſcus liber facit, & quod cap. VI. ſcripſimus, Divos fratres Antoninum & Verum appellari, Severum & Antoninum patrem & filium eſſe. Neque præpoſtere hæc nomina uſurpari poſſe puto, ut Verum & Antoninum dicamus, aut Antoninum & Severum, ut in Conſulibus appellandis non licebat M. Craſſo, Cn. Pompejo Coſſ. aut Bibulo & Cæſare dicere, ſed Pompejo & Craſſo, Cæſare & Bibulo Coſſ. Illa quoque in re a præceptore diſſentio, quod Judaicam ſuperſtitionem chriſtianam interpretatur. Namque arbitror ipſam illam conſtitutionem a Modeſtino hoc loco referri, & eadem appellatione Juſtinianum uſum ſcio ſub titulo de hæreticis. (*s*) Deinde ait:

*Rationes civitatis ne pro una quidem tutela proſunt.*

Hæc λογεῖαι græce appellantur, unde *logiſtæ* & *logographi*, de quibus docte idem præceptor ſcribit, (*t*) & eum ſecuti Budæus, (*u*) & Pyrrhus.

*Liberti uxorum ſenatorum*, *quamvis eorum res agant*, *a tutela non liberantur*, *eſt enim id ſolis ſenatorum libertis conceſſum.*

Unus ſenatoris libertus, qui patroni negotia gerit, tutelarum vacationem habet ex Gordiani conſtitutione: (*x*) niſi jus aureorum anulorum impetraverit. [*y*]

*Magiſtratus municipalis*, *hoc eſt* στρατηγός, *ſi ob creationem tutoris obligatus ſit tutelæ periculo: eam tutelam cum aliis non computat*, *quemadmodum neque fidejuſſor tutoris*, *neque tutor honorarius.*

Horum periculum pro tutelis non haberi, ut in tribus numerentur, ſcribit Ulpianus libro ſingulari ad orationem D. Antonini & Commodi. (*z*) Ex quo loco, ut cap. VI. ſcripſimus, cognoſci poteſt, hic de municipalibus magiſtratibus tractari, qui ſubſidiaria conveniuntur. Dicet aliquis hos ipſos magiſtratus a tutelis vacare capite VI. ſcriptum eſſe. (*aa*) Sed fortaſſe hæc excuſatio Romæ allegabatur, ut municipalis magiſtratus pro una tutela haberetur, quo pacto intelligi poſſe dicebam Ulpiani reſponſum; (*bb*) quod Accurſiani non improbant. Quæ res non eſt ſine difficultate.

*Qui vectigalia a civitatibus conduxerunt*, *a tutela non excuſantur. Is*, *qui plures cauſas excuſationis allegare poteſt*, *quarum per ſe unaquæque valida non eſt*, *quæſitum eſt*, *an poſſit excuſari? ut ſi neque LXX. annorum eſt*, *neque tres tutelas habet*, *neque quinque liberos*, *neque alia ratione ſe excuſare poteſt: attamen tutelas*

du-

(q) L. 3. *in fin. de decur.*
[r] *Alciat. l.* Quidam ignaviæ. C. *de decur. lib.* 10. *& lib.* 3. *cap.* 8. *Diſpunct.*
[s] *L.* Quoniam multi C. *de heret. ſic c.* Auguriis. 26. *q.* 5. *& c. Judæi.* 28. *q.* 1.
[t] *Alc.* C. *de tabul. lib.* 10. *ubi Pyrr.*
(u) *Bud. l. ult. de mun.*
[x] *L.* Ne ſenatorum. C. *eod.*
[y] *L.* Cum ex oratione. *infra eod.*
(z) *L.* Si quis tutor. *de ritu nuptiar.*
(aa) *L.* Si duas. §. Tutela. *infra eod.*
(bb) *L.* Propter. *infra*, *eod.*

UNED

*duas habet, liberos duos, annos ſexaginta natus eſt, aut ejuſmodi alias cauſas ſe habere dicit, quæ per ſe quidem perfectum auxilium non ferunt, tamen ſi inter ſe conjungantur, non injuſtæ eſſe videantur: ſed tamen placuit non excuſari.*

Extat hac de re Severi & Antonini conſtitutio, [*a*] qua dicitur: *Imperfectæ diverſæ ſpecies vacationis licet permixtæ, ad excuſationem non proficiunt*, eumque, qui duos filios habeat, & duas tutelas adminiſtrat, excuſationem non mereri. Et Ulpianus libro II. opinionum ſcripſit: (*b*) *Quamvis ſexaginta quinque annorum aliquis ſit, & tres liberos incolumes habeat: a muneribus tamen civilibus propter has cauſas non liberatur.* Quod vero hic de quinque liberis dicitur, provinciale eſt: namque Romæ tres, in Italia quattuor excuſant. (*c*)

[a] *L. un. C. qui num. tut.*

[b] *L. 1. de vac. & exc. mun. in fin.*

(c) *L. 1. C. qui num. lib. in princ. inſt. de excuſ.*

*Qui accepit, aut habet immunitatem civilium aut publicorum munerum, is a tutela vacationem non habet.*

Hanc ſententiam capite VI. interpretati ſumus.

*Qui tutela aut cura liberatus eſt, non ſemper eiſdem actis utetur ad excuſationem alterius, niſi maneant cauſæ excuſationis.*

Nam ſi ſe LXX. annis majorem probavit, uti eadem excuſationis probatione, & actis poteſt: ſi vero tres liberos Romæ habere oſtenderit, probare debet etiam tum vivere: cum mortui non excuſent, niſi in prælio occubuerint. (*d*)

*Is, qui ſe ignotum eſſe dicit patri, aut matri pupilli, ea de cauſa liberandus non eſt.*

Id a Divis fratribus reſcriptum eſſe, Juſtinianus libro I. inſtitution. [*e*] ſcribit.

[d] *Inſtit. eod. in fin. princ. l. 2. l.* Bello. *eod.*

(e) §. Non eſſe. *inſtit. eod.*

*Interdum etiam is, qui tres tutelas habet, aut tres curas, non habet juſtam cauſam excuſationis, ut puta ſi quis, ut tutor fieret, adfectaverit; atque is, qui pauper eſt tutor, adfectaſſe videtur.*

Hoc ſolus Nicolaus Neapolitanus intelligere viſus eſt, nam cæteri *tenues tutelas* interpretantur. Inſeritur hoc loco Ulpiani ſententia a Triboniano, ut opinor, in hunc modum:

*Ulpianus libro ſingulari de excuſationibus ita ſcribit. Si quis inter tres tutelas emancipati filii ſui tutelam adminiſtret, an ei hæc in numerum procedit,* [*f*] *ſcio dubitatum: invenio tamen reſcriptum, emancipatæ filiæ tutelam numerari inter onera oportere.*

[f] Procedet. *forte.*

Hæc ita latine ſcripta ſunt, reperta, ut arbitror, in eodem libro ſexto Modeſtini poſt alia. Deinde græce ſcribitur:

*Si quis creatus eſt tutor, cum in patris poteſtate eſſet, neque pater velit pro eo cavere, jubent leges etiam patrem tutorem creari, ne ullo modo tutelæ cautio differatur, ut ex D. Hadriani conſtitutione conſtat.* IMPERATOR HADRIANUS *Bitraſio Pollioni Legato Lygdonenſi. Si Clodius Macer, quamvis filiusfamilias ſit, idoneus tutor eſſe videbitur, pater autem ejus idcirco cavere non vult, ut filium ſuum tutela eximat, & in hoc artificio perſeveraverit, exiſtimo te huic fraudi recte occurſurum, ut & filius & ipſe ad tutelam liberorum Clementis gerendam compellantur.*

Hoc reſcriptum in multis libris eſt ad finem libri XXVI. propterea quod ea, quæ adhuc interpretati ſumus in veteribus libris in calce voluminis totius ſcribebantur, hoc reſcriptum, & quæ poſtea latina ſunt ſub titulo de excuſationibus manebant, niſi quod reſcriptum multi ante titulum ſcripſerunt. Poſteri vero cum barbaram interpretationem in contextum cæterorum capitum recepiſſent, utroque loco eam conſtitutionem poſuerunt. Et hac ratione factum eſſe arbitror, ut Azoni magni nominis interpreti adventicia hæc eſſe exiſtimarentur, (*g*) ac auſus is ſit fidem huic reſcripto abrogare. Qui non minus hac una in re fallitur, quam in cæteris præſtare ſolet. Hæc ſunt quæ mihi de Modeſtini libris videntur, in quibus ſi quid Græcæ linguæ ignoratione erramus, in qua non magnos progreſſus ſtudiis civilibus impediti fecimus: aut ſi in cæteris rebus, quas varie adverſus multorum ſententiam ſcribimus, fallimur: admoneri me vehementer cupio.

(g) *Azo in ſumma. C. quod cum eod. Alb. hic.*

AN-

# ANTONII AUGUSTINI
## AD LÆLIUM TAURELLUM, ET TAURELLI AD AUGUSTINUM
## DE MILITIIS EX CASU
### *EPISTOLÆ.*

### ANTONIUS AUGUSTINUS
### LÆLIO TAURELLO
### S.

TAm frequens eſt militiæ in jure mentio, ut licet alia multa ſint, quæ me ignorare
fatear, tamen hoc ipſum turpe putem neſcire me confiteri. Sed ſive hoc mea ſolum
culpa accidit, ſive habent etiam nonnullam noſtri interpretes ac præceptores, ope-
ram dato, mi Læli, ut quod illorum, aut [ quod exiſtimo ] mea negligentia peccatum eſt, id
tu tua doctrina ſuppleas. Dubito autem in primis cujuſmodi illud genus militiæ fuerit, quod
EX CASU appellatum eſſe Juſtinianus ait, Novella 53. & 97. Quodque huic quæſtioni proxi-
mum eſt, quæ ſint illæ militiæ, quas alienare licebat: neque enim omnes poſſe, dicitur illic,
& Conſtitutione 5. Qui militare non poſſunt. Sed ut prior ipſe dicam quod ſentio, exiſtima-
bam aliquando ejus generis eſſe has, cujus illæ, quæ a Tranquillo dicuntur a Cl. Cæſare in-
ventæ, uti imaginario quodam militiæ genere abſentes fungerentur. Idque eſſe credebam, cur *L.11.17. de re jud.*
vera illa & legitima militia armata diceretur. *Miles*, inquit Ulpianus, *qui ſub armata mili-
tia ſtipendia meruit, condemnatus eatenus, qua facere poteſt, cogitur ſolvere.* Et alibi cre-
bro; quod aperte dici videtur Juſtiniani conſtitutione: *Argenti*, inquit, *diſtractores ar-
mata quidem militia abſtinere ſancimus: aliam vero quamcumque ſine metu præſentis ſan-* *L.1. negotiat. ne mil.*
*ctionis poſſe ſibi acquirere.* Et hoc pacto interpretabar caput illud, quo omni militia ſervi
prohibentur. Nam de inermi quoque hac & togata militia Marcianum illic locutum, ex Ul-
piano apparet: *Si ſervo alieno militia relinquatur, an domino quæratur legatum, quæritur:* *L. 11. de re milit.*
*& aut ſcit ſervum eſſe, & dico*, inquit, *æſtimationem deberi: aut ignoravit, & denega-* *L.11. de leg. lib. 3.*
*ri fideicommiſſi perſecutio debet: quia ſi ſciſſet ſervum, non reliquiſſet.* Legari autem poſſe,
aut hæredibus relinqui aliquas ex his, multis locis dicitur. Sed hoc tamen mihi ſcrupulum iniicie- *L.31. de leg. lib. 2. l. ult. C. de pign.*
bat: item illud, quod vendi, pignorique obligari quædam poſſunt: ut cum hæc in armatis ca-
dere non poſſent, crederem has non eſſe Claudianas illas militias, niſi forte paulatim in eam
corruptionem ventum eſſe opinemur: nam & illud armatarum habere videntur, quod ſeptimo
decimo anno minoribus neutras habere licebat: ſic enim interpretor apud Scævolam, quod alu- *C. de leg. lib. 3. 2. de minorib.*
mno præcepit militiam illam, cum per ætatem liceret, ex Ulpiano libro II. ad edictum. His au-
tem conjecturis ducebar aliquando ut crederem, nomen harum militiarum *ex cauſa* potius, quam
*ex caſu* fuiſſe, ad illius miſſionis ſimilitudinem, quæ cauſaria dicitur eidem ad edictum de his
qui notantur infamia, tum Macro de re militari, & aliis. Qua tamen in re ſententiam tuam *L.2. de his qui not. inf. L. 13. de re mil.*
expecto. Item illud, ut cures ex Marcianis novellis hunc mihi ſcrupulum evellere. Jam vero *Nov. 54.*
illud ſcire velim, quorum ſtipendiis inermes hi milites militaverint. Juſtinianus enim ait, *L.52. de act. empt. C. de leg. lib. 3.*
principum liberalitate eos meruiſſe. At Scævola, a neſcio quo deberi ſalarium. In introitu

certe commilitonibus aliquid ſolere præſtari, ab eodem ſcriptum video, quod & Conſtitutione VII. De proximis ſacrorum ſcriniorum adgnoſco, ſub quo titulo ultima conſtitutio indicare videtur Palatina officia, quæ nonnumquam illis libris militiæ appellantur, vendi ſucceſſoribus ſolere. Hæc mihi cui cui modi ſunt, probabiliora eſſe videbantur aliorum interpretationibus, de quibus ſcire cupio quid ſentias: de ea præſertim re, quam Zaſius & Viglius ab Haloandro dictam probant: ut quæ hodie barbaro nomine Feuda appellant, militias fuiſſe credant; neque enim illos milites, clientes ejuſmodi, aut tam lata prædia habuiſſe crediderim. Vale. *Bononiæ*, *VII. Calend. Novemb. MDXLII.*

---

## LÆLIUS TAURELLUS
## ANTONIO AUGUSTINO
## S.

FAcis tu quidem, Antoni Auguſtine, & modeſte, & amanter, cum me de militia compellas, in utramque (ut dici ſolet) aurem dormitantem, ſed qui interpretes noſtros idcirco nihil magnopere, quod ad eam rem explicandam faceret, tractaſſe exiſtimo: quod ſupervacuum & inane crediderunt in id incumbere, quod nullius fere compendii futurum eſſet; cum jam inde a Bizantiis principibus militiæ id genus obſoleverint; neque enim verendum eſt adſecuturos fuiſſe illos, ſi quid forte & nos poſſumus: cum & doctrina, & ingenio pollerent: neque adeo difficile videri debuerit, ut valde aliorum auctorum ſi quod ſperari poſſet ſubſidio indigerent extra Principum conſtitutiones, quas adſidue verſabant. Nec te, qui diligentiſſime (ut video) rem pertractaſti, latere arbitror, de ea quid adfirmari poſſit. Sed ſuaſit tibi modeſtia tua, potius quam proprio judicio acquieſcere, alienum experiri: meum vero vt eligeres, quo me amore proſequeris. Itaque re aliquanto accuratius animadverſa, fere hujuſmodi erat quod reſponderem. Quæſiſti cujuſmodi eſſet illud militiæ genus, quod Juſtinianus *ex Caſu* appellatum ait: ac num potius *ex cauſa* dicendum eſſet, ad imaginem cauſariæ miſſionis. Rurſus quæ militiæ eſſent, quas alienari liceret. Demum quorum ſtipendiis alerentur, quod Juſtinianus Principum liberalitate adfirmet. At Scævola a quodam alio debitum ſalarium ſcribat: nam quod ingreſſu nonnihil commilitio præſtandum eſſet, eodem auctore, nec non Valentiniano & Marciano Auguſtis, rectiſſime cenſes. Sed & Palatina officia, quæ nonnumquam poſtremo Juſtiniani Codicis libro militiæ appellantur, vendi ſucceſſoribus ſolere, ex quadam ejus conſtitutione arbitraris: tum quid ſentiam de ea re, quam quidem probant, ab Haloandro in medium adductam, Feuda, quæ vulgo dicta ſunt, militias fuiſſe; quod tu non arbitraris: neque enim exiſtimas, illos milites clientes ejuſmodi, aut tam lata prædia habuiſſe. Ad quæ reſponſuro mihi præfari libet, hunc militiarum morem ita vetuſtum eſſe, ut Imperator ipſe illarum de hypotheca retractaturus, ex priſcis temporibus repetendum crediderit. *Eam*, inquit, *cauſam paulo altius & diffuſius contemplantes*, *cognovimus quod priſcis temporibus in militiis non hipothecæ ferebantur*, *ſed obſoleta quædam*, *& prorſus ex uſu ſublata nomina.* Et tamen paulo ante dixerat, manifeſtas eſſe militias, quæ vendi, aut pignori opponi poſſent. An manifeſtas fuiſſe dicemus ejus ætatis hominibus, utpote quæ in palatii ac fori luce verſarentur? perinde atque hodie, ſi quis diceret manifeſtas eſſe has Romanæ aulæ militias, quæ officia appellant. Et hæ tamen ſi poſt aliquot annos perirent [ ut Conſtantinopolitanæ illæ perierunt ] porro ejus ſæculi, quod ſuccederet, populis vix compertæ eſſent, quamquam hodie cum earum omni natura & reditu notiſſimæ. An credendum potius, manifeſtas eſſe militias dixiſſe Principem ex ſui Codicis & Digeſtorum libris? quî fit enim, ut agitatis ſæpe quæſtionibus earum de imputatione in quartam, de hypothecis: de his qui pluribus mererent ſingulis, & ubique partitionibus adhibitis, eſſent ex his, quæ diſtrahi poſſent, necne: obſcurum eſſet id ipſum, neque omnino legibus definitum? Proinde Accurſius Florentinus, ſi ejus temporum incommoda ſpectes, non levi honore proſequendus, quamvis eo loco nihil cenſeat, ad aliam tamen ejuſdem Principis conſtitutionem ſcribens innuit, militantes in ſacris ſcriniis alienare poſſe ſuas militias in eos, qui ultra ſtatutorum numerum eſſent: dum ſic habentem Valentiniani & Marciani conſtitutionem ciet. Cujus ego conſtitutionis inſcriptionem errore librariorum corruptam ut rear, facit quoddam ejus capitulum Theodoſio & Valentiniano a Zenone adtributum, de quantitate pro ſolatio (ut ait) vel ſuffragio proximi definita: quam & te animadvertiſſe ſcribis, non ſuos auctores habere. Hu-

*Nov. lib.* I.

*L.*52.*de act. empt.c.* dele. *tert.* 7. *C. de prox. ſacr. ſcrin.*

*I. ult. eod. tit.*

*Nov.* 54. 5.

*L.*30. [illegible]*. de inoffi.* [illegible] *teſt. ult. de pig.* 5. *qui mil. non poſſ.*

*L.* 5. *qui milit. non poſſ.*

*L.* 12. *de proxim. ſacr. ſcrin.* 11. *eod. tit.*

Hujus in eo genere oculatiſſimi opinionem recipi poſſe crediderit, ſi quis illa principum verba, *In Deficientium Saturorum Locum*, late intelliget quovis modo illi defecerint, ſive morte, ſive neceſſaria quadam cauſa, ſive etiam voluntaria abdicatione. Quibus poſtremis caſibus ex ea lege dicemus, alienationem in eos, qui ſupernumerarii vocantur, permiſſam. Quod ſi morte defeciſſent, quantitas ex ea conſtitutione Proximo ſacrorum ſcriniorum offerenda, ex Zenonianæ legis præſcripto in hæredes, ſucceſſoreſque, aut filios, vel creditores defuncti conferri debuiſſet: his, quæ de pecuniis Melloproximo & adjutoribus erogandis ſtatuta eſſent, item & proximo cæteris deſiſtendi modis, ad prioris ſanctionis tenorem manentibus. Hanc ego ſententiam ab eo, quod vero ſimillimum ſit, non abhorrere arbitror: neque enim *deficientium* vocem ad mortem duntaxat ſignificandam adjectam reor: nam & alias eam generalius accepiſſe Juſtinianum conſtat, cum de caducis ageret, onereque a deficientis perſona collato. Quæ ſententia & ejuſdem verbis de Quæſtoris adjutorum numero tractandis adjuvatur: *Donec exeuntibus*, inquit, *ſingulis ac recedentibus*, *decreſcere poſſit vetita conglomeratio.* Item: *Viris devotis adjutoribus deſiſtentibus eodem officio*, *cum ad Laterculenſis gradum provecti fuerint.* Item alibi: *Nam his licere deſiſtentibus ab adjutoris officio alios pro ſe, quos voluerint*, *ſubrogare.* Et paulo poſt: *Illos etiam adjutores poſſe in ſuum locum alios inducere*, *qui per aliquem fortuitum caſum minus implere ſuum officium valeant*: *veluti ſenium*, *vel morbum*, *vel aliam neceſſariam cauſam.* Quem locum valde pertinere arbitror ad id, quod primo loco quærebamus, demonſtrandum, quænam eſſet ex caſu militia appellata: *Qui per aliquem*, inquit, *fortuitum caſum minus implere ſuum officium valeant*: ut ea ſit ex caſu militia, quam in alios transferri liceret, ex neceſſaria tantum cauſa per fortuitum caſum imminente. Nec movet, quod ejuſmodi ſubrogationem de cætero indebitam legimus, præterquam ſi Quæſtoris adjutores ad tria ſcrinia ſubvehantur: nam hiſce ipſis adjutoribus vetitis, cæterarum militiarum ſubrogationem permiſſam credimus, cum vetitam non legerimus, & his ipſis ad ea ſcrinia tranſeuntibus, jus inconcuſſum manet. Quam facultatem, ipſam etiam *ex caſu* appellatione cenſeri exiſtimo, vocabulo a quibuſdam caſibus ad omnes tranſlato; neque enim minus fortuito accidiſſe dici poteſt, quod ex ea provectione, vel ad ſtatutorum numerum fieret, ſiquidem ea procederet ex ſacra dumtaxat probatoria: quod Theodoſius & Valentinianus decreverunt, & quod a Principis nutu pendet, caſui plerumque adſcribi ſolet. Quapropter mihi fere perſuaſum eſt, ut omnibus, qui publicarum civilium militiarum ad principis aulam pertinentium, vel ab illis dependentium jure cenſerentur, ex fortuito caſu impeditis, liceret ſui loco alios ſubrogare: demptis modo Quæſtoris adjutoribus,

L. 1. de cad. toll.

L. 13. de prox. ſacr. ſcrin.

L. ult. eod. tit.

L. 43. de prox.

L. pen. ult. de diverſ. off. 11. de evict.

præterquam ſi ad tria ſcrinia hi tranſirent: omneſque hujuſcemodi ſubrogabiles militias ex caſu appellari. Licere enim per leges dici ſolet, & ſi non expreſſim permittant, dum hæ non prohibeant: tum & ipſa Novella quoque conſtitutione declarari hoc videtur; nam *manifeſtæ ſunt*, inquit, *militiæ*, *quæ vendi*, *aut pignori opponi poſſunt.* Et mox: *Militiæ*, *quæ ex caſu vocantur*, *non cuivis temere hypothecæ nomine opponantur*: ac ſi ex ſuperioribus dixiſſet: priſcis temporibus nequaquam in militiis, quæ vendi, aut pignori opponi hodie poſſunt, hypothecæ ferebantur: hodie autem quæ ex caſu vocantur (nimirum quas jam dixerat, vendi, aut pignori opponi poſſe) non tamen temere cuivis hypothecæ ſubſignari poſſe volumus: ſed eo qui ſequitur ordine. Quo quidem ordine cum haudquaquam ipſas militias limitet, quas vendi, aut ſupponi poſſe dixerat, ſed perſonas dumtaxat certa ſerie digerat: non obſcure ſignificatum relinquit, eaſdem militias ex caſu vocatas, quas vendi, aut pignori poni poſſe dixerat. Hoc idem & exceptione, quæ de privilegiis Silentiariorum ſubſequitur, ſuaderi poteſt: qua ſatis conſtet, & ſilentiariorum (quod alibi teſtatum eſt) eſſe militiam, & inter eas, quæ ex caſu vocantur, connumerari; quinimo & vendi quoque, & pignori opponi poſſe. Cæterum quid exceptu opus fuiſſet? nam nec alia privilegia Silentiariis eo loci reſervata ſunt, quam quæ ſpecialiter eis conceſſa eſſent, inter quæ ne ſuas ipſi militias transferrent, non legimus: neve in filios, aut creditores hæ tranſirent, ſed id ſolum ut jure caſtrenſis peculii quæſita poſſiderent, neque conferrent, neque ſibi imputarent in legitimam portionem. Quæ collatio, & imputatio & in cæteris militiis locum habuit aliis ſanctionibus, quæcumque tamen vendi poſſent, aut ſi qua ex his pecunia in heredes tranſmitti, quo etiam loco Silentiariorum excipiuntur militiæ. Quid ni igitur dicimus, eas & vendi potuiſſe? Quin & pignori ſupponi magnum argumentum eſt, quod cum ab imputatione in legitimam portionem exceptæ fuerint, ab hypothecis tamen exemptæ non fuerunt altera conſtitutione, & quidem eodem Imperatore II. Conſule, Calendis ejuſdem menſis, atque adeo ſimul edicta. Quas equidem a nexu excipiendas fuiſſe arbitrarer, veluti & ab imputatione remotæ fuerunt, ſi & ab hypotheca exemptas voluiſſet: cum præſertim hac parte ſpecialiter privilegio ſuffultæ non eſſent. At ille potius quam maxime potuit lato vocabulo uſus, & has incluſas voluit: & pecunia adquiri, & ſubſignari. Nam *quamcumque militiam negotiatores adquiſierint*, ait. Quinimo & ut inter ſtatutos referatur pecunia, quæri poſſe palam eſt & Zenoniana, & alia Novella conſtitutione; & cum id ſit, caſum factum dici, hoc ipſo loco; ſic enim interpretor ea verba *Caſu Facto*: illo nempe ex caſu inter ſtatutos relato, vel militia indepta: non autem pro eo, quod ſit obligatione commiſſa: nam id nequaquam exprimi cautione opor-

L. 28. qui ex cauſ. maj. 7. C. de rel. Nov. 54. 5.

L. ult. de ſilent.

L. 30. de inoff. teſt. L. 20. de coll.

L. ult. de pign.

L. 11. de prox. ſacr. ſcrin. Nov. 97. 3.

oportuit: neque creditori expediens fuerat, ut obligationem ſuſpenderet dies, aut conditio: cui res ut quam tutiſſimo loco eſſet, hortatur princeps expreſſim inſtrumento pactum adſcribi.

*L. ult. de prox. ſacr. ſcrin.*

Inter ſtatutos autem referri, Accurſianam ſcilicet illam conſtitutionem reſpicit. Qua mutua locorum collatione apparet, & eam ad ſtatutos, numerarioſque ſubrogationem pecunia fieri, & ex caſu appellari. Quam tamen venditionem, non ego abſolutam illam, & liberam intelligendam arbitror: ſed certis limitibus circumſcriptam emolumento quodam percepto, transferendi facultatem, quam nonnumquam æquo laxiorem fuiſſe ſtomachatur Imperator, ac in poſterum quibuſdam prohibet: veluti & in hæredes tranſmiſſionem non paſſim, ſed ſub certa diffinitione: ac plerumque non ipſam militiam, ſed certam pecuniam, legimus.

*L. ult. eod. tit. ult. de pign. 30. de inoff. teſt.*

Nam quod ad eas militias attinet, quæ apud Juriſconſultos & legari, & emi leguntur, vix eſt ut ad Palatinas haſce referri exiſtimem: aut apud Juſtinianum unquam dubitatum, quin & vendi, & transferri, & ſubſignari poſſent: conferrique & imputari, ſicut & cætera, quæ in commune hominum commercium veniunt, utpote quæ extra Romani Principis codicillos, aut probatorias privatim corporum, aut municipiorum jure cenſerentur: non publico ad populi Romani jus relato, quod infra exequar.

*L. 15. 16. 17. de verb. ſign.*

Nec me latet, tribum quoque Liberto emendam, legatam fuiſſe apud Scævolam, quam ipſam cum ejus heres clariſſimus vir, atque ideo nihil ea empta opus habens, jam conſequi non poſſet, æſtimationem ejus, ac quidquid præterea commodorum & liberalitatium in diem mortis libertus conſecuturus fuiſſet, petere eum poſſe reſpondit.

*L. 34. de legat. 3.*

Enimvero eam tribum non ex his de quibus ſermo eſt, militiis fuiſſe cum Accurſio ſentio, ſed ad eas tribus pertinere, in quas urbem Romam diviſam conſtat, initio unam & triginta, deinde & ſupra quadraginta: ut ex ſecundo & ſexto, nec non & ſeptimo, nono, ac decimo Titi Livii libris colligere eſt, cujus demum ætate ad quinque & triginta redactæ eſſent, ut primo ejus libro in actis Servi Tullii regis proditum eſt. Porro & tribulibus pecuniam dividi conſueviſſe, notum eſt: unde & diviſores dicti, de quibus multa Budæus diſſeruit ad legem Juliam de ambitu: ſic diviſores omnium tribuum noctu ad Senatorem vocatos, ait Cicero in Verrem, & ad Atticum: *Tribulis tuus eſt, & Sextus pater ejus nummos vobis dividere ſolebat.* Sed & clariſſimi viri mentio ad urbis mores pertinuiſſe tribus legatum indicat apud Scævolam; & ejus non fuiſſe libertum capacem, niſi publice conceſſum eſſet, idque pecunia parari ſolere: nam & Romanæ civitatis jus pecunia quæri ſolitum, ex Apoſtolorum actis apparet, & libertinorum filios ab Appio Claudio tributim diviſos ſumma civitatis indignatione, ſub finem libri noni Livius ſcribit: uſque ad Q. Fabii Maximi cenſuram, qua omnis humilium turba in quattuor tribus, quæ urbanæ dictæ ſunt, conjecta eſt, ne humillimorum in manu comitia eſſent. Quo manifeſtum fit, ipſos libertos tribuum jus numquam habuiſſe: neque etiam ipſorum filios, ſed ingenuorum, ex his, qui manumiſſi eſſent, procreatorum (qui tunc libertini dicebantur) filios: ut ſcribit Suetonius in Claudio. Urbanarum autem tribuum appellationem ignominiæ, ac deſidiæ probro fuiſſe conſtat: ruſticas contra laudatiſſimas, eorum qui rura colerent, auctore Plinio. Verum, ut ad te redeam, cum hæ militiæ ad quandam cauſariæ miſſionis ſpeciem ſpectare videantur, fortuito nimirum caſu impellente: nihil prohibet *ex cauſa* (ut ais) appellari; nam *per ſenium, vel morbum*, inquit, *vel aliam neceſſariam cauſam.*

*L. 6. de prox. ſacr. ſcrin.*

Sed quo minus cauſaria miſſis hos æquiparari credam, facit alterius loco ſuo ſubrogatio, pretii perceptio, plerumque & in aliam militiam tranſitus, quæ miſſioni ejuſmodi congruere non videntur. Malim igitur cum Imperatore *ex caſu* nuncupare, dum caſum non excitandæ, ſeu transferendæ, adipiſcendæque militiæ exaudiamus. Sed neque has ad Claudianas illas referendas putarim; imaginarias enim fuiſſe, Tranquillus ait, quibuſque titulotenus abſentes fungerentur. Quos & *oſtenſionales* milites opinor Lampridio dictos in Alexandro, ideſt oſtentationis, & (quod juriſconſulti ajunt) *dicis gratia*, ſive (ut Cicero in Verrem) dicis cauſa, quam vocem & Varro ut antiquam deducit: fortaſſe & quodam loco Plinius adgnovit.

*L. 4. comm. de S. C. Sill. pen.*

Alexandrinis ego illis militibus hodiernos, quos *aurarios* vel *auratos* vocant, comparandos duxerim. Quid enim habent aliud quam imaginem, & fucum? Sunt tamen honorariæ cujuſdam dignitatis, quæ codicillis tantum citra omne cingulum conſtet, cujus & Auguſti in ordinibus meminerunt. Abſentes autem apud Tranquillum intelligo, ſive a principe, & ejus comitatu: ut quibus inſignia dignitatis abſentibus mitti iiſdem auctoribus decernitur: ſive etiam ab omni militiæ labore alienos, cujuſmodi non ſunt hi noſtri, qui neque imaginaria militia, neque titulotenus funguntur;

*L. 2. ut digni ord. ſer.*

*neque alieni ſunt a pulvere & labore caſtrorum*, ait Conſtantinus Auguſtus de omnibus Palatinis, *quos in ſacro comitatu intentos, & eruditos ſtudiis itinerum prolixitas, & expeditionum difficultas exercet.*

*L. 1. de caſtr. pal. pec.*

Quod per duodecimum memorati Codicis librum paſſim apparet, præſertim titulo de proximis ſacrorum ſcriniorum, cæteriſque, qui in ſacris ſcriniis militant, & de privilegiis eorum, qui in ſacro palatio militant, & plerique recenſentur conſtitutione poſtrema de diverſis officiis. Hanc militiam litteratam appellant Auguſti qualem & urbanam militiam ſcribendi, reſpondendi, cavendi, M. Tullius pro Murena. Hinc *merentes in ordinibus armatis, ſive civilibus*, legimus in Juſtini pragmatica: quæ ſtipendiorum mentionem habet. Hinc eis ſtipendia, ſeu emolumenta non minui: neque ex annonis, aut ſtipendiis offerre qui ſcrinio Libellenſium, aut ſacræ memoriæ, ſacrarumque epiſtularum commeatu abeſſent, Cæſar pro-

*L. 8. de prox. ſacr. ſcrin.*

*L. 5. qui mil. non poſſ.*

*L. 14. de prox. ſacr. ſcrin.*

*L. 15. de erog. mil. annon.*

prohibet. Hinc annonas univerſis officiis, atque ſacri Palatii miniſteriis, & ſacris ſcriniis, cæteriſque cunctarum adminiculis dignitatium erogari præcipit Leo, quibus locis *emolumenta*, *ſtipendia & annonas* promiſcue accipio. Compertum eſt enim, frumentum, veſtes, arma, quæ Romanis militibus erogabantur, eorum ſtipendiis imputari, quod libro ſexto Polybius memoriæ prodidit. Verum (ut ad tertiam quæſtionem duabus utcumque explicatis, veniam) Juſtiniano ſcribente, Militias nullum aliunde reditum, quam ex principum liberalitate habuiſſe: quis adverſum hæc hiſcere audeat? Hanc ego liberalitatem interpretor, ut ſic exerceretur, ſi prius a provincialibus annonariæ ſpecies exigerentur: ex quibus in viſcum relatis, & armatis ordinibus & inermibus ſtipendia erogarentur. Nam & Vegetius ait: *Annonariæ ſpecies, quas a provincialibus conſuetudo depoſcit, maturius exigantur.* Solebant autem militares annonæ plerumque delegari exigendæ. *Nulli*, inquiunt Auguſti, *militarium pro his annonis, quæ in provinciis delegantur, repudiata ad tempus ſpecierum copia, & inopiæ occaſione captata pretia liceat poſtulare.* Delegabatur vero ſpecierum exactio optionibus: qui tamen per delegatarios judices, non ipſos quidem delegatos, ſed a ſpecierum delegatione, ſic dictos, exigere tenebantur, ne concuſſiones provincialium fierent. Unde eſt illud: *Optionibus nullum ſit cum provincialibus commercium: ita ut a Ducibus, vel officio provinciali omnis ſumma debiti poſtuletur.* Et rurſus: *Nullum Palatinis cum provincialibus volumus eſſe commercium, ſed judices ſcire debebunt hoc ſibi præcipue eſſe commiſſum, ut ipſi a provincialibus exigant, & conſueta depoſcant. Palatium vero poſſeſſor non horreat, qui non ſibi, ſed judicibus præceptus eſt imminere.* Hoc idem & alibi ſæpius cautum eſt. Hæ quidem ſpecies ad arcam præfecti prætorio in fiſcalem rationem referebantur, ut Arcadii & Honorii conſtitutione declaratur: qua *in fiſcalibus debitis, hoc eſt annonariis, cæteriſque titulis, qui ad arcam eminentiſſimæ pertinent præfecturæ*, provinciarum rectores conſtringuntur. Hinc præfecto prætorio adærationem, erogationemque annonarum injungens: *Annonas omnes*, ait Leo, *quæ univerſis officiis adſolent delegari, ad ſimilitudinem militum, quibus ærariæ præbentur annonæ adærari præcipimus: ut omnibus ſupra deſignatis emolumenta debita diſpoſitio tui culminis pro publica utilitate taxatis præcipiat erogari.* Quo loco noviſſimi pro *adærari*, *adhærere* cuderunt. Facile autem colligitur adærari idem eſſe, quod ad æs, id eſt ad pretium ſpecies redigi, taxationeque adhibita æſtimari, quod inſtar fori venalium rerum fieri, alia & alia conſtitutione cavetur: ejus verbi ſignificationem Budæus Accurſio implacabilis exponit: unde & adæratas poſſeſſiones, & adærationem legimus apud Cæſares: & ærarias annonas, ab ære, ut ærarios milites dictos: & ærarium, & tribunos ærarios, Varro ait. Credo equidem pleriſque & a ſacris largitionibus annonas ſubminiſtratas, quos Auguſti enumerant, eorumque ſcriniis decernunt, & definitas annonas præſtari jubent. Ad quas largitiones etiam ex provinciis exactæ ſpecies Theſaurarii, Proximique diligentia dirigi ſolebant; quod & conſtitutione cautum eſt. Volebant autem puto principes omnia, quotquot erogarentur, impendia liberalitatis eorum titulis inſcribi, & accepta ferri, atque ideo Comitem ſacrarum largitionum dictum iri, ad quem omnia fere in ordines eroganda referri ſolerent: quas propterea & ſacras remunerationes vocant. Conſtat autem, militares annonas & has dici, quæ civilibus ordinibus erogantur: nam titulus eſt de erogatione militaris annonæ: ſub quo Leonis conſtitutio, quam diximus, univerſis officiis, atque ſacri Palatii miniſtris & ſacris ſcriniis, cæteriſque cunctarum adminiculis dignitatium emolumenta debita erogari jubet: neque enim [ut ex Conſtantino commemoratum eſt] alieni ſunt a pulvere & labore caſtrorum. Civiles vero annonas cum his commune habere nihil arbitror. Quin ſic dictas ad differentiam omnium militarium: nam & omnis militiæ expertibus adtributæ erant: *Pro ſingulorum*, inquit, *meritis*, non *titulis dignitatium*: unde & in heredes tranſmitti, & in extraneos tranſcribi potuerunt (veluti & teſſeræ frumentariæ luculentius illæ quam omnibus noſtris in conflagratione Veſevi Dioni explicatæ) præterquam ſi quando annonæ ipſæ apud eccleſias eſſent: ut apud alios, quibus libera alienatione interdictum eſſet. His cum ſatis conſtet, ex fiſco reditus militiis paratos, quid Scævola ſenſerit, jure dubitamus, cum ait conveniſſe, ut ſalarium quod ab illa perſona deberetur, emptori cederet: id quod nequaquam a Principe paratum eſſet: contra quam Juſtinianus teſtetur. At mihi videtur hic ea conſtitutione de his locutus, quæ ex caſu dicerentur: quarum nulla eſſet non publica Populi Romani, aut ejus Principis, neque excludi, quo & privatæ corporum, aut civitatium militiæ reperirentur: de quibus nulla eſſet hæſitatio, quin liberi eſſent commercii, ſicuti cæteræ privatorum res eſſe ſolent, puta ſi profeſſorum liberalium artium, advocatorum (extra hos intelligo, qui Præfectis prætorio & urbi publicæ ſtatuti ſunt) cæterorumque, quibus extra ordinem ſalarii & mercedibus jus dici ſolet, per civitates & oppida eſſent corpora: quorum haud abſurde militia diceretur: nam quid aliud eſt militia, quam communis quædam pro alienis commodis exercitatio & induſtria? Et ad hujuſcemodi cauſas reſpexiſſe videtur Scævola, cum ſalarii, & extraordinariarum actionum mentionem facit. Salariumque extra ordinem peti, Papinianus quoque ſcribit. Quod ſi ſupremi ordinis virum Alciatum audiamus, qui collegiis & corporibus, quibus artificii & negotiationis cauſa jus coeundi lege permiſſum Calliſtratus ait, militiarum nomen inditum ex antiquis lapidum inſcriptionibus voluit: jam parum dubitationis ſuperfuerit.

*Nov. 53. 5.*

*L. 7. de orig. mil. ann.*

*L. 7. de exact. trib.*

*L. 11. de erog. mil. ann. 10. de off. rect. prov.*

*L. 6. de exact. trib.*

*L. 15. de erog. mil. ann.*

*L. 12. eod. tit. 5. lib. de cohort. lib. 1. de coll. don. ult. de milit. veſt. 14. 15. de erogat. milit. ann.*

*L. 8. de pal. ſacr. larg. 1. de can. larg. tit.*

*L. 1. de pal. ſacr. larg.*

*L. 1. de ann. civ.*

*L. 50. 79. de leg. ſer. 1.*

*L. 14. de ſacros eccl. ult. de ven. re. civ.*

*L. 52. de act. empt. 3.*

*Nov. 53.*

*L. 1. de var. & extraord. eod.*

*L. 1. de teſtam. milit. 2.*

*L. 7. mand.*

*L. 5. de jur. immun. pen. ult. de jur. omn. jud.*

UNED

erit. Id vero & Juſtiniani auctoritate confirmari poſſe videtur, cum eos inceſſit, qui profeſſiones, ſeu negotiationes exercerent, judicum, ad quos earum cura pertineret, juriſdictionem declinantes. *Quapropter* jubet *hujuſmodi hominibus nullam prærogativam in hac parte ſuppetere, ſed eos, qui in quacumque militia connumerantur, his judicibus obedire compelli, ad quorum ſolicitudinem profeſſionis, ſeu negotiationis, quam propter militiam exercent, gubernatio reſpicit. In quacumque*, inquit, *militia connumerantur*, qua latiſſima oratione uſus, & publicas militias, & alias comprehendiſſe, nullaſque excluſiſſe videri poteſt. Eam certe conſtitutionem in omnibus omnino negotiatoribus noſtri paſſim exaudiunt. Illud conſtat, omnes negotiationes, quæ tanquam majorum militiarum appendices exercerentur, ſaltem contineri, ut ad Comitem ſacrarum largitionum ſpectant Cyneciarii, Lintearii, & cæteri, qui conſtitutione numerantur, ut etiam Baſtagiorum militia dicta eſt, ejuſdem comitis acceſſio; ut Cellariorum, Menſorum, Lampadariorum, cæterorumque qui ſacris ſcriniis deputati dicuntur in militantium notitia conſtitutioni Theodoſii & Valentiniani ſubjecta. Et hæc ſunt *cunctarum adminicula dignitatium* Leoni Auguſto. Edictum enim, quo præter argenti diſtractores, armorumque exſtructionem profeſſos, militia negotiatores arcentur, non ſolum ab ipſo Juſtiniano, ſed jam inde ante Zenonem principem: in cauſa eſt, quo minus negotiatores, rectas (ut ita dixerim) & germanas illas militias exercentes intelligam, juſſos profeſſionis ſuæ judicibus reſpondere. Aut certe quocumque modo profeſſores, negotiatoreſque intelligamus (ſive illi militias quas poſſent, ſive miniſteria & artificia exercerent) illas etiam conſtat militias appellatas. Sed & nihil prohibet, omnibus militiis principum liberalitate reditus fuiſſe ordinarios: fuiſſe tamen & extraria quædam emolumenta, quæ militiæ occaſione corraderentur: ſicuti de advocatorum publice ſtatutorum militia legimus, quibus ex liberalitate ſtipendia, & ex clientelis honoraria redderentur. Hoc & Conſtantini & Gordiani, & aliorum Principum & juriſconſultorum auctoritate probatur. Illud Theodoſii & Valentiniani verbis innui videtur, cum *quidquid animi largitate, & principali magnificentia præſtiterant, togatis per orientem eminentiſſimæ præfecturæ* præſtitutum eſſe volunt, & *patronis cauſarum Urbicariæ præfecturæ*: cumque advocatis concedunt, quidquid ex hujuſcemodi profeſſione, vel ipſius occaſione quæſierint, poſſe veluti caſtrenſe peculium, ad exemplum militum vindicari: nam ex profeſſione ad exemplum militum ordinaria; & ſtata ſtipendia interpretari poſſumus, quæ ſtatim ex ipſa advocationis militia procedunt, ipſius autem occaſione, remotius ex clientelarum honorariis redacta, uti & armatis militibus ex præmiis & donativis. Sed & ſi quis negaverit, a Principibus, aut ab ærario, patronis cauſarum quicquam erogari ſolere, non contendo; neque enim (præter ſupradicta, & quæ de fiſci advocatis) legiſſe memini: quemadmodum nec de profeſſoribus & medicis, quibus mercedes & ſalaria reddi Conſtantinus jubet, quamquam archiatris, & annonaria commoda ex populi commodis miniſtrari ſolere, & a ſanis eos oblata recipere potuiſſe legimus. Neque tamen hæc, quæ de majorum gentium cauſarum patronis, deque archiatris, atque ad ſacrum Palatium pertinentibus dixi, magnopere ad Scævolæ reſponſum facere arbitror: nam is liberum & abſolutum ejus militiæ commercium ſignificare videtur. Magis eſt autem, ut id ad aliorum locorum patronos, profeſſores, artifices, cæteroſque, quorum ſupra mentionem habui, referamus. Quod ſi placet & ad omnem, quæ modo in alium transferri (quibuſcumque id tandem rationibus) poſſit, militiam referre: Laterculenſibus quoque, & nonnullis aliis palatinis pro codicillis Præſidum, præter eas, quas diximus, annonas, & emolumenta quædam præſtanda fuiſſe apparet: nec tamen ea ipſa, & ſi qua ſimilia, a Principis liberalitate aliena dici potuiſſe: cum & ex ſacra notitia, & regia juſſione procederent, ut ſimul verum eſſe potuerit, & a quodam alio debitum fuiſſe, & a Principe ipſo, ejuſque liberalitate idem proveniens. Eo uſque tamen nonnulli procedunt, ut & rerum quantitate in negotiatione deductarum militiam eſſe exiſtiment, quod ſi fateremur, jam nihil difficultatis eſſet vendi militiam, id eſt negotiationem poſſe: ut tabernam, vel menſam & legari, & ſubſignari poſſe, dubium non eſt. Sed ea interpretatio mihi non probatur: nulla enim (quod equidem ſciam) auctoritate fulta eſt, neque illis laudata de pignoribus conſtitutio id confirmat. Sed ut quod potiſſimum de alienatione tractabamus, abſolvam: dividendas eſſe reor militias ab earum emolumentis. Militias ipſas, ſi quæ privatim ſodalitiis, aut corporibus, aut municipiorum ordinibus conſtarent, alienari, & pignori ſubiici potuiſſe; quod tamen per eorum leges, & inſtituta licuiſſet, quæ in his ex lege Solonis cuſtodienda, & Cajus probat, & non obſcure Juſtinianus quoque pro tenore communis militantium placiti. Palatinas quoque ex caſu ſecundum ea, quæ ſupra tractavimus, potuiſſe. At emolumenta, partim ipſarum vicem militiarum ſuſtinuiſſe, atque earum fuiſſe loco, ut quæ defuncti loco, ſubrogatus impenderet: partim anniverſaria, & ſubinde, iteranda, atque hæc omnia, & vendi, & ſupponi, & in creditores transferri potuiſſe; ſed & ad hæredes tranſmitti, ut & Zenonis, pleriſque aliis conſtitutionibus teſtatum eſt. Quin etiam, & in executionem judicati quoque capi, ut de ſtipendiis reſcriptum eſt, cum quibus noſtri confundunt, & commoda præmiorum, quæ propter coronas ſacras præſtantur, Papiniano ſcribente, poſſe eis condemnatio interdici, pecuniamque in cauſam judicati capi. Quo loco athletarum præmia rectius intelligenda ſunt, *qui* [ut Ulpianus ait] *ſa-*

*L. 13. de mur. leg. 7. eod. tit. ult. de diverſ. off. 15. de ..r. mil. ann. 1. negot. ne mil. 1. de princ. agend. in re. 12. de cohortal.*

*L. 3. 5. de poſt. 1. de var. ob.*

*L. 5. de adv. div. jud.*

*L. 5. eod. tit.*

*L. 6. de prof. & med. 9. eod. tit.*

*L. 1. 2. C. de offic. præf. præt. Nov. 8. 24. ſeq.*

*L. 34. de pign. 99. de leg. ſecund. 17. ult. de pign.*

*L. ult. de coll. & corp. ult. de pign.*

*L. 11. de prox. ſacr. ſcrin. 5. qui mil. non poſſ.*

*L. 30. de inoff. teſtam.*

*L. ult. de pign.*

*L. 4. de exſec. rei jud.*

*L. 40. de re jud. 6. de excuſ. tut. 5.*

*L. 1. de athl.*

*ſacris certaminibus coronantur.* Horum autem certamina non ſolum quattuor Græciæ notiſſimis locis, ſed & Romæ tum aliis, tum Alexandro Auguſto auctore celebrabantur. Notaque ſunt Hieronicarum præmia ex Vitruvio, *quod publice*, ut ait, *cum palma, & corona ferrent laudes: & cum reverterentur in ſuas civitates, quadrigis inveherentur, atque e republica perpetua vita conſtitutis vectigalibus fruerentur.* Apud Romanos quoque & præmia, & commoda conſequi, præter munerum excuſationem apud juris auctores tractatam, ſolere eos, & ex Papiniano conſtat, & ex Plinio: cujus hæc verba ſunt, cum de coronis agit libro XXI. *Semper tamen auctoritas vel ludicro quæſitarum fuit*; namque ad certamina in circum per ludos & ipſi deſcendebant, & ſervos ſuos quoque mittebant. Inde illa duodecim tabularum lex: *Qui coronam parit ipſe, pecuniamve ejus, virtutis ergo arguitur. Quam ſervi, equive meruiſſent, pecuniam partam lege dici, nemo dubitavit.* Quo loco Circenſium ludorum mentione facta eo pertinere ſignificatur, quod Ulpianus ſcribit de athletis, & agitatoribus, & qui aquam equis ſpargunt, cæteriſque, qui certaminibus ſacris deſerviunt, quodque Arcadius, cum de maſtigophoris, qui agonothetas in certaminibus comitantur. Proinde cum a ſtipendiis commoda hæc ſeparentur, a veritate alienum eſt, non poſſe ea ex judicato præterquam in ſubſidium capi: quamquam præmiorum ſpem, quæ pro coronis athletis penſitanda ſunt, privatim pignerari non poſſe, Alexander conſtituit, ideoque nec in generalem obligationem cedere. Nihil enim hoc ad excuſationem judicati repellendam: nam *privata*, inquit, *pactione pignerare, minime admittendum eſt*: juriſdictionem certe non excludit. Quapropter nec cum militiarum noſtrarum commodis athletarum, aurigatorumve præmia commune aliquid habent: quæ diximus & hypothecæ dari potuiſſe, & in cauſam quoque judicati capi. Quod quatenus publicas, quas diximus, militias reſpicit, ad ſimilitudinem armatæ militiæ intelligendum puto, ſi aliis rationibus (ut principes ajunt) judicatum exerceri non poſſit. Sed & hoc ad ea, quæ durante militia erogantur, redigendum eſt; neque in veteranis, & emeritis locum habet, quorum proprie ſunt commoda: merentium vero ſtipendia. Suetonius in Nerone: *Atque ita exhauſtus & egens, ut ſtipendia quoque militum, & commoda veteranorum protrahi, & differri neceſſe eſſent.* Item in Caligula: *Cæterorum increpita cupiditate, commoda emeritæ militiæ ad ſexcentorum millium ſummam recidit.* Unde & quod Gordianus ait: *Commoda primipilatus poſt adminiſtrationem* incipere deberi, poſt adminiſtrationem finitam magis eſt ut intelligatur, ſive is primipilatus ſit centuriatæ, caſtrenſiſque militiæ notæ ſignificationis, ſive civilis adminiſtrationis, ut Principum conſtitutiones ſignificare videntur, quod Alciatus diſputat, ſic & pecuniam *ex ratione Primipili commodorum* apud Papinianum accipio. Quod igitur de ſtipendiis vetitum eſt, non de commodis, idem eſſe arbitror; nam & major eſt ipſorum militantium, quam veteranorum favoris ratio: ac publicæ utilitatis propius intereſt ſtipendia non exhauriri, ne interpelletur miles ab opera navanda eo tempore, quo corpus (ut ait Livius) addictum, atque oblatum, ſive legi majus obæratum reipublicæ eſſet. Quo nomine ſub finem quarti libri docet, a gratulabunda plebe hilare acceptum, quod Senatus decrevit, ut ſtipendium miles de publico acciperet, cum ante id tempus de ſuo quiſque functus eo munere eſſet. Quibus rationibus eandem diſtinctionem & inermis militiæ commodorum ac ſtipendiorum in executione judicati adhibendam eſſe non negaverim. Quod autem ſeptimum decimum annum his militiis, quarum Scævola meminit, idoneum arbitraris, armatarum exemplo ſic interpretatus, quod ætatem ipſe quandam his juſtam exigi ſignificat, quodque Ulpianus ait, id jus minoris quoque filiifamilias perſonæ coherere, ſubſiſto: neque enim mihi omnimodo videntur hæ ad armatarum ſpeciem redigendæ, etſi in pleriſque conveniant: ut ex prædictis colligi poteſt, unde & ab utriſque ſervi prohibentur: ut eleganter ex Marciano, itemque ex Ulpiano collegiſti. Quod & duplicata conſtitutione Juſtinianus cavit: Plus autem aliquanto prudentiæ quam in armatis militibus [quorum propria ſimplicitas eſt: Antonino teſte] in civilibus exigitur, unde nec minoribus vigintiquinque annis honores deferri ſolent, *ſi nihil proprie*, ut Ulpianus ait, *in patria ſervatur*; cum tamen armatæ militiæ ſcias & impuberes nomen dare ſolitos, & tribunos quoque militum factos, quo caſu & teſtamenta per antiquas leges condiderunt, quamquam hoc Juſtinianus princeps abrogavit: cui ſuis temporibus indignum viſum eſt, ut poſſent ſapientium hominum jura pertractare. Livius quoque libro 7. ſecundi belli Punici ſcribit, ex iis, qui in principio ejus belli ſedecim annos nati fuerant, neque militaverant, omnes ærarios factos, quod ejuſmodi ætatis non juſtam excuſationem fuiſſe ſignificat. Mihi minime abſurdum eſſet, ſi quis diceret, Principis quidem voluntatem in his, veluti & in ſupremis honoribus deferendis, dominatam: minores enim ſcimus & Prætores & Conſules factos. Dein militias cum adminiſtratione conjunctas, haud temere ante juſtam ætatem delatas, quæ vero adminiſtrationem non haberent, cuicumque armatæ militiæ capaci competere potuiſſe: ſodalitii ſtatutis, ac municipiorum legibus illæſis: atque his quoque, quæ ſpecialiter jure comprehenſa ſunt, ut eſt de poſtulando edictum. Feuda poſtremo, quæ non minus barbaro, quam inepto, & ſibi parum conſtanti, ac vix meo judicio legi digno volumine continentur, militias fuiſſe (quod Gregorius Haloander doctiſſimus ille, optimeque de legum ſtudioſis meritus exiſtimavit) his, quæ dicta ſunt, non convenire: ac propterea mihi quoque non pro-

L. 40. de re jud.

L. 4. de his qui not. inf.
L. 18. de muner., & hon. 9.

L. 5. quæ res pign. ob. poſſ.

L. 4. de exer. rei jud.

L. 1. de prim.

L. 5. 7. 13. de cohort.
L. 23. de ad. leg.

C. de leg. 3. pen.
L. 3. de min. 6.

L. 16. C. de teſt. mil.
L. 11. de re mil. 11. de leg. tert. 13. §. 7. qui mil. non poſſ. 1. C. de juris & fact. ign. 8. de mun. & hon.
L. 2. de vac. mun. ult. C. de teſt. mil.

L. 57. de re jud. 12. de jud. ult. de col. & corp. 2. de vac. mun. 1. de poſtul. 3.

probari, vides. Miratum autem me fateor, cur

*L. 2. de orig. jur.*

Zaſius & ipſe de legum ſcientia bene meritus, cum ad Pomponium ſcribens cenſuerit, Feuda ex antiquis clientelis dependere ( quod aliquanto prius & Budæus tradiderat: is, a quo recentiores noſtri & modum legitimæ interpretationis, & pleraque utilia, quibus veluti propriis gloriam interim adſecuti ſunt, habuerunt ) deinde Feudorum compendium exorſus, Haloandri auctoritatem ad ſuam opinionem commendandam traxerit. Sed & eodem pertinere ait, quod ſcribit Viglius, fuiſſe tyrones, qui publicis ſtipendiis ad militarem diſciplinam inſtituerentur; ac demum in numeros referrentur, unde & Feudorum conſuetudinem originem ſumpſiſſe arbitratur. Quid enim hæc ad Zaſii clientales? Neque equidem illas multum ad Feuda contuliſſe crediderim: qui eas legiſſe non memini vicis, aut conciliabulis, aut latifundiis oppignerari ſolere. Sed & patronos clientes ipſi ſibi adoptabant: quod Feudis conſtituendis parum congruit. Viglius aliquanto ad ſcopum proximius, qui ad armatos milites hæc rettulit.

*L. 15. de re mil.*

Non tamen ego ad ſuos, qui vel ad numeros inſtituerentur, vel in numeris exercerentur. Hi enim ( ut ait Leo ) *qui a repub. armantur, & aluntur, ſolis debent utilitatibus publicis occupari, nec agrorum cultui,* aut aliis quæſtuariis, *ſed proprie muniis inſudare*

*L. 15. de rei vind.*
*L. 17.*
*L. 33. 1. de teſt. mil.*
*L. 11. de ev.*
*L. 38. de teſt. mil. 5. C. eod.*

*militiæ: ſed frequentes in numero ſuo eſſe, ut armorum cottidiano exercitio ſe præparent.* Niſi vero dixerimus credi poſſe, & illis, qui ſic exercerentur, prædia interdum adſignata, per alios interim colenda: nam & agrum militibus adſignatum, apud Ulpianum legimus, quæ vox ſtipendia facientes ipſos, & in numeris conſtitutos denotat. Sed quid de veteranorum præmiis, agriſque in hoc adſignatis intelligas; ut Paulus ſcribit? ut milites, qui e veſtigio mittendi eſſent, Ulpiano ſignificentur? aut etiam miſſi, ut & plerumque adſolent? Quid ſi Limitaneos milites propius ad rem noſtram? *Sola,* inquit Lampridius in Alexandro, *quæ de hoſtibus capta ſunt, limitaneis ducibus, & militibus donavit, ita ut eorum eſſent, ſi hæredes eorum militarent, nec unquam ad privatos pertinerent, dicens attentius eos militaturos, ſi etiam ſua rura defenderent.* Nam hæ qualitates, ut hæredes, ſi militaverint, tranſeant, nec ad privatos pertineant, appoſite ad Feudorum naturam faciunt. Limitaneos vero agros ad milites pertinere, ab ipſiſque curari pro ſuo compendio, itque arari conſueviſſe, Principes noſtri teſtantur.

*L. ult. de fund. lim. 2. de off. præf. præt. l. 4. de offic. mil. jud. 2. de fund. lim.*

Quin & caſtellanos tantum milites, quibus adſcripta eſſent caſtellorum, quæ in limitibus eſſent, territoria, poſſidere poſſe, *& de quibus judicavit antiquitas: nec præterea quemquam privatæ conditionis.* Unde verba illa: *De quibus judicavit Antiquitas,* nonne & clamare videntur, conſuetudine id ſancitum? Atque hæc plurimum hanc ſententiam adjuvarent, ſi juriſdictionem quoque militibus adtributam legeremus: cujus in quempiam tranſlationem Romano juri refragari contendunt, qui eo jure negant eas conſuetudines ortas. Addunt &

*L. 136. de regul. jur. alia. 176. L. 4. de juſt. & jur. 4. de ſtat. hom. de ſerv. 1. de conſtit. princ. 2. de fund. lim.*

perſonarum quoque, & rerum ſervitutes iis contineri: ac propterea populo Romano ſi cognitæ fuiſſent, etiam odio habendas fuiſſe. Quaſi vero & rerum, & perſonarum ſervitutes item Romano jure non conſtent: aut juriſdictionis etiam, poteſtatiſque tranſlatio, jam inde a lege Regia, non quidem in ſingulos privatos, ſed qui jam & perſonam publicam induant: unde & *nec præterea,* inquiunt, *in quemquam privatæ conditionis.* Ac ſi caſtellorum territoria, quæ ab his poſſideri, quibus adſcripta ſunt, Auguſti conſtituerunt, & ad juriſdictionem referamus, ex eo quod territorii verbo eam conſtare, noſtri ex Pomponio credunt: quid ultra jam, & de juriſdictione dubitandum erit? Quamquam enim a terrendis hoſtibus dictum terri-

*L. 139. de verb. ſig.*

torium, & Julius Frontinus, & Agennius Urbicus velint: Varro autem ex eo quod maxime teratur: quin tamen per magiſtratus ea fieri potiſſime, ac frequentius ſolerent, nihil contradicunt. Itaque juriſconſulti expoſitionem, cui nihil alii refragantur, in voce quæ, ad jus civile pertinet, credimus legiſlatores in conſtitutione ſecutos. Porro cum a populo Romano legamus, & regna, quæ ex hoſtibus capta ſunt, Maſiniſſæ, & Eumeni, & pleriſque tradita: regeſque, & tetrarchas a Principibus conſtitutos Herodem, Philippum, Agrippam, & alios: quid mirum, ſi per imperii ejus inclinationem, & incommoda, ſi per militum inſolentiam, & audaciam, ſi per Principum indulgentias, & conniventiam, prædictorum exempla, & conſuetudines ejuſmodi in rempublicam irrepſiſſe exiſtimemus? quæ & clientelarum, & libertinorum obſequiis, & patronorum imagine adoleverint? Quibus ex cauſis veriſimile videtur, non ex ſingulis quidem, at ex pleriſque, vel certe ex univerſis, id, quod quærebamus, inveniri. Vale.

*Florentia III. Calend. Decemb. MDXLII.*

IN-

# Index eorum locorum, qui his libris emendantur, & declarantur.

*Sunt autem ſtellula notati, negatione addita, aut ablata, emendati. Numerus item prior paginam, poſterior vero columnam indicat.*


PRoœmium Digeſtorum. *in fin. pag.*30.*col.*2.
§. Et primo. *69.* 1.

L I B. I.

*Sub titulo de origine juris.*

*L.* 2. §. Initium. 31. 1: 57. 1.
§. Quotiens autem. 74. 2.
§. *ult.* 59. 1.

*De legibus.*

* *L.* 3. 59. 1: 88. 1.
* *L.* Cum de conſuetudine. 14. 2.

*De ſtatu hominum.*

*L.* 2. 9. 1.
*L.* Libertas. 111. 1.
*L.* Libertini. 99. 1.
*L.* Paulus reſpondit. 82. 2.
*L.* Non ſunt. 24. 1.
* *L.* Idem erit. 14. 2.
*L.* In orbe. 106. 1.

*De adoptionibus.*

*L.* Adrogare. 112. 1.
*L.* 2. §. Illud. 59. 2: 118. 2.
§. Item ſi propter. 118. 2.

*De diviſione rerum.*

*L.* In tantum. §. Religioſum. 9. 2.

*De Senatoribus.*

*L.* 4. 118. 2.

*De officio Quæſtoris.*

*L. unica.* 30. 2.

*De officio Proconſulis.*

*L.* Obſervare. §. Ingreſſum. 103. 1.
*L.* Et ideo. 22. 1.
* *L.* Legatus mandata. 15. 1.

*De officio Præſidis.*

*L.* 4. 22. 1.
*L.* Sed licet. 79. 1.

*De officio Procuratoris Cæſaris.*

* *L.* 2. 61. 1.

*De officio ejus, cui mand. eſt juriſd.*

*L.* Cognitio. 27. 1.

*De officio adſeſſorum.*

*L.* Diem functo. 22. 1.

L I B. II.

*Si quis jus dicenti.*

* *L. unica.* 62. 2.
*Rubr. Si quis in jus vocatus.* 52. 1.
*Rubr. In jus vocati ut eant.* Ibid.

*Si quis cautionibus.*

*L.* Sed & ſi quis. *in princ.* 61. 1.
*L.* Si quis ſervum. 52. 2.

*De feriis.*

*L.* More Romano. 84. 1.

*De pactis.*

* *L.* Juriſgentium. §. Si ob maleficium. 9. 2.

L I B. III.

*De his qui notantur.*

*L.* 2. §. Ignominiæ. 111. 1.
* *L.* 2. 13. 2.

*De Procuratoribus.*

* *L.* 2. 13. 2.
*L.* Plautius. 19. 2.

L I B. IV.

*Quod metus cauſa.*

* *L.* Item ſi cum exceptione. §. Labeo. 9. 2.
*L.* Quod autem. 18. 1.

*De dolo malo.*

*L.* Et eleganter. *in princ.* 61. 2.

*De minoribus.*

*L.* Deſtitiſſe. 22. 1.
*L.* Minor ſe. 24. 2.

*De capite minutis.*

* *L.* Tutelas. 9. 2.

*Ex quibus cauſis majores.*

*L.* Ab hoſtibus. *in princ.* 81. 1.

*De alienatione.*

*L.* 1. 18. 1.

*De receptis.*

*L.* Adverſus. 101. 1.
*L.* Non diſtinguemus. *in princ.* 61. 2.

*Nautæ, caupones.*

*L.* 1. 57. 2.
*L. ult.* Ibid.

L I B. V.

*Rub. de judiciis.* 72. 2.
*L.* 2. §. Sed ſi dubitetur. 78. 2.
* *L.* Omnem. 90. 2.
*L.* Si de vi. 88. 1: 102. 2.
*L.* Pars litterarum. 96. 2.
*L.* Vix certis, *alii* In certis. *in princ.* 70. 2.

*De inofficioſo teſtamento.*

* *L.* Poſthumus. *in princ.* 90. 2.
* *L.* Etiam. Ibid.

*De hereditatis petitione.*

* *L.* Item veniunt. §. Idem recte. 13. 2.
* *L.* Sed & ſi lege. §. Adeo. 35. 2.
§. Quod autem quis. 31. 2.

L I B. VI.

*De rei vendicatione.*

* *L.* Officium. *in fine.* 13. 2.
*L.* Si quis hac lege. 37. 1.
*L.* Minicius, *alii* Minutius. 20. 2.

### LIB. VII.


*De uſufructu earum rerum.*
L. Quoniam. 22. 2.
* L. ult. 90. 2.
*De uſu, & habitatione.*
L. Cæterum. *in princ.* 25. 2.


### LIB. VIII.


*De ſervitutibus.*
L. *ult. incip.* Si intercedat. 22. 2 : 52. 2.
L. Jus cloacæ. 52. 2.
*De ſervitutibus prædiorum urbanorum.*
L. Imperatores. 109. 1.
L. Si arborem. §. Interdum. 88. 1.
*De ſervitutibus prædiorum ruſticorum.*
L. Tria prædia. 62. 1.
*Communia prædiorum.*
* L. Si quis duas. §. Item ſi duo. 91. 1.
L. Quidquid. 62. 1.
*Si ſervitus vindicetur.*
L. Sicut autem. *in fine.* 31. 1.
*Quemadmodum ſervitutes admittantur.*
* L. Labeo. 91. 1.


### LIB. IX.


*Ad L. Aquiliam.*
L. Si dominus. 52. 1.
* L. Si ex plagis. §. 1. 10. 1.


### LIB. X.


*Finium regundorum.*
L. *ult.* 49. 2.
*Communi dividundo.*
L. Si quis putans. §. *ult.* 20. 1.
* L. Sed poſtquam. 13. 2.
*Ad exhibendum.*
L. *ult.* 86. 1.


### LIB. XI.


*De interrogationibus.*
L. De ætate. *in fin.* 62. 1.
* L. Confeſſionibus. 13. 2.
* L. Si ſervus. 1. 10. 1.
*De ſervo corrupto.*
* L. Ut tantum. *in fin. princ.* 10. 1.
*De aleatoribus.*
* L. *prima.* 91. 1.


### LIB. XII.


*Rub. de rebus creditis.* 72. 2.
L. 1. 56. 2.
L. 2. §. Mutui. 78. 2.
* L. Si quis nec cauſam. §. Res. 91. 1.
L. Certi condictio. *verſic.* Sed & ſi. 62. 1.
L. Lecta. 46. 2.
*De jurejurando.*
* L. *ult.* §. Si fidejuſſor. 91. 1.
*De condictione indebiti.*
tiunt. Nam ſi qui poſt hanc noſtram prohibitionem, & poſt Epiſcoporum, qui in ea regione erunt, ſuaſionem, deinceps inveniantur contrariæ eſſe ſententiæ: minime ſperent veniam ſe conſecuturos. Jubemus etenim, ut hujuſmodi viri, quaſi confeſſi ſe hæreticos eſſe, debitis pœnis ſubjaceant.

Η ἕκτη διάταξις τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

Ὁ Αὐτὸς βασιλεὺς Κωνσταντινουπολίταις. τὸν σωτῆρα καὶ δεσπότην τῶν ὅλων Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν ἀληθινὸν θεὸν ἡμῶν θεραπεύοντες διὰ παντόν, σπουδάζομεν ὅσον ἐνδέχεται νοῦν (2) καταλαμβάνειν ἀνθρώπινον μιμεῖσθαι τὴν αὐτοῦ συγκατάβασιν καὶ εὑρόντες τινὰς [3] τῇ νόσῳ καὶ μανίᾳ κρατουμένους (4) τῶν ἀσεβῶν Νεστορίου καὶ Εὐτυχοῦς τῶν ἐχθρῶν τοῦ θεοῦ καὶ τῆς ἁγίας καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας ἀρνουμένους τὴν ἁγίαν ἔνδοξον ἀειπάρθενον Μαρίαν θεοτόκον εἰπεῖν κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν ἐσπεύσαμεν τούτους τὴν ὀρθὴν τῶν χριστιανῶν διδαχθῆναι πίστιν. οἱ δὲ ἀνιάτως ἔχοντες [5] κρύπτοντες τὴν ἑαυτῶν πλάνην, περιέρχονται κατὰ μεμαθήκαμεν τὰς τῶν ἁπλουστέρων ψυχὰς ἐκταράσσοντές τε καὶ σκανδαλίζοντες καὶ ἐναντία τῆς ἁγίας καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας λέγοντες. ἀναγκαῖον τοίνυν ἐνομίσαμεν καταλῦσαι μὲν τὰς τῶν αἱρετικῶν ψευδολογίας σαφηνίσαι δὲ πᾶσιν ὅπωστε δοξάζει ἡ ἁγία τοῦ θεοῦ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία κηρύττουσι δὲ οἱ ταύτης ὁσιώτατοι ἱερεῖς οἷς καὶ ἡμεῖς ἑπόμενοι φανερὰ καθιστῶμεν (6) τὰ περὶ τῆς ἐν ἡμῖν (7) ἐλπίδος οὐ καινίζοντες πίστιν μὴ γένοιτο ἀλλ᾽ ἐλέγχοντες τὴν μανίαν τῶν φρονούντων τὰ τῶν ἀσεβῶν αἱρετικῶν ὅπερ ἤδη καὶ ἐν προοιμίοις τῆς ἡμετέρας βασιλείας πράξαντες πᾶσι κατάδηλον ἐποιήσαμεν. πιστεύομεν γὰρ εἰς ἕνα θεὸν πατέρα παντοκράτορα καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ καὶ εἰς [8] τὸ ἅγιον πνεῦμα μίαν οὐσίαν ἐν τρισὶν ὑποστάσεσι προσκυνοῦντες μίαν θεότητα μίαν δύναμιν τριάδα ὁμοούσιον ἐπ᾽ ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν ὁμολογοῦμεν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν μονογενῆ [9] τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ θεὸν ἀληθινὸν τὸν πρὸ αἰώνων καὶ ἀχρόνως ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα τὸν συναΐδιον τῷ πατρὶ τὸν ἐξ οὗ τὰ πάντα καὶ δι᾽ οὗ τὰ πάντα κατελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν, σαρκωθῆναι ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ τῆς ἁγίας ἐνδόξου [10] καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, καὶ ἐνανθρωπῆσαι σταυρωθέντα ὑπομεῖναι ὑπὲρ ἡμῶν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου. ταφῆναί τε καὶ ἀναστῆναι τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ [11] ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ τά τε πάθη καὶ τὰ θαύματα ἅπερ ἑκουσίως ὑπέμεινεν [12] ἐν σαρκὶ γι-

(1) τοὺς τοιούτους. alii αὐτοὺς τοὺς τοιούτους ὡς. [2] καταλιμπάνειν.
[3] νοσομανίᾳ. (4) τῶν. [5] Hæc deſunt quibuſdam. [6] τάς. (7) ἐλπίδας.
(8) πνεῦμα τὸ ἅγιον, alii ἅγιον πνεῦμα.
(9) υἱόν (10) ἀειπαρθένου καὶ θεοτόκου.
[11] ἑνός τε καὶ, alii ἑνός τε. [12] σαρκί.

*(a) VI. Idem Imp. A. Conſtantinopolitanis civibus.*

SAlvatorem, ac dominum univerſi Jeſum Chriſtum, verumque Deum noſtrum in omnibus rebus colentes, quantum mens humana capere poteſt, ejus humilitatem, ac demiſſionem ſtudemus imitari. Atque cum invenerimus quoſdam morbo, & inſania teneri impiorum virorum Neſtorii, & Eutychetis hoſtium veri Dei, & ſanctæ, catholicæ, & apoſtolicæ eccleſiæ; qui negant ſanctam, atque glorioſam ſemper virginem Mariam Deum pepeRiſſe, vere ac proprie dici poſſe; feſtinavimus eos rectam Chriſtianorum fidem docere: ipſi tamen ſine ſpe medelæ occultant ſuum errorem, & ut accepimus, ſimpliciorum animas perturbando, ac commovendo circumveniunt; tum etiam contraria ſanctæ, catholicæ, & apoſtolicæ eccleſiæ dicendo. Neceſſarium itaque fore credidimus, & falſas hæreticorum opiniones diſſolvere, & omnibus oſtendere, quo pacto ſancta Dei catholica, & apoſtolica eccleſia ſentiat, atque ejus religioſi ſacerdotes prædicent, quos nos quoque ſequentes palam conſtituimus, quæ noſtræ fidei ſunt; fidem quidem non novando, quod Deus avertat, ſed inſaniam eorum accuſando, qui ea ſentiunt, quæ impiis hæreticis placuerunt quod jam antea initio noſtri imperii egimus, (b) omnibuſque manifeſta fecimus. Credimus enim in unum Deum patrem omnipotentem, & in unum dominum Jeſum Chriſtum filium Dei, & in Spiritum Sanctum, unam ſubſtantiam in tribus perſonis venerantes, unam divinitatem, unam poteſtatem, trinitatem conſubſtantialem. In ultimis vero diebus confitemur DN. noſtrum Jeſum Chriſtum unigenitum filium Dei, Deum verum de Deo vero ante ſecula, & ſine tempore de patre natum, coæternum patri, & ex quo omnia, ac per quem omnia proveniunt; e cœlis deſcendiſſe, & incarnatum eſſe de Spiritu Sancto, & ſancta, glorioſa ſemperque virgine Maria, hominem factum eſſe, crucem ſubiſſe propter nos ſub Pontio Pilato; ſepultum eſſe & revixiſſe tertia die; ejus unius miracula, & afflictiones, quas carne ſponte ſua ſuſtinuit, ad-

*&c. ſic p. ſeq. v. 35. ſed quamvis utroque nomine a pleriſque appelletur, apud Sophronium Hieroſolymitanum, relatum actione XI. ſextæ ſynodi reperio, Apollinarium Apollinaris Laodiceni filium fuiſſe, & utrumque hæreticum. In ſcriptoribus eccleſiaſticis numeratur Apollonius Laodicenus a beato Hieronymo, tamen ab eodem ut hæreticus vituperatur aliis locis.*

[a] *Sumpta eſt ex ſupraſcripta collectione.*
[b] *Aut conſtitutione quinta Græca, aut Edicto, de quo in ſeptima conſtitutione Græca.*

γινώσκοντες. οὐ γὰρ ἄλλον τὸν θεὸν λόγον καὶ ἄλλον τὸν χριστὸν ἐπιστάμεθα ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὁμοούσιον τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα ὡς γὰρ ἐστὶν ἐνθεότητι τέλειος οὕτως ὁ αὐτὸς (1) καὶ ἐν ἀνθρωπότητι τέλειος. τὴν γὰρ καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν δεχόμεθα καὶ ὁμολογοῦμεν ἔμεινε γὰρ τριὰς ἡ τριὰς καὶ σαρκωθέντος τοῦ ἑνὸς τῆς τριάδος θεοῦ λόγου, οὔτε γὰρ τετάρτου προσώπου προσθήκην ἐπιδέχεται ἡ ἁγία τριάς. τούτων τοίνυν οὕτως ἐχόντων ἀναθεματίζομεν πᾶσαν αἵρεσιν, ἐξαιρέτως δὲ Νεστόριον τὸν ἀνθρωπολάτρην καὶ τοὺς τὰ αὐτοῦ φρονήσαντάς, ἢ φρονοῦντας τοὺς διαιροῦντας τὸν ἕνα κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ καὶ θεὸν ἡμῶν καὶ μὴ ὁμολογοῦντας κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν τὴν ἁγίαν ἔνδοξον καὶ ἀειπάρθενον Μαρίαν θεοτόκον τουτέστι μητέρα θεοῦ, ἀλλὰ δύο υἱοὺς λέγοντας ἄλλον μὲν τὸν ἐκ τοῦ πατρὸς θεὸν λόγον ἄλλον δὲ τὸν ἐκ τῆς ἁγίας ἀειπαρθένου (2) θεοτόκου Μαρίας χάριτι δὲ καὶ σχέσει καὶ οἰκειώσει τῇ πρὸς τὸν θεὸν (3) λόγον αὐτὸν γεγενῆσθαι. (4) καὶ ἀρνουμένους καὶ μὴ ὁμολογοῦντας τὸν δεσπότην ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ καὶ θεὸν ἡμῶν τὸν σαρκωθέντα καὶ ἐνανθρωπήσαντα καὶ σταυρωθέντα ἕνα εἶναι τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου τριάδος, οὗτος γὰρ (5) μόνος ἐστὶν ὁ συμπροσκυνούμενος καὶ συνδοξαζόμενος τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι. ἀναθεματίζομεν (6) δὲ καὶ Ευτυχέα τὸν φρενοβλαβῆ καὶ τοὺς τὰ αὐτοῦ φρονήσαντάς (7) τε καὶ φρονοῦντας τοὺς φαντασίαν εἰσάγοντας, ἀρνουμένους τε τὴν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου καὶ θεοτόκου Μαρίας ἀληθινὴν γέννησιν τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τουτέστιν τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν. καὶ μὴ ὁμολογοῦντας αὐτὸν ὁμοούσιον τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα καὶ ὁμοούσιον (8) ἡμῖν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ Απολινάριον τὸν ψυχοφθόρον καὶ τοὺς τὰ αὐτοῦ φρονήσαντας ἢ φρονοῦντας. τοὺς ἄνουν λέγοντας τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ καὶ θεὸν ἡμῶν καὶ σύγχυσιν ἤτοι φυρμὸν εἰσάγοντας τῇ ἐνανθρωπήσει τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ καὶ πάντας τοὺς τὰ αὐτῶν (9) φρονήσαντάς τε καὶ φρονοῦντας. Dat. Id. Mart. Dn. Juſtinian. PP. Aug. III. COS.

ΤΟ αὐτὸ Εφεσιόις. τὸ αὐτὸ Καισαρεῦσι. τὸ αὐτὸ Κυζικηνοῖς. τὸ αὐτὸ Αμιδηνοῖς, Τραπεζουντίοις, Ἱεροσολυμίταις, Απαμεῦσιν, (10) Ιουστινιανοπολίταις, Θεοπολίταις (11) Σεβαστηνοῖς, Ταρσεῦσιν, Αγκυρανοῖς.

adgnoſcimus. Neque enim alium Deum verbum, alium Chriſtum eſſe ſcimus; ſed unum, eundemque conſubſtantialem patri divinitate, nobis vero eundem conſubſtantialem humanitate. Ut enim divinitate perfectus eſt, ita idem humanitate perfectus eſt. Namque unitatem ejus cum divina perſona (*a*) ſuſcipimus, & confitemur. Manſit enim trinitas trinitas, cum carnem quoque unus ex trinitate, Deus verbum ſumpſit. Neque vero quartæ perſonæ adjectionem ſancta trinitas recipit. Quæ cum ita ſe habeant: omnem hæreſim deteſtamur, ſed Neſtorii præſertim hominis cultoris, & qui cum eo conſentiunt, ac conſenſerunt: qui dividunt unicum DN. noſtrum Jeſum Chriſtum filium Dei, Deumque noſtrum, & qui non vere, & proprie confitentur, ſanctam, glorioſam, ſemperque virginem Mariam Deum peperiſſe, hoc eſt matrem eſſe Dei: ſed duos filios dicunt, alterum quidem a patre Deum verbum, alterum vero ex ſancta, ſemperque virgine Dei genitrice Maria; gratia vero, habitu, & habitatione Dei verbi Deum extitiſſe, quique negant, ac minime fatentur DN. noſtrum Jeſum Chriſtum filium Dei, Deumque noſtrum & carnem ſuſcepiſſe, hominem factum eſſe, crucique ſuffixum; & unum eſſe ſanctæ & conſubſtantialis trinitatis. Hic enim ſolus eſt, qui ſimul adoratur, & glorificatur cum Patre, & Sancto Spiritu. Execramur etiam Eutychetem veſanum hominem, & qui cum eo ſentiunt, aut unquam ſenſerunt, qui vanas ſpecies introducunt, negantque ex ſancta virgine, Deique genitrice Maria vere natum DN. Salvatoremque noſtrum Jeſum Chriſtum, noſtram videlicet ſalutem; neque confitentur ipſum conſubſtantialem patri divinitate, nobis vero humanitate conſubſtantialem. Eodem quoque pacto animi infitiatorem Apollinarium, & qui cum eo ſentiunt, atque ſenſerunt. Qui ſine mente fuiſſe dicunt DN. noſtrum Jeſum Chriſtum filium Dei, Deumque noſtrum; & confuſionem, commixtionemque inducunt in incarnatione unigeniti filii Dei; & omnes, qui cum eis faciunt, aut unquam fecere. DAT. Id. Mart. DN. Juſtiniano PP. A. III. COS. Idem Epheſiis. Idem Cæſarienſibus. Idem Cyzicenis. Idem Amidenis, Trapezuntiis, Hieroſolymitanis, Apamenſibus, Juſtinianopolitanis, Theopolitanis, Sebaſtenſibus, Tarſenſibus, & Ancyranis.

Η ἑβδόμη διάταξις τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

Ο αὐτὸς βασιλεὺς Επιφανίῳ τῷ ἁγιωτάτῳ, καὶ μακαριωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ τῆς Βασιλίδος ταύτης πόλεως καὶ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ.

[*b*] *VII. Idem Imp. Epiphanio ſanctiſſimo, ac beatiſſ. Archiepiſcopo hujus Regiæ urbis, & generali Patriarchæ.* (*c*)

ΓΙνώσκειν βουλόμενοι τὴν σὴν ἁγιωσύνην (12) πάντα τὰ εἰς ἐκκλησιαστικὴν ὁρῶντα κατάστασιν, ἀνα-

CUpientes, ut ea omnia, quæ reſpiciunt ad eccleſiaſticarum rerum ſtatum, tua Sanctitas

[1] ἐν ἀνθρωπότητι, alii κατὰ ἀνθρωπότητα.
[2] καὶ θεοτόκου. [3] λόγον, θεὸν αὐτὸν.
(4) ἀρνουμένους. (5) μόνον. (6) καὶ (7) ἤ.
(8) τὸν αὐτὸν ἡμῖν. [9] φρονήσαντας ἤ.
(10) Ιουστινιανουπολίταις, θεουπολίταις.
(11) Σεβαστιανοῖς. (12) πάντα.

(a) *Unitatem hipoſtaticam intellige; eſt enim Græce* καθ' ὑπόστασιν. *ſic p.* 11. *v.* 24.
(b) *Sumpta eſt ex ead. collect. unde ſuperiores.*
(c) *Malo ita dicere, quam* œcumenico, *vel* univerſali. *Nam & concilia œcumenica generalia, appellantur. Sed mirum eſt, cum Juſtinia-*

ἀναγκαῖον ἡγησάμεθα ταύταις πρὸς αὐτὴν χρήσασθαι ταῖς θείαις συλλαβαῖς, ϗ δι᾽ αὐτῶν δῆλα αὐτῇ καταστῆσαι τὰ κινηθέντα ἅπερ ϗ αὐτὴν εἰδέναι πεπείσμεθα. εὑρόντες γάρ τινας ἀλλοτρίους τῆς ἁγίας καθολικῆς ϗ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας τῇ τῶν ἀσεβῶν Νεστορίου ϗ (1) Ευτυχέος ἀκολουθοῦντας πλάνῃ ϗ ταῖς τούτων βλασφημίαις κεχρημένους θεῖον προεθήκαμεν (2) ἴδικτον. ὅπερ ϗ ἡ σὴ γινώσκει ἁγιωσύνη δι᾽ οὗ τὴν τῶν αἱρετικῶν μανίαν ἠλέγξαμεν οὐδὲν παντελῶς ἐναλλάξαντες ἢ ἐναλλάττοντες ἢ παρεξελθόντες τῆς μέχρι νῦν συνθεῶ [3] κρατούσης ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως [4] καθὰ ϗ ἡ σὴ γινώσκει μακαριότης. ἀλλὰ διὰ πάντων φυλάττοντες τὴν κατάστασιν τῆς ἑνώσεως τῶν (5) ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν τῆς πρὸς τὸν ἁγιώτατον Πάπαν τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ϗ πατριάρχην πρὸς ὃν ϗ τὰ ὅμοια τούτοις γεγράφαμεν. οὔτε γὰρ ἀνεχόμεθά τι τῶν εἰς ἐκκλησιαστικὴν ὁρώντων κατάστασιν μὴ ϗ τῇ αὐτοῦ ἀναφέρεσθαι μακαριότητι, ὡς κεφαλῇ οὔσῃ πάντων τῶν ὁσιωτάτων τοῦ θεοῦ ἱερέων. ϗ ἐπειδὴ ὁσάκις ἐν τούτοις τοῖς μέρεσιν αἱρετικοὶ ἂν ἐφύησαν τῇ γνώμῃ ϗ (6) ὀρθῇ κείσει τοῦ ἐκείνου σεβασμίου θρόνου κατηργήθησαν. ἐκ γὰρ τῶν παρουσῶν θείων ἡμῶν συλλαβῶν μαθήσεται ἡ σὴ ἁγιωσύνη τὰ παρ᾽ ἡμῶν προτεθειμένα ἐφ᾽ ᾧ τοὺς ἐπιχειροῦντας πονηρῶς (7) νοεῖν ἑρμηνεύειν τὰ παρ᾽ ἡμῶν ὀρθῶς ἐν τῷ ἰδίκτῳ λεχθέντα ἐκ τῶν παρουσῶν θείων ἡμῶν ἐλέγχεσθαι συλλαβῶν. Ὀλίγοι τινὲς ἄπιστοι ϗ ἀλλότριοι τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας ἀντειπεῖν ἰουδαϊκῶς ἐθάῤῥησαν πρὸς τὰ παρὰ πάντων τῶν ἱερέων ὀρθῶς κρατούμενα ϗ δοξαζόμενα ϗ κηρυττόμενα ἀρνούμενοι [8] τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦ θεοῦ ϗ θεὸν ἡμῶν τὸν σαρκωθέντα ἐκ πνεύματος ἁγίου ϗ τῆς ἁγίας ἐνδόξου ἀειπαρθένου ϗ θεοτόκου Μαρίας ϗ ἐνανθρωπήσαντα ϗ σταυρωθέντα ἕνα εἶναι τῆς ἁγίας ϗ ὁμοουσίου τριάδος συμπροσκυνούμενον καὶ συνδοξαζόμενον τῷ πατρὶ ϗ τῷ ἁγίῳ πνεύματι ὁμοουσι-

tas recte cognoſcat: neceſſarium eſſe exiſtimavimus his ad te ſacris litteris uti, per quas ſignificaremus, quæ hic perturbata ſunt, quæ te quoque ſcire credimus. Nam cum invenimus quoſdam alienos a ſancta, catholica, & apoſtolica eccleſia errore impiorum virorum Neſtorii, atque Eutychetis teneri, & eorum blaſphemiis uti; ſacrum Edictum propoſuimus, quod tua quoque Sanctitas novit, per quod hæreticorum inſanias redarguimus, nihil tamen omnino immutavimus, aut immutamus, aut præterimus eccleſiaſticarum inſtitutionum, quæ adhuc valuerunt, ut tua quoque beatitudo cognovit: ſed per omnia obſervavimus ſtatum conjunctionis ſanctarum eccleſiarum cum ſanctiſſ. Papa veteris Romæ, & Patriarcha, ad quem his ſimilia conſcripſimus. [*a*] Neque enim patimur quicquam, quod ad eccleſiaſticum ſtatum pertinere videatur, idque ad ejus beatitudinem non referre; utpote quæ caput eſt omnium ſacratiſſ. Dei ſacerdotum. [*b*] Et quia quotiens in his regionibus hæretici excitantur; ſententia, ac recto judicio illius venerandæ ſedis otioſi redditi ſunt. Itaque ex his noſtris ſacris litteris cognoſcet ſanctitas tua, quæ a nobis propoſita ſunt, ut illi, qui prave quicquam intelligere, aut interpretari cœperunt, quæ a nobis recte in Edicto ſunt dicta; ex his quoque ſacris noſtris litteris redarguantur. Pauci aliquot (*c*) viri ſine religione, atque alieni a ſancta Dei catholica, & apoſtolica Eccleſia contradicere Judæorum more ſunt auſi his, quæ apud omnes ſacerdotes recte conſtituta, tradita, atque prædicata ſunt, negando DN. noſtrum Jeſum Chriſtum unigenitum filium Dei, Deumque noſtrum, incarnatum ex ſancto ſpiritu, & ex ſancta, glorioſa, ſemperque virgine Dei genitrice Maria hominem factum, crucique ſuffixum, unum eſſe ex ſancta, & conſubſtantiali trinitate, qui ſimul adoratur, & glorificatur cum Patre & Sancto Spiritu, conſubſtantialem patri di-

(1) Ευτυχοῦς. (2) ἤδικτον. (3) κρατούσης τῆς. (4) καθ᾽ ὃ. (5) ἁγίων. (6) κείσει. [7] φρονεῖν ἢ. (8) κύριον.

*nianus agnoſcat hac conſtitutione, Pontificem Romanum caput eſſe omnium ſacerdotum, ſive Epiſcoporum; cur appellet hunc œcumenicum Patriarcham. Quamobrem putarem addita eſſe hæc verba a poſterioribus, niſi viderem eadem verba in Novellis Juſtiniani, & in actis V. VI. & VII. ſynodi, & niſi ſcirem Pelagium II. & beatum Gregorium, alioſque Pontifices Max. invehi in Conſtantinopolitanos, qui id nomen uſurparent. Intellige itaque generalem, hoc eſt non unius provinciæ Patriarcham, ſed multarum, quæ in orientis partibus aliis Patriarchiis non ſubiicerentur: ut in Africa fuerunt, qui primas ſedes obtinerent in quibuſdam provinciis, quibus prohibitum fuit, ut ſe ſummos ſacerdotes appellarent, aut principes ſacerdotum. Vide 99. diſt. c. 3. 4. 5.*

(a) *Extat Juſtiniani epiſtula ad Jo. Romanum Pontificem, quæ eſt ultima conſtitutio hujus tituli: quam miramur quoſdam negare veram eſſe; cum in omnibus Græcis, & Latinis libris ejus mentionem fieri videamus.*

[b] *Sacerdotum appellatione hoc loco, & aliis hujus conſtit. & aliarum intellige Antiſtites, vel Epiſcopos. Is uſus olim fuit non ſolum nominis, ſed etiam rei ipſius; ut Epiſcopi frequentius ſacrificium pro populo offerrent, quam alii preſbyteri, vel chorepiſcopi. Inter monachos quoque rari presbyteri fuerunt, ut beatus Hieronymus affirmat. Vidend. Grat. 16. q. 1. c. 39. hinc eſt in fine, ubi de monachis, Scetis, vel Scetios ſcribendum eſt, non Scythiæ, ex Sozomeno lib. 6. c. 30. & 31. Adde Epiphan. in epiſt. 60. ad Jo. Hieroſolym. quam Latinam fecit B. Hieronym. Totus hic locus maxime contundit inſaniam adverſariorum apoſtolicæ, & catholicæ eccleſiæ.*

(c) *Verba Edicti, cujus meminimus conſt. 6.*

οὐσιον τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα καὶ ὁμοούσιον τὸν ἡμῖν τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν ἀνθροπότητα παθητὸν σαρκὶ τὸν αὐτὸν ἀπαθῆ θεότητι, παραιτούμενοι δὲ τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦ θεοῦ καὶ θεὸν ἡμῶν ὁμολογεῖν ἕνα εἶναι τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου Τριάδος δῆλοι εἰσὶ καὶ ἐλέγχονται τῇ τοῦ ἀσεβοῦς Νεστορίου ἀκολουθοῦντες πονηρᾷ διδασκαλίᾳ κατὰ χάριν αὐτὸν λέγοντες υἱὸν τοῦ θεοῦ καὶ ἄλλον τὸν θεὸν λόγον καὶ ἄλλον τὸν Χριστὸν λέγοντες οὓς ἀναθεματίζομεν καὶ τὰ αὐτῶν δόγματα καὶ τοὺς τὰ αὐτῶν φρονήσαντας ἢ φρονοῦντας ὡς ἀλλοτρίους ὄντας [1] τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας παντευ γὰρ οἱ ἱερεῖς τῆς ἁγίας καθολικῆς καὶ ἀποσθολικῆς ἐκκλησίας καὶ οἱ εὐλαβέστατοι τῶν εὐαγῶν μοναστηρίων ἀρχιμανδρῖται ἀκολουθοῦντες τῇ τῶν ἁγίων πατέρων παραδόσει καὶ μηδὲν παντελῶς ἐναλλάξαντες ἢ ἐναλλάττοντες τῆς μέχρι νῦν καθὰ εἴρηται ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως συμφώνως ὁμολογοῦσι καὶ δοξάζουσι κηρύττοντες τὸν δεσπότην ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦ θεοῦ καὶ θεὸν ἡμῶν τὸν (2) πρὸ αἰῶνος καὶ ἀχρόνως ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα καὶ ἐπ᾽ ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν κατελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν καὶ σαρκωθέντα ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ τῆς ἁγίας (3) ἐνδόξου ἀειπαρθένου καὶ θεοτόκου Μαρίας καὶ ἐνανθρωπήσαντα καὶ σταυρωθέντα ἕνα εἶναι τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου Τριάδος. ὁμοούσιον γὰρ αὐτὸν ἴσμεν τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα παθητὸν σαρκὶ τὸν αὐτὸν ἀπαθῆ θεότητι. ὡς γὰρ ἐστὶν ἐν θεότητι τέλειος, οὕτως ὁ αὐτὸς ἐν ἀνθρωπότητι τέλειος. τὴν γὰρ καθ᾽ ὑπόστασιν ἕνωσιν δεχόμεθα καὶ ὁμολογοῦμεν ἐπειδὴ τοίνυν ὁ μονογενὴς υἱὸς καὶ λόγος τοῦ θεοῦ ὁ πρὸ αἰώνων καὶ ἀχρόνως (4) ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθεὶς αὐτὸς καὶ ἐπ᾽ ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν κατελθὼν ἐκ τῶν οὐρανῶν καὶ σαρκωθεὶς ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ τῆς ἁγίας ἐνδόξου καὶ θεοτόκου Μαρίας καὶ ἐνανθρωπήσας τουτέστιν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν θεὸς ἐστὶ, διὰ τοῦτο καὶ τὴν ἁγίαν (5) ἔνδοξον ἀειπάρθενον Μαρίαν κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν μητέρα θεοῦ λέγομεν οὐχ ὡς τοῦ θεοῦ λόγου τὴν ἀρχὴν ἐξ αὐτῆς λαβόντος ἀλλ᾽ ἐπ᾽ ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν κατελθόντος ἐκ τῶν οὐρανῶν καὶ ἐξ αὐτῆς σαρκωθέντος καὶ τεχθέντος καὶ ἐνανθρωπήσαντος (6) ὃν ὁμολογοῦμεν καθὰ εἴρηται ὁμοούσιον εἶναι τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. τοῦ αὐτοῦ τὰ θαύματα καὶ τὰ (7) πάθη ἅπερ ἑκουσίως ὑπέμεινε σαρκὶ γινώσκοντες. ταῦτα τοίνυν ἐστὶν ἅπερ διὰ τοῦ θείου ἡμῶν εἰρηκότες (8) ἰδίκτου, τοὺς αἱρετικοὺς ἠλέγξαμεν, ᾧ τινὶ θείῳ (9) ἰδίκτῳ καὶ πάντες οἱ εὑρεθέντες ἐνταῦθα ὁσιώτατοι ἐπίσκοποι καὶ εὐλαβέστατοι ἀρχιμανδρῖται, ἅμα τῇ σῇ ἁγιωσύνῃ (10) καθυπέγραψαν, ἀκολουθοῦντες διὰ πάντων ταῖς ἁγίαις (11) τέτταρσι συνόδοις καὶ τοῖς παρ᾽ ἑκάστης αὐτῶν διατυπωθεῖσι τουτέστι τῆς τε ἐν νικαίᾳ τῶν τιη καὶ τῆς ἐνταύτῃ τῇ βασιλευούσῃ πόλει τῶν ρν. καὶ τῆς ἐν ἐφέσῳ τῆς προτέρας καὶ τῆς ἐν χαλκηδόνι δήλου πᾶσι καθεστῶτος ὅτι τὸν πᾶσι τοῖς ἅμα ἡμῖν πιστοῖς τοῖς ἁγίας καθολικῆς

*Tom. II.* καὶ

[1] τῆς ἁγιωτάτης. [2] πρὸ αἰώνων.
[3] καὶ ἐνδόξου καὶ. (4) ἐκ. [5] ἔνδοξον καὶ.
[6] ὁμολογοῦμεν. (7) παθήματα.
(8) ἠδίκτου. (9) ἠδίκτῳ (10) ὑπέγραψαν.
[11] τέτρασι.

divinitate, conſubſtantialem nobis eundem humanitate; pati potuiſſe carne, non potuiſſe eundem divinitate: recuſantes autem DN. noſtrum Jeſum Chriſtum unigenitum filium Dei, & Deum noſtrum confiteri unum eſſe ex ſancta, & conſubſtantiali Trinitate; manifeſto deprehenduntur impiam ſe Neſtorii diſciplinam ſequi, ac propter gratiam dicere Chriſtum eſſe filium Dei, alterumque Deum verbum, alterum Chriſtum eſſe. Quos omnes execramur, eorumque decreta; item eos, qui cum ipſis aut conſenſerint, aut conſentiant, tamquam alienos a ſancta Dei, catholica, & apoſtolica Eccleſia. Omnes enim ſacerdotes ſanctæ, catholicæ, atque apoſtolicæ Eccleſiæ, & religioſiſſimi piorum monaſteriorum Archimandritæ ſanctorum patrum traditionem ſequentes, quique nihil omnino immutarunt, aut immutant ex recepto hactenus Eccleſiaſtico ſtatu, ut antea dictum eſt, uno ore confitentur, & non ſine gloria prædicant DN. noſtrum Jeſum Chriſtum unigenitum filium Dei, Deumque noſtrum ante ſæcula, & ſine tempore ex patre natum eſſe, & in ultimis diebus deſcendiſſe de cœlis, incarnatum eſſe de Spiritu Sancto, & ſancta, glorioſa, ſemper Virgine, Dei genitrice Maria hominem factum eſſe, crucique ſuffixum, & unum eſſe ex ſancta & conſubſtantiali Trinitate. Conſubſtantialem enim eſſe novimus patri ſecundum divinitatem, & conſubſtantialem nobis eundem ipſum ſecundum humanitatem, paſſibilem carne, eundem impaſſibilem divinitate. Ut enim eſt in divinitate perfectus, ita idem ipſe in humanitate perfectus eſt. Namque ejus cum divina perſona unitatem ſuſcipimus, & confitemur. Cum igitur unigenitus filius, & verbum Dei ante ſæcula, & ſine tempore ex patre natus, ipſe etiam in ultimis diebus deſcendit de cœlis & incarnatus eſt de Spiritu Sancto, & ſancta, glorioſa, Deique genitrice Maria, & homo factus eſt: hic nempe eſt Dominus noſter Jeſus Chriſtus, qui proprie, & vere Deus eſt. Quamobrem ſanctam quoque glorioſam, ſemperque Virginem Mariam proprie, & vere matrem Dei eſſe dicimus; non ut Dei verbi initium ex ea cœperit, ſed in ultimis diebus deſcendens de cœlis ex ea incarnatus, & natus, & homo factus eſt. Confitemur, hunc, ut antea dictum eſt, conſubſtantialem eſſe patri ſecundum divinitatem, & conſubſtantialem nobis eundem humanitate: ejuſque miracula, & afflictiones, quas carne ſponte ſua ſuſtinuit, adnoſcimus. Hæc igitur ſunt, quæ illo ſacro noſtro edicto dicentes hæreticos redarguebamus. Cui quidem edicto omnes, qui hic tunc reperti ſunt, ſanctiſſimi Epiſcopi, & religioſiſſimi Archimandritæ una cum tua Sanctitate ſubſcripſerunt, ſequentes per omnia quattuor ſanctas ſynodos, & quæ in eis conſtituta ſunt, hoc eſt Nicææ CCCXVIII. hujus Regiæ urbis CL. patrum, item Epheſinæ prioris, [a] & Chalcedonenſis: oſtenſumque omnibus eſt nos

V cun-

(a) *Poſt Epheſinam ſynodum generalem, in qua Neſtorius damnatus eſt, fuit pſeudoſynodus Epheſi celebrata, quæ poſterior dicta eſt. Ea de cauſa illa prior dicitur. ſic p. ſeq. v. 15. & v. 25.*

ϗ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας παραδοθέντα ὅρον τῆς πίστεως τουτέστι τὸ ἅγιον μάθημα ἤτοι σύμβολον κρατοῦμέν τε ϗ φυλάττομεν τὸ παρὰ τῶν. τιη ἁγίων πατέρων ἐκτεθὲν ὅπερ ϗ οἱ ἐνταύτῃ τῇ βασιλευούσῃ πόλει. ρν. ἅγιοι πατέρες σαφηνίσαντες ἐτράνωσαν οὐχ᾽ ὡς ἐλλειπῶς ἔχοντος αὐτοῦ, ἀλλ᾽ ἐπειδήπερ οἱ τῆς ἀληθείας ἐχθροὶ οἱ μὲν ἀθετεῖν ἐπεχείρησαν τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος θεότητα, οἱ δὲ τὴν ἐκ τῆς ἁγίας ἀειπαρθένου [1] θεοτόκου Μαρίας ἀληθινὴν σάρκωσιν τοῦ θεοῦ λόγου ἠρνήσαντο. διὰ τοῦτο γραφικαῖς μαρτυρίαις (2) τὸ αὐτὸ μάθημα οἱ εἰρημένοι. ρν. ἅγιοι πατέρες σαφηνίσαντες ἐτράνωσαν τοῦτο ϗ αἱ ἄλλαι ἅπασαι ἅγιαι σύνοδοι τουτέστιν ἡ ἐν Ἐφέσῳ προτέρα ϗ ἡ ἐν χαλκηδόνι τῇ αὐτῇ πίστει ἀκολουθήσασαι ἐδέξαντο καὶ ἐφύλαξαν (3) τὴν ἁγίαν ἔνδοξον ἀειπάρθενον Μαρίαν θεοτόκον ἐκήρυξαν, καὶ τοὺς μὴ ὁμολογοῦντας αὐτὴν θεοτόκον (4) ἀναθεμάτισαν. ὁμοίως δὲ ἀναθεμάτισαν ϗ τοὺς ἕτερον σύμβολον ἢ [5] ἅγιον μάθημα παραδιδόντας παρὰ τὸ ὑπὸ μὲν τῶν. τιη ἁγίων πατέρων ἐκτεθὲν σαφηνισθὲν δὲ ϗ τρανωθὲν παρὰ τῶν ἐνταύτῃ τῇ βασιλευούσῃ πόλει. ρν. ἁγίων πατέρων ϗ ἡ μὲν ἐν ἐφέσῳ προτέρα τόν τε ἀσεβῆ Νεστόριον ϗ τὰ αὐτοῦ δόγματα καθεῖλέ τε καὶ (6) ἀναθεμάτισε καὶ τοὺς (7) τὰ αὐτοῦ φρονήσαντας ἢ φρονοῦντας καὶ τοὺς συναινέσαντας αὐτῷ ἢ συναινοῦντας ἀναθεμάτισεν. ἡ δὲ ἐν χαλκηδόνι ἁγία σύνοδος καθεῖλέ τε καὶ ἐξέβαλε τῶν ἁγίων τοῦ θεοῦ ἐκκλησιῶν καὶ ἀνεθεμάτισεν καὶ τὸν ἀσεβῆ Εὐτυχέα καὶ τὰ αὐτοῦ δόγματα ϗ τοὺς τὰ αὐτοῦ φρονήσαντας ἢ φρονοῦντας ϗ τοὺς συναινέσαντας αὐτῷ ἢ συναινοῦντας καὶ πάντας τοὺς αἱρετικοὺς καὶ τὰ αὐτῶν δόγματα ϗ τοὺς τὰ αὐτῶν φρονήσαντας ἢ φρονοῦντας ἀναθεμάτισεν. ὁμοίως δὲ ἀναθεμάτισεν ϗ Νεστόριον ϗ τὰ αὐτοῦ δόγματα ϗ τοὺς τὰ αὐτοῦ φρονήσαντας ἢ φρονοῦντας καὶ τοὺς συναινέσαντας αὐτῷ ἢ συναινοῦντας ἡ αὐτὴ δὲ ἐν χαλκηδόνι ἁγία σύνοδος ϗ τὴν τοῦ μεγάλου Πρόκλου πρὸς ἀρμενίους (8) συγγραφεῖσαν ἐπιστολὴν περὶ τοῦ χρῆναι λέγειν τὸν δεσπότην ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ ϗ θεὸν ἡμῶν ἕνα τῆς ἁγίας Τριάδος διὰ τῆς οἰκείας, ἀναφορᾶς, ἐδέξατό τε ϗ ἐβεβαίωσεν. εἰ γὰρ τὰς εἰρημένας τέσσαρας ἁγίας συνόδους (9) παρεξέλθομεν ἢ τὰ παρ᾽ αὐτῶν διατυπωθέντα, δίδομεν ἄδειαν τοῖς καθαιρεθεῖσιν ὑπ᾽ αὐτῶν αἱρετικοῖς ϗ τοῖς αὐτῶν δόγμασι. τὴν ἑαυτῶν λύμην πάλιν εἰς τὰς ἁγίας τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας ἐνδείκνυσθαι. ὅπερ οὐκ ἐνδέχεται πραχθῆναι ποτὲ μὴ γένοιτο ἐπειδὴ αἱ εἰρημέναι δ. ἅγιαι σύνοδοι διὰ τῶν οἰκείων δογμάτων τοὺς αἱρετικοὺς ϗ τὰ τούτων δόγματα ἐξέβαλον ϗ εἴτις πρὸς μίαν τῶν εἰρημένων ἁγίων συνόδων [10] ἀμφιβάλλοι. πρόδηλός ἐστιν ἐκεῖνα φρονῶν τὰ δόγματα τὰ παρ᾽ αὐτῶν ἐκβληθέντα τε ϗ ἀναθεματισθέντα. μηδεὶς τοίνυν μάτην ὑμᾶς ταραξάτω ἐλπίδι ματαίᾳ κρατούμενος ὅτι ἡμεῖς ἐναντίον τῶν εἰρημένων (11) ἁγίων δ. συνόδων ἐπράξαμεν ἢ πραχθῆναι παρά τισι συγχωρήσομεν ἢ περιαιρεθῆναι τὴν τῶν αὐτῶν ἁγίων δ. συνόδων ὁσίαν μνήμην ἐκ τῶν εἰρημένων τῆς ἐκκλησίας διπτύχων ἀνεξόμεθα. πάντας γὰρ-

(1) καὶ θεοτόκου. (2) τὸ αὐτὸ ἅγιον.
(3) καὶ τὴν. (4) ἀνεθεμάτισαν. & v. 17.
(5) μάθημα. alii ϗ ἅγιον μάθημα.
(6) ἀνεθεμάτισε. & v. 25. & 26.
[7] τὰ αὐτά. (8) γραφεῖσαν.
(9) παρεξέλθωμεν. alii παρεξέλθοιμεν.
(10) ἀμφιβάλλει. [11] ἁγίων πατέρων.

cunctis ex ſancta, catholica, & apoſtolica Eccleſia Chriſtianis fidem habentibus traditam fidei definitionem, hoc eſt ſacroſanctam Symboli doctrinam roborare, atque obſervare. Symboli inquam, quod a CCCXVIII. ſanctis patribus editum eſt, quodque CL. patres in hac Regia urbe declarando illuſtrarunt, non ut aliquid in eo deeſſet, ſed quoniam nonnulli veritatis hoſtes cœperant Sancti Spiritus divinitatem ſpernere; alii ex ſancta, ſemper Virgine, Dei Genitrice Maria veram fuiſſe Incarnationem Verbi Dei, negabant: qua de cauſa ſcriptis teſtimoniis eam Symboli doctrinam dicti CL. Sancti Patres declarando illuſtrarunt. Idem quoque Symbolum cæteræ omnes ſacræ ſynodi, hoc eſt prior Epheſina & Chalcedonenſis eandem fidem ſecutæ receperunt, & cuſtodierunt. Sanctam, glorioſam, ſemperque Virginem Mariam θεοτόκον ( hoc eſt Dei genitricem ) prædicarunt, atque eos, qui non ita eſſe confiterentur, anathemate damnarunt. Eodem quoque pacto damnarunt eos, qui aliud Symbolum, aliamve doctrinam tradidiſſent, contra quam a CCCXVIII. ſanctis patribus editum eſt; declaratum, & illuſtratum a CL. ſanctis patribus in hac Regia urbe. Sed & Epheſina prior impium Neſtorium, ejuſque opiniones dextruxit, atque anathemate damnavit; item eos, qui cum eiſdem ſenſiſſent, atque ſentirent. Sancta vero Chalcedonenſis ſynodus profligavit, atque expulit ex ſacris Dei Eccleſiis, damnavitque anathemate impium virum Eutychetem, ejuſque diſciplinam, & qui ſentire, aut conſentire cum eo auſi unquam fuiſſent, aut eſſent; omneſque hæreticos, eorumque opiniones, & cum eis conſentientes anathemate damnavit. Similiter Neſtorium execrata eſt, ejuſque diſciplinam, & qui ſentire, aut conſentire cum eo auſi unquam fuiſſent, aut eſſent. Eadem quoque Chalcedonenſis ſynodus epiſtulam Procli magni viri ad Armenios (*a*) conſcriptam, ut oporteat DN. noſtrum Jeſum Chriſtum filium Dei, Deumque noſtrum dicere unum eſſe ex ſancta Trinitate ſecundum propriam relationem; probavit, & confirmavit. Nam ſi prædictas quattuor ſynodos, aut quæ ab eis conſtituta, ſunt tranſgrediamur; licentiam daremus ab illis ejectis hæreticis, & eorum opinionibus, ſuam calamitatem rurſus in ſacris Dei Eccleſiis oſtendere, quod nunquam eveniet: quando hæreticos, & eorum opiniones illæ quattuor ſynodi ſuis decretis expulerunt. Quod ſi quis de earum aliqua quicquam dubitet; manifeſto apparebit, eum illa ſapere, quæ ab eis ejecta, atque damnata ſunt. Nemo igitur nos fruſtra perturbet, inani ſpe confidens, nos adverſus illas ſanctas quattuor ſynodos aliquando feciſſe, aut eſſe facturos, aut ab aliquo fieri paſſuros, aut auferri permiſſuros ſacram ipſarum ſynodorum memoriam in Eccleſiis ex his, quæ diptycha appellantur. (*b*) Omnes

(a) *Hæc extat in libro, qui inſcribitur* Antidotum.

(b) *Tabulas quaſdam fuiſſe ſuſpicor, in quibus & nomina ſynodorum, & vivorum, ac mortuo-*

UNED

γὰρ τοὺς παρ' αὐτῶν καθαιρεθέντας καὶ ἀναθεματισθέντας καὶ τὰ τῶν καθαιρεθέντων δόγματα, καὶ τοὺς τὰ αὐτῶν φρονήσαντας ἢ φρονοῦντας ἀναθεματίζομεν. ὅθεν εὐχέσθω ἡμῖν γε καὶ τῇ ἡμετέρᾳ πολιτείᾳ ἡ μακαριότης σου (1) πάντας περὶ τοῦ ἡμετέρου σκοποῦ καὶ τῆς περὶ τὴν ἀμώμητον πίστιν σπουδῆς, διδάσκουσά τε καὶ πληροφοροῦσα. Dat. VII. Kal. Apr. CP. DN. Juſtinian. PP. A. III. COS.

B. α. T. β.

Η ἐπιτομὴ ἤτοι ἑρμηνεία τῆς πέμπτης καὶ δεκάτης διατάξεως τοῦ δευτέρου τίτλου τοῦ πρώτου βιβλίου τοῦ κώδικος: ἧς ἡ ἀρχὴ εἴτις νοσοκόμειον.

ΕΑν τις δωρήσηται (2) τὶ πρᾶγμα κινητὸν ἢ (3) ἀκίνητον ἢ αὐτοκίνητον ἢ δίκαιον εἰς πρόσωπον μάρτυρος ἢ προφήτου, ἢ ἀγγέλου ὡς αὐτοῦ μέλλων εὐκτήριον (4) οἶκον οἰκοδομῆσαι καὶ τὴν δωρεὰν (5) ἐνφανίσει (6) ἐφ' ὧν ἀναγκαῖον ἐστὶν, ἀναγκάζεται τὸ ἔργον, κἂν μὴ ἀρχθῇ (7) πληροῦν (8) μετὰ κληρονόμων καὶ πληρωθέντι δοῦναι τὰ τῆς δωρεᾶς. τὸ αὐτὸ (9) καὶ ἐπὶ ξενοδοχείων καὶ νοσοκομείων καὶ πτωχείων ἀδείας οὔσης τοῖς ἐπισκόποις καὶ οἰκονόμοις ἐνάγειν [10] αὐτούς. τούτων δὲ πληρουμένων ἡ διοίκησις κατὰ [11] τὰ δόξαντα τοῖς φιλοτιμησαμένοις καὶ τοὺς [12] ἐπιτεθέντας ὅρους γίνεται.

Εκ τῶν παρατίτλων ἄλλως.

ΕΙτις νοσοκομεῖον, ἢ πτωχεῖον, ἢ ξενοδοχεῖον δωρεᾶς τρόπῳ κτίζειν ἐπηγγείλατο τοῦτο πληροῦν ἀναγκάζεται προνοίᾳ τῶν κατὰ πόλιν ἐπισκόπων καὶ οἰκονόμων.

Η ἐπιτομὴ ἤτοι ἑρμηνεία τῆς ἑβδόμης καὶ δεκάτης διατάξεως τοῦ αὐτοῦ τίτλου ἧς ἡ ἀρχὴ θεσπίζομεν.

ΤΑ προνόμια τῆς μεγάλης ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως καὶ τῶν ὑπ' αὐτῆς διοικουμένων καὶ χορηγουμένων εὐαγῶν οἴκων φυλαττέσθωσαν, αἱ δὲ ἄλ-

(1) κύριέ μου Πάπα πάντας.
[2] πρᾶγμα. alii τὸ πρᾶγμα. (3) κινητὸν ἤ.
(4) οἰκοδομεῖν. alii οἰκοδομῆσαι. [5] ἐμφανίσῃ.
(6) ἐφ' ᾧ. (7) πληρῶ. (8) μετὰ τῶν.
(9) ἐπὶ. [10] αὐτοῖς. [11] τὸ δόξαν.
[12] ἐμπιστευθέντας.

Omnes enim ab ipſis ſynodis depoſitos, atque damnatos, & ejectorum opiniones, & eos, qui cum eis conſenſerunt, atque conſentiunt, execramur. [a] Quamobrem gratuletur nobis, & noſtræ Reipub. Beatitudo tua, omneſque noſtræ intentionis atque propoſiti, & erga ſinceram religionem ſtudii faciat certiores. Dat. VII. Kal. Apr. CP. DN. Juſtinian. P. A. III. * COS.

*VIII.* Inter claras.

## LIB. I. TIT. II.

## DE SACROSANCTIS ECCLESIIS.

(b) *Epitome, ſive interpretatio XV. Conſtitutionis Græcæ, cujus initium eſt:* Si quis Noſocomium: *Leonis, aut Zenonis Imperatoris.*

SI quis rem mobilem, aut immobilem, aut ſe moventem, aut jus aliquod in honorem Martyris, Prophetæ, aut Angeli donaverit; quaſi ei oratoriam domum ædificaturus ſit; ac donationem inſinuaverit, apud quos inſinuenda eſt: cogetur opus, quamvis inchoatum non ſit, perficere ipſe, ejuſque heredes, & perfectæ domui tradere, quæ donata ſunt. Idem in xenodochiis, noſocomiis, & ptochiis [c] eſt. Liceatque Epiſcopis, & œconomis adverſus eos agere. Opere autem perfecto, adminiſtratio ex voluntate eorum, quibus donatum eſt, juxta præſcripta ab initio facienda eſt.

*Alio pacto ex Paratitlis (d) quibuſdam.*

SI quis noſocomium, aut ptochium, aut xenodochium donationis cauſa, ædificari promiſerit: id perficere cogetur providentia Epiſcopi, & œconomi ejus urbis.

*XVI.* Decernimus. *Zenonis Imp.*

[e] *Epitome XVII. Conſtitutionis Anaſtaſii Imp. [de qua Novella VII. ſcriptum eſt] ejus initium eſt:* Sancimus.

(f) PRivilegia magnæ Eccleſiæ urbis Conſtantinopolitanæ, & piorum locorum, qui ab eadem gubernantur & diſponuntur, (g) obſerventur.

V 2 Aliæ

*tuorum catholicorum Antiſtium nomina, quorum in ſacris myſteriis mentio fieret, ſcribebantur. Multæque contentiones de his ortæ ſæpe fuerunt, ſcribendum ne eſſet, an delendum illius, aut illius Antiſtitis, aut ſynodi nomen.*

(a) ἀναθεματίζομεν, *malumus execrandi verbo, quam damnandi anathemate uti, cum de eo loquimur, qui cum poteſtate damnare non poteſt.*

[b] *Epitome extat in dicta collectione Græca eccleſiaſticarum conſtitutionum. Refertur etiam a Theodoro Hermopolita lib.* 5. *tit.* 1. *cap.* 7. *Baſilicorum, & a collectore eorundem incerto ordine litterarum titulo* περὶ ἐκκλησιῶν, *& a Photio titulo* 2. *cap.* 1 *nomocanonis.*

[c] *Horum, & ſimilium nominum interpretationem poſuit Julianus Nov.* 7. *cap.* 1.

(d) *Sunt hæc Paratitla in eadem collectione conſtitutionum ſub titulo* 3. *Codicis.*

[e] *Epitome eſt in dicta Græca collectione. Hujus Græcæ conſtitutionis Anaſtaſii mentionem facit Juſtinianus Nov.* 7. *quæ eſt in lib. Authent. tit.* De non alienandis. *in princ. &* §. Quia. *& alibi.*

(f) *De quibus conſtit.* 14. *ſub hoc titulo.*

[g] *Sumptus, & alimenta recipiunt: eſt enim Græce* χορηγουμένων. *idque Anaſtaſium ſcripſiſſe Juſtinianus affirmat.*

UNED

ἄλλαι ἐκκλησίαι (1) καὶ μοναστήρια καὶ πτωχεῖα καὶ ξενοδοχεῖα καὶ ὀρφανοτροφεῖα τῆς αὐτῆς πόλεως καὶ τῆς περιοικίδος αὐτῆς καὶ τὰ ὑπὸ τὴν χειροτονίαν τοῦ (2) ἐπισκόπου αὐτῆς [3] ὅταν ἢ τῶν παρ᾽ αὐτοῦ χειροτονουμένωνμητροπολιτῶν καὶ τῶν ἐξ ἐκείνων χειροτονουμένων ἀκίνητον ἢ πολιτικὴν σίτησιν οὐκ (4) ἐκποιῶσιν εἰμὴ ἐπωφελὴς [5] εἰ ἡ πρᾶσις ἢ ὑποθήκη ἢ (6) αὐταλλαγὴ ἢ διηνεκὴς ἐμφύτευσις τουτέστιν ὅτε τὸ τίμημα τοῦ πιπρασκομένου ἢ τὸ δανεισθὲν ἐπὶ ὑποθήκῃ [7] μέλλοι προχωρεῖν εἰς (8) ἐκλύτρωσιν χρέους ἐκ διαδοχῆς ἢ χρείας ἑτέρας ἀναγκαίας (9) ἐπικειμένας τῷ εὐαγεῖ οἴκῳ ἢ ἐφ᾽ ᾧ ἕτερον ἀναγκαιότερον (10) ἐκτήσασθαι πρᾶγμα ἢ εἰς κατ᾽ ἐπείγουσαν τοῦ εὐαγοῦς οἴκου ἀνανέωσιν καὶ ἀνταλλαγὴν ποιοῦσιν ἐπὶ ἀναγκαιοτέρῳ πράγματι καὶ πρόσοδον οὐκ ἐλάττονα τοῦ διδομένου ἔχοντι καὶ ἐμφυτεύσεις μὴ μειουμένης τῆς προσόδου ἢ παντελῶς ἀπόρου ὄντος (11) τοῦ πράγματος. τὰ γὰρ διὰ τὴν ἀπορίαν ἐπιζήμια δωρεῖσθαι καὶ (12) ἐγχωρεῖν [13] δυνάνται. τὸ δὲ γινόμενον οὐκ ἄλλως ἰσχύει εἰμὴ μία τῶν εἰρημένων αἰτιῶν ἐν ὑπομνήματι φανερωθῇ ἐν μὲν Βυζαντίῳ παρὰ τῷ μαγιστρονλώτῳ, ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις παρὰ τοῖς ἐκδίκοις προκειμένων τῶν ἁγίων γραφῶν καὶ ἐπὶ μὲν τῶν ἐκκλησιῶν παρόντων τῶν οἰκονόμων καὶ τῶν ἐδημουώντων κληρικῶν ἐπὶ δὲ τῶν μοναστηρίων δεῖ παρεῖναι τοὺς ἡγουμένους καὶ τοὺς ἄλλους μοναχοὺς ἐπὶ δὲ τῶν πτωχείων (14) τοῦ διοικητοῦ καὶ τῶν ὑπουργούντων καὶ τῶν πτωχῶν ἐπὶ δὲ τῶν ξενόνων, (15) τοῦ διοικητοῦ καὶ τῶν εὑρισκομένων πάντων ὑπουργῶν τῆς διοικήσεως καὶ ὁμοίως ἐπὶ τῶν ὀρφανοτροφείων ὥστε κρατεῖν τὸ τοῖς πλείοσιν ἀρέσκον συναινοῦντος καὶ τοῦ ἐπισκόπου τῶν τόπων ἐν οἷς τοῦτο συνήθές (16) ἐστι γίνεσθαι καὶ μὴ δυναμένου τοῦ μαγιστρονλώτου ἢ τοῦ ἐκδίκου παραιτεῖσθαι, καταλαμβάνειν τὸν σεβάσμιον οἶκον ἐνῷ ἡ τοιαύτη συνίσταται πρᾶξις (17) ἀζημίως καὶ ἐκδικούντων (18) αὐτήν. ὑπόκεινται γὰρ ἐκ παραβασίας ποινῇ χρυσίου λιτρῶν, κ. καὶ μετὰ ταῦτα (19) γίνεται συμβόλαια μνημονεύοντα τῶν αἰτιῶν καὶ τῆς τῶν ὑπομνημάτων πράξεως καὶ τῆς προσηγορίας τῶν παραγενομένων καὶ (20) παρ᾽ ᾧ συνέστη. εἰδέτι τῶν εἰρημένων (21) παροφθείη, ὁ μὲν δανειστὴς καὶ ὁ ἀγοραστὴς ἐκπίπτει τοῦ πράγματος (22) καὶ τοῦ χρέους καὶ τῶν τιμῶν ὁ δὲ λαβὼν εἰς ἀνταλλαγὴν καὶ ὅπερ ἔδωκε καὶ ὅπερ (23) εἴληφεν ἐκπίπτει. ὁ δὲ εἰς ἐμφύτευσιν ὑπὲρ τὴν ἰδίαν ζωὴν λαβὼν ἢ δωρεὰν ἢ ἐκχώρησιν ἀπηγορευμένην, ἀναδίδωσιν ὅπερ εἴληφε καὶ ποσότητα ἑτέραν ἧς ἄξιον ἐστὶ τὸ δοθὲν χώραν δὲ ἔχει τὰ εἰρημένα καὶ ἐπὶ τοῖς μέλλουσι γίνεσθαι ἐκκλησιαστικοῖς καὶ τοῖς ἐσομένοις εὐαγέσιν (24) ὑπόντων δὲ κινητῶν ἔξωθεν τῶν ἱερῶν σκευῶν καὶ ἀρκούντων εἰς τὰς εἰρημένας αἰτίας ἀρ-

Aliæ Eccleſiæ, monaſteria, ptochia, xenodochia, & orphanotrophia (*a*) ejuſdem urbis, ac territorii; item quæ ſub ejuſdem Archiepiſcopi adminiſtratione ſunt. * Ab eo (*b*) ordinati Metropolitani, & qui ab eis creantur, immobilem rem, aut civilem annonam non alienent, niſi utilis venditionis cauſa, aut hypothecæ, aut permutationis, aut perpetuæ emphyteuſeos; hoc eſt cum pretium venditæ rei, aut ſub hypotheca creditæ, profuturum ſit ad debiti ſolutionem, quod ſucceſſione, aut alia neceſſaria cauſa venerabilis domus contraxerat. Item ſi alia res magis neceſſaria reſtituenda eſſet, aut ſi ædes ſacra eſſet reſtauranda. At vero cum permutatio fiet; cum magis neceſſaria re fiat; & quæ non minores fructus, quam data res efficiat. Si vero emphyteuſis ſit, non minor ſit reditus, niſi omnino res eſſet ſterilis: in his enim, quæ propter ſterilitatem damnoſa ſunt, vel donatio locum habere poteſt. Sed quod factum eſt, non aliter valet, quam ſi aliqua ex dictis cauſis oſtenſa fuerit apud acta Byzantii, apud Magiſtrum cenſus; in provinciis apud Defenſores propoſitis ſacris ſcripturis, & cum de Eccleſiis agitur, præſentibus œconomis & clericis, qui illic habitant; cum de monaſteriis; adeſſe oportet præpoſitos, alioſque monachos; cum de ptochiis, coram adminiſtratore, & miniſtris, atque pauperibus cum de xenonibus; coram adminiſtratore, & miniſtris omnibus, qui ſub ejus adminiſtratione ſunt. Eodem pacto de orphanotrophiis fiet. Ac valeat, quod pluribus viſum erit, conſentiente etiam ejus regionis Epiſcopo, in qua id fieri conſuevit. Neque poſſint Magiſter cenſus, & Defenſor civitatis ſe excuſare; ne indemnem eam venerabilem domum efficiant, ac vindicent. Subiicientur enim propter negligentiam pœnæ XX. librar. auri. (*Et poſtea.*) Inſtrumenta fiant; quibus illarum cauſarum mentio fiat; & quo pacto acta geſta ſint; nomina quoque eorum, qui præſentes fuerunt, addantur; & apud quem hæc omnia acta, geſtaque ſint. Si quid autem eorum fuerit prætermiſſum; & creditor, & emptor, rem, debitum, ac pretium perdent; quique permutationis cauſa acceperit; & quod dedit, & quod accepit, amittet: qui vero in emphyteuſim, dum vixerit, acceperit, aut donationis, aut ceſſionis prohibitæ cauſa; quod cepit, reſtituet, & tantam quantitatem, quanti æſtimatur, quod datum eſt. Locum vero habent, quæ dicta ſunt, in iis, quæ eccleſiaſtica futura ſunt, & in præteritis ſacris locis. Sed ſi ſint res mobiles, præter ſacra vaſa, quæ ſatis ſint ad illas urgentes alienandi cauſas:

(1) καὶ τὰ μον. (2) ἀρχιεπισκόπου. (3) ὅταν οἱ. alii ὅταν ἡ. alii ὅταν ἢ. (4) ἐκποιοῦσιν.
(5) ἡ πρᾶσις ἢ ἡ. (6) ἡ αὐταλλαγὴ ἢ ἡ.
(7) μέλλει. [8] ἐκπλήρωσιν. [9] ἐπικειμένης. alii ἐπικειμένας. (10) κτήσασθαι. alii ἐκτήσασθαι.
(11) ἀποροῦντος. (12) ἐκχωρεῖν. (13) δυνάνται.
(14) τὸν διοικητὴν καὶ τοὺς ὑπουργοῦντας καὶ τοὺς πτωχούς. (15) τὸν διοικητὴν καὶ πάντας τοὺς εὑρισκομένους ὑπουργούς. (16) ἐπιγίνεσθαι. (17) ἀζημίους. (18) αὐτῶν. (19) γίνεσθαι. (20) παρ᾽ ὧν.
[21] παροφθῇ. (22) καὶ. (23) ἔλαβεν.
(24) ἐπὶ δὲ τῶν.

(a) *De his Julian. Nov. 7. cap.* 1.
(b) *In Græcis verbis ſunt quædam mendoſa: & pro adminiſtratione eſt* ordinatione, *vel* conſecratione. *Sed ex Novella VII. Juſtiniani Anaſtaſii conſtitutio hæc, quæ Latine ſcripſimus, ſtatuit.*

ἀργεῖ τῶν ἀναγκαίων ἀκινήτων καὶ τῶν ἄρτων ἡ ἐκποίησις καὶ ἡ ὑποθήκη.

Εκ τῶν παρατίτλων ἄλλως.

Νομοθετεῖ ἡ διάταξις περὶ ἐκποιήσεως καὶ ἀνταλλαγῆς καὶ ὑποθήκης καὶ ἐμφυτεύσεως καὶ δωρεᾶς πραγμάτων διαφερόντων ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις κωνσταντινοπόλεως καὶ μαρτυρείοις καὶ μοναστηρίοις καὶ ξενοδοχείοις καὶ πτωχείοις καὶ ὀρφανοτροφείοις αὐτῆς καὶ τῶν δεχομένων ἐξ αὐτῆς χειροτονίαν ἐπισκόπων καὶ τῶν δεχομένων τὰς παρὰ τῶν αὐτῶν μητροπολιτῶν χειροτονίας πόλεώς τε καὶ κλιμάτων. ἀνάγνωθι ὅλην αὐτὴν ἀπὸ τοῦ ῥητοῦ σαφηνίζουσαν καὶ ἀνελλειπῶς διαγορεύουσαν πότε καὶ πῶς καὶ ἐκ ποίας αἰτίας καὶ ἐπὶ ποίοις γράμμασι καὶ τίνα τρόπον καὶ παρὰ τισὶ γίνονται ἐκποιήσεις ἢ ἐμφυτεύσεις τῶν διαφερόντων πραγμάτων τοῖς αὐτοῖς τόποις. μαθήσῃ γὰρ ἐξ αὐτῆς καὶ περὶ ποίων ταῦτα νομοθετεῖ πραγμάτων. μὴ λαθῃ δέ σε ὅτι ἐπὶ τῆς ἐμφυτεύσεως (1) ταῦτα κρατεῖν παρακελεύεται καὶ ἐπὶ τῶν διαφερόντων πραγμάτων τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ κωνσταντινουπόλεως ἅπερ ἐνομοθέτησεν εἰς τὰ τοῖς ἄλλοις τοῖς μνημονευθεῖσι τόποις προσήκοντα (2) θάυματα. ὑφεξαιρεῖ δὲ τῆς οἰκείας νομοθεσίας ἡ διάταξις τὰ ἱερὰ ἀναθήματα. σημειῶσαι δὲ ἐκ τῶν ῥημάτων αὐτῆς ὅτι κινητὰ μόνα καλεῖ τὰ ἱερὰ ἀναθήματα.

Η ἐπιτομὴ ἤτοι ἑρμηνεία τῆς ὀγδόης καὶ δεκάτης διατάξεως, τοῦ αὐτοῦ τίτλου, ἧς ἡ ἀρχὴ, ἡ μεγάλη.

Η διάταξις ἀφορίζει τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ κωνσταντινουπόλεως. ο. (3) λίτρας χρυσίου πρόσοδον, εἰς τὸ τὰς κηδείας ἀδαπάνους ἐν κωνσταντινουπόλει γίνεσθαι καὶ μέχρι τῶν νέων τειχῶν καὶ βλαχέρναις αἱ γὰρ συκαὶ μέρος εἰσὶ τῆς πόλεως. (4) ὁρίζει κατὰ τῶν παραβαινόντων ποινὴν ἀνὰ. (5) ν. χρυσίου λιτρῶν.

Εκ τῶν παρατίτλων ἄλλως.

Η μεγάλη ἐκκλησία κωνσταντινουπόλεως ὑπὲρ τοῦ προῖκα θάπτεσθαι τοὺς τελευτῶντας. ο. λίτρας χρυσίου ἐκ βασιλικῆς φιλοτιμίας εἴληφεν.

Η επι-

(1) τὰ αὐτά. (2) forte πράγματα.
(3) ἑβδομήκοντα λιτρῶν. (4) καὶ ὁρίζει.
[5] πεντήκοντα λίτρας χρυσίου.

ſas: ceſſat immobilium rerum, & panum civilium alienatio, atque hypotheca.

*Alio pacto ex Paratitlis.* [a]

HÆc conſtitutio diſponit de alienatione, permutatione, hypotheca, emphyteuſi, & donatione rerum, quæ pertinent ad ſacras Eccleſias, martyrum baſilicas, monaſteria, xenodochia, prochia, & orphanotrochia CP. & qui ab eadem ſede Epiſcopi ordinantur, quique a Metropolitanis ejus urbis, aut regionis Pontificale ſacerdotium recipiunt. Legenda itaque tota eſt, quæ perfecte diſſerit, quando, quo pacto, qua ex cauſa, quibus teſtationibus, quo modo, & apud quos alienationes, & emphyteuſis rerum ad illa loca pertinentium fiant. Cognoſces enim ex eadem, de quibus rebus loquatur. Neque te lateat in emphyteuſi hæc valere oportere; item in rebus, quæ ad magnam Conſtantinopolitanam Eccleſiam pertinent, valere ea, quæ ſanxit in aliis locis, quæ antea dicta ſunt. Excipit autem ab ea ſanctione conſtitutio ſacra anathemata, ſive donaria: quibus verbis ſignificat, mobilia anathemata vocari.

*(b) Epitome XVIII. Conſtit. cujus initium eſt* Magna. *ejuſdem Anaſtaſii, [de qua Novella XLIII. & LIX.*

HÆc conſtitutio decernit reditus magnæ Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ auri librar. LXX. ut funera gratis CP. fiant uſque ad novos muros, & Blachernas; nam Sycæ quoque pars urbis eſt. [c] Adverſus contemptores pœnam L. librarum auri definit.

*Ex paratitlis (d) alio pacto.*

MAgna Eccleſia Conſtantinopolitana propter ſepeliendos gratis defunctos LXX. libras auri ex principis liberalitate ſuſcepit.

*XIX.* Illud quod.

*Epi-*

(a) *Sunt hæc paratitla in collectione conſtitutionum eccleſiaſticarum Græca titulo* 3. *Codicis.*

(b) *Epitome ſumpta eſt ex eadem collectione. Hujus conſtitutionis Anaſtaſii mentio fit Nov.* 43. *&* 59. *quæ in libris Authenticorum non extant. Hac conſtitutione numerum decanorum, & ergaſteriorum magnæ eccleſiæ CP. a Conſtantino Imp. conſtitutum* 950. *de quo conſtit.* 4. *hujus tituli; actum fuiſſe ab Anaſtaſio, &* 1100. *effectum, Juſtinianus auctor eſt. Videndus etiam Julianus Nov.* 59.

[c] *De his locis urbis CP. præter Juſtin. & Julian. d. Nov.* 59. *vidend. Procopius in lib. de ædificiis Juſtiniani Imp.*

(d) *Hæc etiam Paratitla ſunt in dicta collectione ſub tit.* 3. *Codicis.*

Η ἐπιτομὴ ἤτοι ἑρμηνεία τῆς κ. διατάξεως τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

ΟΥτε κατὰ τὸν θεῖον τύπον οὔτε κατὰ πρόσταξιν τῶν ἀρχόντων ἔξεστι μετάγειν στρατιωτικὰς σιτήσεις εἰς εὐαγεῖς οἴκους ἢ κληρικούς.

(*a*) *Epitome XX. Conſtitutionis Juſtiniani Imp.*

NEque per ſacras formas, neque per Præſidum juſſiones licet militares annonas in pias domos, aut clericos transferre.

*XXI. Sancimus nemini.*
*XXII. Sancimus Res.*
*XXIII. Ut inter Divinum.*

Η ἐπιτομὴ τῆς. κ δ. διατάξεως τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

Η (1) ἐν κωνσταντινουπόλει ἐκκλησία πασῶν τῶν ἄλλων ἐστὶ κεφαλὴ ἡ παροικικῷ δικαίῳ γινομένη ἔκδοσις ἄκυρός ἐστιν ἐπὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ὡς μήτε τῷ νόμῳ γνωριζομένη, ἐὰν ἔμπρακτος ἄρχων κωνσταντινουπόλεως δι' ἑαυτοῦ ἢ μέσου προσώπου παρὰ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας ἀκίνητον ἐκλάβῃ, τὸ πραχθὲν ἄκυρον καὶ δίδωσι τῇ ἐκκλησίᾳ τὴν διατίμησιν τοῦ πράγματος ὁμοίως καὶ ὁ οἰκονόμος. εἰδὲ καὶ καθ' ἕτερον τρόπον πείσει ἢ ἀναγκάσει περιελθεῖν εἰς αὐτὸν ἐκκλησιαστικὸν πρᾶγμα καὶ τὸ πραχθὲν ἄκυρον καὶ τὸ δοθὲν ὑπὲρ τούτου εἰς πρόσωπον τῆς ἐκκλησίας ἀποδίδοται αὐτῇ, καὶ πρὸς τοῖς εἰρημένοις ὑπόκειται ποινῇ κ. [2] χρυσίου λιτρῶν αὐτὸς καὶ ὁ τὸ πρᾶγμα δοὺς καὶ ὁ λαβὼν ἐπὶ τῷ παρασκευάσαι γενέσθαι τὸ συνάλλαγμα τὸ δοθὲν αὐτῷ δίδωσι διπλοῦν καὶ πάντα προσκυροῦνται τῇ ἐκκλησίᾳ περαιτέρω τῶν κ. ἐτῶν ἀκίνητον τῇ ἐκκλησίᾳ οὐ μισθοῦται μόνοις εὐπόροις δεῖ τὰ ἐκκλησιαστικὰ ἐμφυτεύειν διὰ τὴν ἀποκατάστασιν τῆς ὄψεως καὶ μὴ περαιτέρω αὐτοῦ τοῦ ἐμφυτευομένου καὶ δύο ἑξῆς κληρονόμων καὶ μὴ κουφίζειν πλέον τοῦ ἕκτου (3) μέρους τοῦ σωζομένου κανόνος (4) ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἐκδόσεως. εἰ δὲ βλάψει τὸ πρᾶγμα ἐνισταμένου τοῦ χρόνου, ἐξετάζεται καὶ τὴν ζημίαν ἀποθεραπεύει. εἰδὲ ῥαθυμήσει ὁ οἰκονόμος ἢ ἀπόροις ἐκδῷ, ἐπιγινώσκει τὴν [5] βλάβην.

[*b*] *Epitome XXIV.* ( *de qua Novella VII.* )

COnſtantinopolitana Eccleſia cæterarum omnium (*c*) caput eſt. Juris colonarii (*d*) cauſa facta traditio in rebus eccleſiaſticis infirma eſt; utpote quæ legibus eſt incognita. Si magiſtratus Conſtantinopolitanus, qui in actu ſit, per ſe,vel interpoſitam perſonam a magna eccleſia rem immobilem ceperit; quidquid actum erit, infirmum ſit, & rem, ejuſque æſtimationem eccleſiæ reſtituet. Idem de œconomo dicendum eſt. Si vero alio quovis pacto induxerit, aut per vim eccleſiaſticam rem ſuſceperit; res geſta inutilis ſit, ac quæ nomine eccleſiæ data erunt, reſtituantur eidem; & præter ea pœnæ XX. librarum auri ipſe, & qui rem dedit, & qui accepit, ut contractum fieri curaret, ſubjaceant: quodque datum eſt, cum altero tanto reſtituatur, quæ omnia ad eccleſiam deferentur. Immobilis rei (*e*) eccleſiaſticæ conductio XX. annos non excedat. Locupletibus tantum perſonis licet in emphyteuſim dare res eccleſiaſticas; ut ſpecies eadem rerum, aſpectuſque reddatur. Excedi autem non oportet ab emphyteutæ perſona, & duorum deinceps heredum: neque plus ſexta integri canonis parte traditionis tempore relevari. Si vero res poſtea læſa ſit, ab accipiente reſarcitur. Si tamen negligens œconomus fuerit, aut minus idoneis hominibus rem in emphyteuſim dederit, damnum ipſe præſtabit.

Η ἐπιτομὴ τῆς κε. διατάξεως τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

ΟΙ χαρτουλάριοι τῆς [6] ἐκκλησίας τῆς μεγάλης οὔτε διὰ μέσου προσώπου δύνανται λαβεῖν ἀκίνητον (7) αὐτῆς κατὰ μίσθωσιν ἢ ἐμφύτευσιν ἢ ἕτερον τρόπον. γίνονται οἱ χαρτουλάριοι ἡγουμένου λιβέλλου καὶ φέροντος ὑπογραφὴν τοῦ πατριάρχου καὶ τοῦ οἰκονόμου καὶ ἐὰν τὶς αὐτῶν φανῇ κλέπτων ἢ παραδιδοὺς ἢ ἄλλως ἀνεπιτήδειος ἔξεστι τῷ πατριάρχῃ

[*f*] *Epitome XXV. Conſtitutionis.*

CHartularii magnæ Eccleſiæ ne per interpoſitam quidem perſonam accipere poſſunt rem immobilem ejuſdem eccleſiæ conductionis; aut emphyteuſeos gratia, aut qua alia ratione. Chartularii libello confecto cum Patriarchæ, & œconomi ſubſcriptione fiunt. Si quis eorum quicquam ſurripere, aut alienare deprehendatur, aliove pacto damnoſus eſſe; licet Patriarchæ, & œco-

(1) ἡ κωνσταντινουπόλεως. (2) χρυσῶν.
[3] μέρους. (4) ἐν. [5] βλάβην καὶ δίδωσιν.
[6] μεγάλης ἐκκλησίας. (7) αὐτῆς ἤ.

[a] *Epitome eſt in dicta collectione Græca eccleſiaſticarum conſtitutionum.*

[b] *Hæc etiam epitome eſt in eadem collectione. Hujus conſtit. mentionem facit Juſtinian. Nov. 7. vide in Auth. de non alienand.* §. Lex. *&* §. *ſeq. &* §. Quia vero Leonis.

(c) *Adde, quæ intra diœceſim CP. ſunt, eique ut Patriarchæ, ſedi ſubjectæ ſunt. Namque abſolute dictum falſum eſt. Vide, quæ diximus lib.* 1. *tit.* 1. *conſt.* 7.

(d) παροικικῷ δικαίῳ. *Vidend. Nov.* 7. *Authent. de non alienand.* §. Lex itaque Julian. *Nov.* 120. *cap.* 1.

(e) *Refert Euſtathius tit.* 10. *cap.* 3. *de temporibus.*

(f) *Hæc etiam epitome ſumpta eſt ex eadem collectione, ex qua cæteræ.*

χῃ καὶ τοῖς οἰκονόμοις ἐκβάλλειν αὐτὸν τοῦ καταλόγου. γίνονται (1) δὲ εἰς σκρινίον τῆς Ἀνατολῆς χαρτουλάριοι ιε. εἰς τὸ Ἀσιανῆς ις. εἰς τὸ Πόντου ιε. εἰς τὸ Ἐνοίκιον ιε. εἰς τὸ Θράκης η. εἰς τὸ τοῦ Ἀντιόχου ϛ. εἰς τὸ τοῦ Καλοποδίου ϛ. εἰς τὸ τοῦ ἀναλώματος ι. εἰς τὸ τῶν ληγάτων θ. καὶ λαμβάνουσι λόγῳ συνηθειῶν ἐπὶ μὲν τοῖς ἐμφυτευτικοῖς συμβολαίοις πεντηκοστὰς ἐπὶ δὲ τοῖς μισθωτικοῖς καὶ λοιποῖς συναλλάγμασιν ἑκατοστὴν εἰδὲ ὑπὲρ τὸν εἰρημένον ἀριθμὸν γένηται χαρτουλάριος ἐκπίπτει καὶ δίδωσι τῇ ἐκκλησίᾳ. ιε. λίτρας. καὶ ὁ ποιήσας αὐτὸν. κ. μετὰ ζητήσεως ἀκριβοῦς οἱ οἰκονόμοι λογιζέσθωσαν γνώμῃ τοῦ πατριάρχου τὴν γινομένην δαπάνην τοῖς ἐμφυτευταῖς καὶ μισθωταῖς καὶ διοικηταῖς ἑκάστου μὲν οἰκονόμου ζητοῦντος τὰ τῆς [2] ὑφ᾽ αὐτὸν διοικήσεως τῶν δὲ λοιπῶν κατὰ πρόσταξιν (3) ἄγραφον τοῦ πατριάρχου τοῖς λογισμοῖς ὑπογράφοντος τὸ ἀνέγνων καὶ τὸ χωρὶς τοιαύτης παρατηρήσεως λογιζόμενον οἴκοθεν (4) καὶ οἱ οἰκονόμοι διδόασιν. τῆς δὲ λογιζομένης δαπάνης καὶ τῶν εἰσκομιζομένων χρημάτων λαμβάνουσιν οἱ χαρτουλάριοι ἑκατοστάς ὁ δὲ πλέον λαμβάνων καὶ τῆς ὑπουργίας τοῦ χαρτουλαρίου καὶ τῆς ἱερατικῆς ἀξίας ἐκπίπτει παραχρῆμα δεῖ τοὺς οἰκονόμους κατὰ μῆνα ἢ τὸ μήκιστον ὑπὲρ δύο [5] λογοποιεῖν πρὸς τοὺς ἀρκαρίους ἐπεὶ κινδυνεύουσιν.

H. κϛ. διάταξις τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

Ο αὐτὸς βασιλεὺς Ἰουλιανῷ ἐπάρχῳ πραιτωρίων. ἐπὶ δήπερ ἐν πολλαῖς ἤδη διαθήκαις εὕρομεν τοιαύτας ἐνστάσεις καθ᾽ ἃς ἢ ἐξ ὁλοκλήρου τὶς ἔγραψε τὸν δεσπότην ἡμῶν χριστὸν κληρονόμον μὴ προσθεὶς εὐκτήριον οἶκον μηδένα ἢ αὐτὸν τὸν δεσπότην ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐξ ἡμισείας ἢ ἐξ ἑτέρων ἀνίσων μερῶν ἕτερον δέ τινα ἐξ ἡμισείας ἢ ἄλλης μοίρας. ἤδη γὰρ πλείοσι διαθήκαις κατὰ τοῦτον γενομέναις τὸν τρόπον ἐνετύχομεν καὶ πολλὴν ἀδηλίαν ἐντεῦθεν οὖσαν κατὰ τοὺς ὁρῶμεν νόμους, καὶ τοῦτος ἐπανορθούμενοι θεσπίζομεν εἰμὲν τὸν δεσπότην ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν γράψειέ τις κληρονόμον ἢ ἐξ ὁλοκλήρου ἢ ἐκ μέρους ἄντικρυς δοκεῖν τὴν κατὰ τὴν αὐτὴν πόλιν ἢ τὴν κώμην ἢ τὸ χωρίον ἐφ᾽ ἧς καθέστηκεν ὁ τελευτήσας ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν ἐνίστασθαι κληρονόμον καὶ εἰς ὅλό κληρονομίαν ἔνστασιν ἀπαιτεῖσθαι παρὰ τῶν θεοφιλεστάτων αὐτῆς οἰκονόμων ἢ εἰς τὸ μέρος καθ᾽ ὅσον κληρονόμος γραφῇ αὐτοῦ τοῦ κρατοῦντος ἢ καὶ ληγάτον ἢ φιδεικόμισσον καταληφθεῖν καὶ ταῦτα διαφέρειν τ" ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις ἐφ᾽ ᾧτε εἰς πτωχῶν ἀποστροφὴν αὐτὰ προχωρεῖν. εἰ δὲ ἑνὸς τῶν ἁγίων ἀρχαγγέλων ἐμνήσθη ἢ τῶν προσκυνητῶν μαρτύρων μὴ ποιησάμενος οἰκουμενείαν τοῦτο ὅ περ ἴσμεν παρά τινος διατυπωθὲν καὶ τοι τῶν ἐπιφανῶν γεγονότος καὶ τῇ περὶ λόγους καὶ νόμους ἐν εὐδοκιμηκότος παιδείᾳ εἰμὲν ἐστι κατὰ τὴν πόλιν ἐκείνην ἢ τὴν ἐνορίαν αὐτῆς εὐκτήριος οἶκος εἰς τιμὴν ἐκείνου τοῦ σεβασμιωτάτου ἀρχαγγέλου ἢ τοῦ ἁγιωτάτου μάρτυρος αὐτὸν δοκεῖν γεγράφθαι κληρονόμον. εἰ δὲ οὐκ ἔστι κατὰ τὴν αὐτὴν πόλιν ἢ τὴν ἐνορίαν τοιοῦτος οἶκος τηνικαῦτα τοὺς κατὰ

(1) καὶ εἰς. (2) ὑφ᾽ ἑαυτῶν. alii ὑφ᾽ αὐτόν.
(3) ἔγγραφον melius ex veteri libro.
(4) οἱ. (5) λογοποιεῖσθαι.

conomis eiicere eum ex numero Chartulariorum. Fiunt autem ad ſcrinium Orientis Chartularii XV. ad Aſianæ XVI. ad Ponti XV. ad Domeſticorum XV. ad Thraciæ VIII. ad Antiochi VI. ad Calopodii VI. ad Expenſarum X. ad Legatorum IX. Accipiunt vero ex conſuetudine de emphyteuticis contractibus quinquageſimam, de conductionibus & reliquis centeſimam. Si vero ſupra illum numerum Chartularius fiet: eiiciatur & præſtet eccleſiæ libras XV. & qui eum fecerit, libras XX. Cum magna inquiſitione œconomi rationes reddent, ex ſententia Patriarchæ, ſumptus facti ab emphyteutis, & conductoribus, ac diſpenſatoribus, ſingulique œconomi inquirent in ea adminiſtratione, ac regione, in qua unuſquiſque eſt. Reliquarum vero curam gerent ex juſſione conſcripta Patriarchæ, qui rationibus ſubſcribet, ſe eas agnoviſſe. Sine hac obſervatione rationibus redditis, de ſuo œconomi damna præſtabunt. Sumptuum autem in rationem latorum, & rerum illatarum capient centeſimas Chartularii. Qui plus ceperit, miniſterio Chartularii, & ſacerdotali dignitate ſtatim cadet. Debent œconomi ſingulis menſibus, aut minimum intra duos menſes rationes reddere arcariis: ſin minus periclitabuntur.

(a) *XXVI. Idem Imp. A. Juliano Præf. Præt.*

CUm in multis teſtamentis eas inveniamus inſtitutiones, per quas, aut ex aſſe ſcripſit quis heredem DN. noſtrum Jeſum Chriſtum, non adjecta ſacra æde; aut ipſum DN. noſtrum Jeſum Chriſtum ex ſemiſſe, aut ex inæquali parte, alium vero quemcumque ex ſemiſſe, vel ex alia parte inſtituit: Jam enim in permulta teſtamenta incidimus in eam rationem facta: ac magnam incertitudinem ex veteribus legibus in ea re extitiſſe cernamus; id nos corrigentes ſancimus; ut ſiquidem DN. noſtrum Jeſum Chriſtum ſcripſerit quis heredem ſive ex aſſe, ſive pro parte: eam omnino videatur Eccleſiam inſtituiſſe, quæ in ea urbe, vico, vel agro eſt, in quo teſtator erat; atque religioſi ejuſdem Eccleſiæ œconomi totam hereditatem petent, aut partem, ſi ex parte Chriſtus heres inſtitutus eſt. Idem obtinebit, ſi legatum, vel fideicommiſſum fuerit relictum: ea autem omnia deferentur Eccleſiis, ut in pauperum educationem diſtribuantur. Si vero Sancti Archangeli alicujus, aut Martyris venerandi mentio facta ſit; neque domus expreſſa; quod quidem novimus a quodam viro diſpoſitum, qui inter inſignes eloquentia, & legum peritia habebatur: & ſiquidem eſt in illa urbe, aut in ejus territorio orationis domus illius Archangeli , aut Martyris honori dedicata, ipſa videatur heres ſcripta. Si vero nulla eſt in ea urbe, aut in ejus territorio, tunc venerabili domui, quæ in Metropolita-

[a] *Hæc quoque conſtitutio ſumpta eſt ex eadem collectione. Refert ſententiam Photius tit. 2. cap. 1. Nomocanonis.*

τὰ τὴν μιτρόπολιν σεβασμίους ὄικους καὶ εἰ κατ' αὐτὴν γοῦν εὑρεθείη τοιοῦτός τις ὄικος, ἐκείνῳ δοκεῖν τὸν κλῆρον ἢ τὸ πρεσβεῖον ἢ τὸ φϊδεικόμισσον καταλελεῖφθαι. ἐι δὲ μὴ ἐκεῖσε φανεῖη τοιοῦτὸς τις ὄικος ὢν. αὖθις τὰς κατὰ τόπον ἁγιωτάτους ἐκκλησίας καὶ τοῦτο λαμβάνειν δηλονότι ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις ἅπαντες ὁι λοιποὶ δικαίως παραχωροῦσιν ὄικοι πλὴν ἐι μὴ γένοιτο πρόδηλος ὁ τελευτήσας ἕτερον μέν τοι ἐνθυμηθεὶς ὄνομα προσθεῖναι ἕτερον δὲ ἐιπὼν διὰ τὸ καὶ τί τοιοῦτον ἡμᾶς γνόντας κατά τινα διαθήκην ἐπὶ τοῦ Πόντου γενέσθαι. κἀκεῖσε πάλιν αὐτὶ τοῦ γεγραμμένου παρασκευάσαι κρατῆσαι τὸ ἀληθές. εἰ μέντοι ὁ μὲν διαθέμενος ῥητὸν μὴ θείη τόπον εὑρεθείη δὲ τοῦ αὐτοῦ ὀνόματος ἐν ἐκείνῃ τῇ πόλει ἢ τῇ περιοικίδι εὐκτήρια πολλὰ καθεστῶτα εἰμὲν ἔν τινι τούτων συγχνῶς ὁ τελευτήσας ἐφοίτα καί τινα πρὸς αὐτὸ μέιζονα ἔιχε προσπάθειαν, ἐκείνῳ δοκεῖν καταλελεῖφθαι τὸ πρεσβεῖον. εἰ δὲ οὐδὲν τοιοῦτο εὑρίσκοιτο, μᾶλλον ἐκ τοῦ αὐτοῦ ὀνόματος ἐνδεεστέρῳ ὄικῳ καὶ δεομένῳ βοηθείας τυχεῖν δοκεῖν τὸ τοιοῦτο καταλελεῖφθαι πρεσβεῖον ἤ τοι τὴν κληρονομίαν. Dat. XIII. Kal. Nov. CP. Lamp. V. C. COS.

B. α. T. γ.

Η. κ θ. διάταξις τοῦ τρίτου τίτλου τοῦ πρώτου βιβλίου τοῦ κώδικος.

Αὐτοκράτορες Λέων καὶ Ανθέμιος. α α. Ζήνωνι στρατηγῷ. ὁι ἐν τοῖς μοναστηρίοις διατρίβοντες, μὴ ἐχέτωσαν ἐξουσίαν ἐξιέναι τῶν μοναστηρίων ἢ καὶ ἐν τῇ Αντιοχέων ἢ καὶ ἐν ἑτέραις πόλεσιν ἀναστρέφεσθαι. ὑφεξαιρουμένων μόνων τῶν καλουμένων ἀποκρισιαρίων οἷς ἄδειαν παρέχομεν ἐθέλουσι διὰ μόνας ἀναγκαίας ἀποκρίσεις εἰσιέναι καὶ οὗτοι δὲ αὐτοὶ ὁι ποιούμενοι τὰς ἐισόδους φυλαττέσθωσαν περί θρησκείας ἢ δόγματος διαλέγεσθαι ἢ συμβουλαῖς τισὶ προστάσσειν εἰς ταραχὴν ὁρῶσαις τὰς ἁπλουστέρας ψυχὰς τοῦ δήμου παρατρέπειν γινώσκοντες ὡς ἀμελοῦντες τῶν προστεταγμένων παρὰ τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας τῇ τῶν νόμων ὑποβληθήσονται αὐστηρίᾳ. Dat. Kal. Jun. CP. Leone A. & Probiano COSS.

Η ἐπιτομὴ τῆς. λ ε. διατάξεως τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

ΕΚάστη πόλις ἴδιον Επίσκοπον ἐχέτω καὶ κἂν διὰ θείας (1) ἀντιγραφῆς (2) τολμήσῃ τὶς ἀφελέσθαι πόλιν τοῦ ἰδίου Επισκόπου ἢ τῆς περιοικίδος αὐτοῦ ἢ τινὸς ἄλλου δικαίου γυμνοῦται τῶν ὄντων καὶ ἀτιμοῦται. ἐξῄρηται δὲ ἡ Τομέων συνηθείας πόλις ὁ

γὰν

(1) γραφῆς.
(2) τολμήσοι. alii τολμήσειε.

tana urbe ſit, ſi modo in ea ejuſmodi inveniatur; hereditas, legatum, aut fideicommiſſum relictum fuiſſe videatur. Sin autem ne illic quidem inveniatur: ſanctiſſimæ ejuſdem loci Eccleſiæ relicta recipiant. His enim ſanctiſſimis eccleſiis reliqua omnia pia loca jure ceſſerint, niſi aperte teſtator aliud nomen cogitaverit, aliudque dixerit. Quod nos ſcimus nuper in teſtamento in Ponto facto contigiſſe; quo caſu voluimus veritatem ei, quod ſcriptum eſſet, præferri. Itaque ſi teſtator certum locum non expreſſerit; & ejuſdem nominis in urbe, aut in territorio ejus oratoria multa inveniantur. Siquidem eorum aliquod crebro teſtator frequentaverat, atque erga id propenſior fuerat: illi videatur legatum eſſe relictum. Si vero nihil hujuſmodi reperiatur; quod indigentius eſt ex his, quæ ejuſdem nominis ſunt, quodque magis ope aliena egere cognoſcatur, ei legatum, aut hereditas relicta videatur. Dat. XIII. Kal. Nov. CP. Lamp. V. C. COS.

## LIB. I. TIT. III.

## DE EPISCOPIS, ET CLERICIS.

[*a*] *XXIX.* Idem Impp. Leo, & Anthemius AA. *Zenoni Mag. Mil.*

QUI in monaſteriis verſantur, non habeant poteſtatem exeundi de monaſteriis, & Antiochiæ, aut in aliis urbibus degendi, exceptis ſolis Apocriſiariis, quibus licentiam præſtamus, ſi velint, propter neceſſaria tantum negotia urbem ingredi. Hi vero ipſi, qui ingrediuntur, cavebunt, ne de religione, ac ſuis decretis diſſerant, aut alicui conſultationi præſint tumultum commovendo, ſimplicioreſque plebis animos depravent: ſcientes, ſi negligant, quæ a noſtra pietate imperantur, aſperitati noſtrarum legum fore ſubjectos. Dat. Kal. Jun. CP. Leone A. & Probiano COSS.

*XXX.* Si Quemquam.
*XXXI.* Orphanotrophos.
*XXXII.* Omnes qui ubique.
*XXXIII.* Sacroſanctæ.
*XXXIV.* Omnia.

(*b*) Epitome *XXXV. eorundem AA.*

UNaquæque urbs ſuum Epiſcopum habeat, & quamvis per Principis reſcriptum audeat aliquis auferre urbem a ſuo Epiſcopo, aut territorii partem, aut jus aliud; nudatus iis, quæ habebat, infamia notetur. Excipitur Tomenſium

urbs

(a) *Sumpta eſt hæc conſtitutio ex eadem collectione Græca. Relata eſt a* 52. *Græca conſtitutione hujus tituli, & a Photio tit.* 11. *cap.* 4. *Nomocan.*

(b) *Ex dicta collectione Græca hæc epitome ſumpta eſt. Refert Photius tit.* 8. *cap.* 1. *Nomocanonis.*

γὰρ ἐπίσκοπος αὐτῆς καὶ τῶν λοιπῶν προνοεῖ καὶ ἡ Λεοντόπολις Ισαυρίας ὑπὸ τὸν ἐπίσκοπον ἐστὶν Ισαυροπόλεως.

### Η ἐπιτομὴ τ. λη. διατάξεως τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

ΟΙ τὰ ἴδια μοναστήρια καταλιμπάνοντες οὐ λαμβάνουσιν ἅπροσήγαγον αὐτοῖς κινητὰ ὅσης δήποτε ποσότητος ὄντα κἂν μὴ συνέστη πρᾶξις ὑπομνημάτων ἐπ᾽ αὐτοῖς. ἐπὶ δὲ ταῖς δωρεαῖς τῶν ἀκινήτων δεῖ τὰ νόμιμα φυλάττεσθαι ἐπεὶ οὐκ ἀναιρεῖται τῷ δωρησαμένῳ ἡ ἐκνίκησις οὐ δεῖ τοὺς ἐπισκόπους ἢ τοὺς κληρικοὺς ἀναγκάζειν τινὰς καρποφορεῖν ἢ ἀγγαρείας διδόναι ἢ ἄλλως ἐπηρεάζειν ἢ ἀφορίζειν ἢ ἀναθεματίζειν ἢ μὴ διδόναι κοινωνίαν ἢ διὰ ταῦτα μὴ βαπτίζειν κἂν ἔθος τοιοῦτον ἐκράτησεν. ὁ δὲ παραβαίνων ἐκπίπτει τῆς ἐκκλησίας καὶ τῆς διοικήσεως αὐτῆς καὶ δίδωσι δεκα λίτρας. ταῦτα δὲ κρατεῖ ἐν μόνῃ τῇ βασιλευούσῃ καὶ τῇ ἐνορίᾳ αὐτῆς καὶ τοῖς τόποις τοῖς ὑπὸ τοῦ πατριάρχου χειροτονουμένοις μητροπολίταις ἀνήκουσιν ἢ τοῖς ἐξ ἐκείνων γινομένοις ἐπισκόποις.

### Η ἐπιτομὴ τ. λθ. διατάξεως τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

ΤΑ μοναστήρια τελοῦσιν ὑπὸ τοὺς ἐπισκόπους τῶν ἐνορίων αὐτῶν καὶ τοὺς μὲν ἡγουμένους ἐπιβλέπουσιν οἱ ἐπίσκοποι τοὺς δὲ μοναχοὺς οἱ ἡγούμενοι. οὐγίνεται δὲ ἡγούμενος δύο μοναστηρίων.

### Η. μα. διάταξις τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

Αὐτοκράτωρ Ιουστινιανὸς. α. Αταρβίῳ ἐπάρχῳ πραιτωρίων. πᾶσαν ἀεὶ ποιούμενοι πρόνοιαν τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν εἰς τιμήν τε καὶ δόξαν τῆς ἁγίας ἀχράντου καὶ ὁμουσίου τριάδος δι᾽ ἧς σώζεσθαι ἡμᾶς τε αὐτοὺς καὶ τὴν κοινὴν πολιτείαν πεπιστεύκαμεν ἀκολουθοῦντες δὲ καὶ τῇ διδασκαλίᾳ τῶν ἁγίων ἀποστόλων περὶ τοῦ ἀνεπιλήπτους ὀφείλειν χειροτονεῖσθαι τοὺς ἱερέας οἵτινες μάλιστα διὰ τῶν οἰκείων εὐχῶν τὴν εὐμένειαν τοῦ φιλανθρώπου θεοῦ τοῖς κοινοῖς περιποιεῖν ἐτάχθησαν πράγμασι. διὰ τοῦ παρόντος νόμου θεσπίζομεν ὁσάκις ἂν ἐν οἵα δήποτε πόλει ἱερατικὸν θρόνον σχολάσαι συμβαίνῃ, ψήφισμα γίνεσθαι παρὰ τῶν οἰκούντων τὴν αὐτὴν πόλιν ἐπὶ τρισὶ τοῖς ἐπὶ ὀρθῇ πίστει καὶ βίου σεμνότητι καὶ τοῖς ἄλλοις ἀγαθοῖς μεμαρτυρημένοις ὥστε ἐκ τούτων τὸν ἐπιτηδειότερον εἰς

 τὴν

urbs (*a*) in Scythia: ejus enim Epiſcopus cæterarum quoque curam gerit. Item Leontopolis (*b*) in Iſauria ſub Epiſcopo Iſauropoleos eſt.

*XXXVI.* Jubemus.
*XXXVII.* Servis.

### (*c*) *Epitome XXXVIII. Leonis, Zenonis, vel Anaſtaſii.*

QUI a monaſteriis diſcedunt, non recipient, quæ ipſi mobilia attulerunt, cujuſcumque æſtimationis ſint: quamvis geſta monumentorum de eis nulla extent. In donationibus vero immobilium rerum oportet legitima jura ſervari; neque enim tollitur evictio donatario. Non oportet Epiſcopos aut clericos cogere alios ad fructus offerendos, aut ad angarias præſtandas, aut alio pacto eos vexare, aut ſuſpendere, aut anathemate damnare, aut eis non communicare, ac propter hanc cauſam eos non baptizare, quamvis conſuetudo hujuſmodi ſit. Qui vero hæc tranſgreſſus fuerit, excidat ab Eccleſia, & ab ejus adminiſtratione, ac præſtet libras decem. Quæ ſolum in hac Regia urbe, & in ejus territorio; item in locis, quæ ad Metropolitanos a Patriarcha ordinatos pertinent, aut ad Epiſcopos, qui ab eis creantur.

### (*d*) *Epitome XXXIX. Conſtitutionis.*

MOnaſteria ſub Epiſcopis ſuarum regionum cenſentur, & de eorum Præfectis Epiſcopi cognoſcent, Præfecti de monachis. Duorum vero monaſteriorum nullus Præfectus curam geret.

*XL.* Repetita.

### (*e*) *XLI. Imp. Juſtinianus A. Atarbio Præf. Præt.*

CUram ſemper gerentes Sanctiſſimarum Eccleſiarum in honorem, gloriamque ſanctæ, immaculatæ, atque conſubſtantialis Trinitatis, per quam nos ipſos, noſtramque Rempublicam ſervari credimus; ac ſequentes ſanctorum Apoſtolorum diſciplinam, ut irreprehenſibiles (*f*) creari oporteat Antiſtites, qui, ut ſuis præſertim precibus benevolentiam clementis Dei publicis rebus aſſequantur, conſtituti ſunt: Hac lege ſancimus, ut quotiens in aliqua civitate Antiſtitis ſedem vacare contigerit, comitia fiant ab iis, qui in illa urbe habitant; ac tres perſonæ eligantur, quæ rectæ fidei, & vitæ venerandæ, atque aliarum bonarum rerum teſtimonium habeant; ut ex his utilior cæteris potiſſimum in Epiſcopum ordinetur.

 Nam

[a] *De ejus urbis, & Odeſſi Epiſcopo vide Nov.* 120.
[b] *Hujus nominis mentio fit Nov.* 28. *& Nov.* 31.
[c] *Hæc etiam epitome ſumpta eſt ex eadem collectione, de qua ſupra. Refert Photius tit.* 11. *cap.* 4. *Nomocan.*
[d] *Ex eadem collectione hæc quoque epitome eſt.*
(e) *Eſt etiam hæc conſtitutio ex eadem collectione Græca conſtitutionum eccleſiaſticarum. Refert hanc Nov.* 123.
[f] *Paul.* 1. *ad Timoth.*

τὴν ἐπισκοπὴν προχειρίζεσθαι. εἰ γὰρ οἱ ἅγιοι καὶ ἔνδοξοι ἀπόστολοι οἱ τὴν ἱερωσύνην παρὰ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν δεξάμενοι καὶ πάντων τῶν ἀγαθῶν τὴν γῆν πληρώσαντες καὶ τὴν αὐτοῦ διδασκαλίαν ἅπασι παραδεδωκότες, οὐ δὲ αὐτῆς τῆς ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ ζωῆς αὐτῶν ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας ἐφείσαντο, πῶς οὐ δίκαιόν ἐστι τοὺς ὑπεισιόντας εἰς τὴν αὐτῶν τάξιν καὶ ἐγκαθισταμένους τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν ἱερέας καθαρὰν κεκτῆσθαι προαίρεσιν; καὶ τῶν μὲν χρημάτων ὑπερφρονεῖν πᾶσαν δὲ τὴν ἑαυτῶν ζωὴν εἰς τὸν φιλάνθρωπον ἀνατείνειν Θεόν; ὥστε προσήκει τοιούτους ἐπιλέγεσθαι καὶ χειροτονεῖσθαι ἱερέας, οἷς οὐκ ἔστιν οὔτε τέκνα οὔτε ἔγγονοι. ἐπειδὴ οὐχ οἷόν τέ ἐστι τὸν περὶ τὰς βιωτικὰς ἠσχολημένον φροντίδας ἃς οἱ παῖδες μάλιστα τοῖς γονεῦσι παρέχουσι, τὴν πᾶσαν σπουδήν τε καὶ ἔννοιαν περὶ τὴν θείαν λειτουργίαν καὶ τὰ ἐκκλησιαστικὰ ἔχειν πράγματα. τινῶν γὰρ διὰ τὴν εἰς τὸν Θεὸν ἐλπίδα καὶ διὰ τὸ τὰς ἑαυτῶν περισῶσαι ψυχὰς προστρεχόντων ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις καὶ τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῖς ταύταις προσφερόντων καὶ καταλιμπανόντων ἐπὶ τὸ εἰς πτωχοὺς καὶ πένητας καὶ ἑτέρας εὐσεβεῖς ταῦτας δαπανᾶσθαι χρείας ἄτοπόν ἐστι τοὺς ἐπισκόπους εἰς οἰκεῖον ταῦτα ἀποφέρεσθαι κέρδος, ἢ περὶ ἴδια τέκνα καὶ συγγενεῖς καταναλίσκειν. χρὴ γὰρ καὶ τὸν ἐπίσκοπον, μὴ ἐμποδιζόμενον [1] προσπαθείᾳ σαρκικῶν τέκνων πάντων τῶν πιστῶν πνευματικὸν εἶναι πατέρα. διὰ ταῦτα τοίνυν ἀπαγορεύομεν τὸν ἔχοντα τέκνα ἢ ἐγγόνους χειροτονεῖσθαι ἐπίσκοπον τοὺς δὲ νῦν ὄντας ἐπισκόπους ἢ μέλλοντας γίνεσθαι, θεσπίζομεν μηδαμῶς ἔχειν ἐξουσίαν διατίθεσθαι ἢ δωρεῖσθαι ἢ καθ' ἑτέραν οἱανδήποτε περίνοιαν ἐκποιεῖν τι τῆς ἑαυτῶν περιουσίας, ἣν μετὰ τὸ γενέσθαι ἐπίσκοποι ἐκτήσαντο, ἢ ἀπὸ διαθηκῶν ἢ ἀπὸ δωρεῶν, ἢ καθ' ἕτερον οἱονδήποτε τρόπον πλὴν εἰ μὴ μόνα ἃ πρὸ τῆς ἐπισκοπῆς ἐξ' οἱας δήποτε αἰτίας ἔσχον ἢ μετὰ τὴν ἐπισκοπὴν ἀπὸ γονέων καὶ θείων καὶ ἀδελφῶν εἰς αὐτοὺς τι περιῆλθεν ἢ καὶ πόριελεύσεται. πάντα δὲ ὅσα μετὰ τὴν χειροτονίαν ἐξ οἵας δήποτε αἰτίας καθὰ εἴρηται χωρὶς τῶν εἰρημένων προσώπων εἰς αὐτοὺς περιῆλθε, τῇ παρ' αὐτῶν ἐπισκοπουμένῃ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ διαφέρειν κελεύομεν, καὶ ἐκδικεῖσθαι παρ' αὐτῆς οὐδενὸς ἑτέρου προσώπου δυναμένου ἐκτούτου εἰς οἰκεῖον ἀπενεγκεῖν κέρδος. τίς γὰρ ἂν ἀμφισβητήσειεν ὡς οἱ τούτοις τὰς ἰδίας οὐσίας καταλείψαντες ἢ καὶ καταλιμπάνοντες ἢ καὶ καθ' ἕτερον τρόπον παραπέμψαντες ἢ καὶ παραπέμποντες, οὐκ ἀφεωράκασιν εἰς τὴν αὐτὴν ἱερωσύνην; καὶ πιστεύσαντες ὡς οὐ μόνον τὰ παρ' αὐτῶν καταλειφθέντα εὐσεβῶς δαπανήσωσι ἀλλὰ καὶ τὰς ἰδίας αὐτῶν οὐσίας προσθήσουσι τοῦτο ποιοῦσι; τῆς δὲ γενικῆς ἡμῶν ταύτης νομοθεσίας μόνα ἐξαιροῦμεν, τὰ περιγινόμενα οἱαδήποτε πράγματα Επιφανίῳ τῷ ἀρχιεπισκόπῳ τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως καὶ πατριάρχῃ ἁγιωτάτῳ μέχρι τῆς παρούσης ἡμέρας. ἐπὶ γὰρ τοῖς ἀπὸ τοῦ παρόντος μέλλουσιν αὐτῷ προσγίνεσθαι κρατεῖν τὰ παρ' ἡμῶν διατυπωθέντα καὶ τῇ ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ προσήκειν ταῦτα θεσπίζομεν. μετὰ δὲ τὴν τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων τελευτὴν τοὺς κατὰ καιρὸν οἰκονόμους λόγους ἀπαιτεῖσθαι τῶν παρ' αὐτῶν καταλελειμένων πραγμάτων καὶ τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ προσήκειν ἢ ἐκταύτης ἡμῶν τῆς νομοθεσίας ὀφειλόντων

Nam ſi ſancti, & glorioſi Apoſtoli, qui ſacerdotium a Chriſto Domino, Deoque noſtro ſuſceperunt, qui omnibus bonis terras impleverunt; quique ejus doctrinam cunctis hominibus tradiderunt, ne vitæ quidem ſuæ in hoc mundo pro ſalute noſtra pepercerunt: an iniquum erit, Eccleſiarum Antiſtites, qui in eorum locum ſubſtituuntur, atque ordinantur; omni labe puras habere mentes, omnemque pecuniarum vim pro nihilo ducere, ac totam vitam in Deum ipſum clementiſs. dirigere? Oportet itaque tales Pontifices eligere, atque creare, quibus neque filii, neque nepotes ſint. Fieri enim nequit, ut qui curis humanis impediatur, eis præſertim, quas liberi patentibus afferunt; omne ſtudium, & cogitationem erga divina miniſteria, & res Eccleſiaſticas habeat. Nam cum ſint nonnulli, qui propter ſpem, quam in Deum habent, ut ſaluti ſuarum animarum conſulant, ad Eccleſias ſe conferunt; ac bona, quæ ad ipſos pertinent, offerunt eccleſiis, atque relinquunt; ut in pauperes, egenteſque, aut in alias pias cauſas conſumantur: minime decet ea Epiſcopos in ſuum lucrum conferre, aut in liberos ſuos, atque cognatos expendere. Oportet enim epiſcopum carnali liberorum affectione non impeditum, omnium fidelium Chriſtianorum eſſe ſpiritalem patrem. Quamobrem prohibemus, (*a*) ut qui filios, aut nepotes habeat; creetur Epiſcopus. Qui vero nunc ſunt Epiſcopi, aut etiam qui futuri ſunt, ſancimus nullo pacto poteſtatem habere teſtandi, aut donandi, aut alia quacumque ratione quicquam ſuarum facultatum alienandi; quod poſtquam Epiſcopi facti ſunt, obtinuerunt; & ſive teſtamento, ſive donatione, ſive alio quocumque modo conſecuti ſunt; præterquam ea ſola, quæ ante Epiſcopatum ex qualicumque cauſa habuerunt, aut poſt Epiſcopatum a parentibus, & patruis, & avunculis, & fratribus ad ipſos pervenerunt, aut pervenerint. Omnia vero ea, quæ poſt Epiſcopatum ex quacumque cauſa, ut diximus, præterquam ab illis perſonis, ad ipſos pervenerint; ad Eccleſiam, quam gubernabant, pervenire jubemus; & ut ab eadem vindicentur, neque alius quiſquam poſſit ex ea re lucrum ſibi elicere. Quis enim dubitet, eos, qui ſuas facultates illis reliquiſſent, aut relinquunt, aut alio quoquo pacto tranſmiſerint, aut tranſmittunt; non reſpexiſſe ad eandem ipſam ſedem? atque credentes non ſolum quæ ipſi reliquerant, pie conſumpturos, ſed etiam ſuas facultates adjecturos, id feciſſe? Ex hac vero noſtra generali lege tantum excipimus omnes res, quas ſanctiſs. Epiphanius Archiepiſcopus hujus felicis urbis, ac Patriarcha in hunc uſque diem habet. Namque in futuris ipſius rebus locum habeant, quæ a nobis diſpoſita ſunt; &, ut ad magnam Eccleſiam ea deferantur, ſancimus. At vero œconomi poſt mortem Epiſcoporum rationes conficiant eorum, quæ ab ipſis relicta ſunt, & quæ ad Eccleſiam pertinent, & quæ ipſi Eccleſiæ ex hac noſtra conſtitutione debe-

(1) προσπαθείαις.

[a] *Hæc refert conſtit.* 47. *Græca hujus tituli, & Paul. Diacon. lib.* 16. *rer. Romanar.*

των καὶ αὐτοὺς δὲ τοὺς οἰκονόμους κατὰ κρίσιν καὶ δοκιμασίαν γίνεσθαι κελεύομεν εἰδότας, ὡς παντὶ τρόπῳ καθ᾽ ἕκαστον ἐνιαυτὸν λόγους ὑφέξουσι τῷ ἁγιωτάτῳ ἐπισκόπῳ τῆς οἰκείας διοικήσεως καὶ πᾶν ὅπερ ἂν φανεῖεν τὰ ἐκκλησιαστικὰ πράγματα καταβλάψαντες ἢ κέρδος οἰκεῖον ποιησάμενοι τοῦτο τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ἀποδόσουσι πράγμασιν, ὥς τε εἰ μὲν περιόντες τοὺς τοιούτους ὑπόσχοιεν λόγους γενέσθαι τὰ εἰρημένα. εἰ δὲ τελευτήσαιεν πρὶν τοὺς αὐτοὺς λόγους ὑποσχεῖν, τότε τοὺς αὐτῶν κληρονόμους ὑπαχθῆναι τῇ τοιαύτῃ ζητήσει καὶ συνελθεῖν πρὸς ἀποκατάστασιν πάντων ὧν ἂν ἐντεῦθεν φανεῖεν ὀφείλοντες. δεῖν δὲ ᾠήθημεν καὶ τὰ ἐπὶ τοῖς τὴν φροντίδα ἀναδεδεγμένοις ἢ καὶ ἀναδεξομένοις τῶν τε εὐαγῶν ξενώνων καὶ νοσοκομείων καὶ πτωχείων καὶ ὀρφανοτροφείων καὶ βρεφοτροφείων διατυπῶσαι. καὶ γὰρ αὐτοῖς πᾶσαν ἄδειαν ἀναιροῦμεν τοῦ τὰ κτηθέντα αὐτοῖς μετὰ τὸ παραλαβεῖν τὰ εἰρημένα φροντίσματα ἢ κατὰ διαθήκας ἢ καθ᾽ ἕτερον οἱονδήποτε τρόπον ἢ περίνοιαν εἰς ἕτερα μετατιθέναι πρόσωπα πλὴν εἰ μὴ ὅσα πρὶν ἔτυχον ἔχοντες ἢ μετὰ ταῦτα ἀπὸ γονέων ἢ θείων καὶ ἀδελφῶν εἰς αὐτοὺς περιῆλθε. πάντα δὲ ὅσα τοῖς εὐαγέσιν οἴκοις προσήκει τοῖς εἰρημένοις ἢ εἰς τοὺς τούτων προεστῶτας μετὰ τὸ τὴν τοιαύτην ἀναδέξασθαι φροντίδα περιῆλθεν ἢ περιελεύσεται τοῖς αὐτοῖς εὐαγέσι διαφέρειν οἴκοις καὶ εὐσεβῶς περὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς ὄντας ἢ θεραπευομένους διοικεῖσθαι (1) βουλόμεθα. πρόδηλον γάρ ἐστιν ὅτι ὁ καταλιμπάνων ἢ δωρούμενος ἐγγράφως ἢ ἀγράφως ξενοδόχῳ ἢ νοσοκόμῳ ἢ πτωχοτρόφῳ ἢ ὀρφανοτρόφῳ ὑπὲρ τούτου δίδωσιν ἵνα εὐσεβῶς δι᾽ αὐτοῦ διοικηθῇ ὡς καὶ πολλὴν εὐσεβείας ἀφορμὴν αὐτοῦ ἔχοντος διὰ τοὺς ὑπ᾽ αὐτοῦ φροντιζομένους καὶ οὐ δίκαιόν ἐστι τοῦτον ἅπερ προφάσει τῶν ὑπ᾽ αὐτοῦ φροντιζομένων λαμβάνει μὴ περὶ αὐτοὺς ἢ καὶ ὑπὲρ αὐτῶν ἀναλίσκειν ἀλλ᾽ εἰς ἴδιον αὐτὰ πρόσωπον ἀποφέρεσθαι καὶ οἰκεῖον ποιεῖσθαι κέρδος τοῦ φόβου τοῦ θεοῦ καταφρονήσαντα. τίς γὰρ ἂν τὸν τοιαύτην ἔχοντα φροντίδα μὴ νομίσειε διὰ τοῦτο ταύτην ἀναδέξασθαι ἵνα μὴ μόνον ὅσα αὐτῷ ἔξωθεν περιγίνεται ἀλλὰ καὶ ὅσα ἔτυχεν ἐσχηκὼς περὶ αὐτὴν δαπανήσῃ; ἔτι καὶ τοῦτο κελεύομεν ὅσα μετὰ τὴν δεόντως παρὰ τῶν τοιούτων προσώπων γινομένην περὶ τοὺς ὑπ᾽ αὐτοῦ φροντιζομένους δαπάνην καὶ ἐπιμέλειαν περί τε τὰ πράγματα καὶ τοὺς οἴκους ἐκπεριττεῦσαι συμβαίη ταῦτα προχωρεῖν εἰς ἀγορασίαν προσόδων. πανταχοῦ γὰρ ἡμῖν σκοπὸς εἰς ἐπίδοσιν ἤτοι αὔξησιν ἄγεσθαι τὰ εἰς εὐσεβεῖς ἀφωρισμένα χρείας πράγματα. οὕτως γὰρ ἕκαστος ὑπὲρ τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς τι πρᾶξαι βουλόμενος προθυμότερον ἐπιδώσει ἐὰν τὰ παρ᾽ αὐτοῦ παρεχόμενα εὐσεβῶς μέλλειν διοικεῖσθαι πιστεύσοιεν. εἰ δὲ συμβῇ τινὰ τούτων παύσασθαι τῆς φροντίδος ἧς εἶχε θεσπίζομεν τοῦτον εἰς τόπον αὐτοῦ καθισάμενον μετὰ τοῦ φόβου τοῦ δεσπότου θεοῦ λόγους ἀπαιτεῖσθαι πάσης τῆς παρ᾽ αὐτοῦ γενομένης διοικήσεως καθὰ τῇ θείᾳ ἡμῶν ταύτῃ περιέχεται νομοθεσίᾳ εἰδότος καὶ τοῦ μετ᾽ αὐτὸν καθισαμένου ὡς τῷ δεσπότῃ θεῷ τὸν ὑπὲρ τούτου λόγον ὑφέξει. ἔτι θεσπίζομεν καθὰ τοῖς θείοις διώρισται κανόσι μήτε ἐπίσκοπον μήτε χωρεπίσκοπον μήτε περιοδευτὴν μήτε πρεσβύτερον μήτε ἄλλον

[1] κελεύομεν.

bebuntur. Ipſos vero œconomos cum inquiſitione fieri volumus, ſciantque ſe ſingulis annis rationem reddere oportere ſuæ adminiſtrationis Epiſcopo; atque omnia, in quibus appareat Eccleſiaſticas res læſiſſe, aut ex eis lucrum feciſſe; Eccleſiaſticis rebus reſtituant. Ac ſiquidem ſuperſtites hujuſmodi rationes reddiderint: quæ ſupraſcripta ſunt, fiant. Si vero ante deceſſerint, quam rationes redditæ ſint; tum eorum heredes obligentur, & conveniantur, ut reſtituant omnia, quæ defunctos debere appareat. Oportere etiam exiſtimavimus de iis, qui adminiſtrationem ſuſceperunt, aut ſuſcepturi ſunt xenonum, noſocomiorum, ptochiorum orphanotrophiorum & brephotrophiorum [a] conſtituere. Etenim ipſis omnem licentiam adimimus acquiſita ab eis poſtea, quam adminiſtrationem ſuſceperunt, ſive ex teſtamento, ſive alio quocumque modo, ac ratione, in alias perſonas transferre; niſi ea, quæ ante adminiſtrationem habuerunt, aut poſtea a parentibus, patruis, avunculis, & fratribus ad ipſos pervenerunt. Omnia vero, quæ ad illa pia loca pertinent, aut ad eorum præfectos poſtquam adminiſtrationem ſuſceperunt, perveniunt, aut pervenient: ad eaſdem pias domos pertineant; ac pie in eos, qui illic ſunt, aut curantur, impendi jubemus. Conſtat enim eum, qui reliquit, aut donavit ſcripto, aut ſine ſcriptis xenodocho, noſocomo, ptochotropho, aut orphanotropho (b) ea de cauſa dare ſe, ut ab eo pie diſtribuatur; quippe qui multas pietatis exercendæ occaſiones habeat propter eos, quorum curam gerit. Neque juſtum eſt id, quod ob eos, qui ſub eo ſunt, accepit, non in eis, atque pro eis conſumi ſed in ſuam perſonam converti, ſuumque lucrum timore Dei contempto efficere. Quis enim eum, qui talem adminiſtrationem habeat, non judicaret, ea ipſum de cauſa ſuſcepiſſe; ut non ſolum, quæ ſibi aliunde provenirent, ſed etiam quæ ſua habebat, in ea conſumeret? Jam vero illud etiam jubemus, ut quæ poſt neceſſarios ſumptus ab his perſonis factos erga eos, qui ſub eis ſunt; & poſt curam, ac diligentiam erga res, & domos adhibitam; ſi quid ſupereſſe contigerit, id in emptionem reditus impendatur. Ea enim nobis ultima cura eſt; ut ad incrementum, acceſſionemque rerum, quæ ad pias cauſas deferuntur, reſpiciamus; namque ita qui pro ſuæ animæ ſalute quicquam agere volet; augebit id promptius, ſi quæ ab eo præſtabuntur, pie diſtribuenda eſſe crediderit. Si vero contigerit quemquam eorum adminiſtratione functum eſſe, quam habuerat; ſancimus hunc, qui in locum ejus conſtitutus eſt, cum Dei timore exigere rationem oportere totius adminiſtrationis, ut in hac noſtra ſacra conſtitutione continetur, ſcituro eodem, qui conſtitutus eſt, ſe ea de cauſa Domino Deo noſtro rationem redditurum. Præterea ſancimus, ut ſecundum ea, quæ ſacris regulis ſunt definita, neque Epiſcopus, neque Choropiſcopus, neque Periodeutes, (c) neque Presbyter, neque alius

X 2

(a) *Vidend. Julian. Nov. 7. cap. 1.*
[b] *De his vidend. Julian. d. Nov. 7. cap. 1.*
[c] *Chorepiſcopi mentio fit in canone 2. Chalcedon.*

λου οἵας δήποτε ἀξίας κληρικὸν ἐπιδόσει χειροτονεῖσθαι ἀλλὰ μὴ δὲ οἰκονόμον ἢ ἐκκλησιέκδικον ἢ ξενοδόχον ἢ νοσοκόμον ἢ πτωχοτρόφον ἢ ὀρφανοτρόφον ἢ βρεφοτρόφον ἢ τὸν ἐπὶ τῆς πτωχείας παρέχοντα τι γενέσθαι ἀλλὰ κατὰ κρίσιν καὶ δοκιμασίαν τῶν κατὰ τόπων θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων τούτους προβάλλεσθαι. εἰ δέ τις εὑρεθείη προφάσει τῶν εἰρημένων χειροτονιῶν καὶ φροντισμάτων διδοὺς τι ἢ λαμβάνων εἴτε ἐπίσκοπος εἴη εἴτε κληρικὸς καὶ τὸν παρέχοντα καὶ τὸν λαμβάνοντα ἔξω τῆς ἱερωσύνης καὶ τοῦ κλήρου γίνεσθαι κελεύομεν μετὰ τὸ ὑπὸ τὴν κατάκρισιν αὐτοὺς εἶναι τοῦ δεσπότου θεοῦ. εἰ δέ τις διὰ προστασίας γένηται καὶ εὑρεθείη διδοὺς τι τὸν γινόμενον ἔξω τοῦ κλήρου γίνεσθαι κελεύομεν. εἰ δὲ οἰκονόμος ἢ ἐκκλησιέκδικος ἢ χωρεπίσκοπος ἢ περιοδευτὴς ἢ ξενοδόχος ἢ νοσοκόμος ἢ πτωχοτρόφος ἢ ὀρφανοτρόφος ἢ ὁ καλούμενος ἐπὶ τῆς πτωχείας φανείη παρασχὼν τι ἐπὶ τὸ τὴν τοιαύτην αὐτῷ περιποιῆσαι φροντίδα καὶ τοῦτον ἀποκινεῖσθαι τῆς τοιαύτης φροντίδος κελεύομεν. ἔτι θεσπίζομεν πάντας τοὺς κληρικοὺς τοὺς ἐν ἑκάστῃ ἐκκλησίᾳ δι᾽ ἑαυτῶν ψάλλειν τά τε νυκτερινὰ καὶ τὰ ὀρθρινὰ καὶ τὰ ἑσπερινὰ καὶ μὴ μόνον ἐν τῷ δαπανᾶν τὰ ἐκκλησιαστικὰ πράγματα κληρικοὺς φαίνεσθαι ὄνομα μὲν ἔχοντας κληρικῶν μὴ ἐπιτελοῦντας δὲ τὸ πρᾶγμα τοῦ κληρικοῦ πρὸς τὴν λειτουργίαν τοῦ δεσπότου θεοῦ. ἄτοπον γάρ ἐστιν ἀντ᾽ αὐτῶν γραπτοὺς ἀνάγκης ἐπαγομένης αὐτοῖς ψάλλειν. εἰ γὰρ πολλοὶ τῶν λαϊκῶν διὰ τὸ τὴν οἰκείαν ὠφελῆσαι ψυχὴν ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις προσεδρεύοντες σπουδαῖοι περὶ τὴν ψαλμῳδίαν (1) δείκνυνται πῶς οὐκ ἄτοπον τοὺς κληρικοὺς τοὺς ἐπὶ τούτῳ τεταγμένους μὴ πληροῦν τὸ οἰκεῖον ἐπάγγελμα; διὸ παντὶ τρόπῳ τοὺς κληρικοὺς ψάλλειν κελεύομεν καὶ καταζητεῖσθαι αὐτοὺς παρὰ τῶν κατὰ καιρὸν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων καὶ δύο πρωτοπρεσβυτέρων ἑκάστης ἐκκλησίας καὶ τοῦ καλουμένου ἄρχοντος ἤτοι ἐξάρχου καὶ τοῦ ἐκδίκου ἑκάστης ἁγιωτάτης ἐκκλησίας καὶ τοὺς μὴ εὑρισκομένους ἀμέμπτως ταῖς λειτουργίαις προσκαρτεροῦντας ἔξω τοῦ κλήρου καθίστασθαι. οἱ γὰρ κατασκευάσαντες ἤτοι κτίσαντες τὰς ἁγιωτάτας ἐκκλησίας ὑπὲρ τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας καὶ τῆς κοινῆς πολιτείας κατέλιπον αὐταῖς οὐσίας δι᾽ ὧν ὄφειλον αἱ θεῖαι λειτουργίαι γίνεσθαι ἐφ᾽ ὧτε διὰ τῶν λειτουργούντων ἐν ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις εὐλαβεστάτων κληρικῶν θεραπεύεσθαι τὸν δεσπότην θεόν. ἄδειαν δὲ παρέχομεν παντὶ προσώπῳ τῷ γινώσκοντι τούτων τι παραβαινόμενον τοῦτο προσαναγγέλλειν καὶ φανεροῦν. τὰ δὲ παρ᾽ ἡμῶν θεσπισθέντα πέρατι παραδοῦναι καὶ εἰς ἔργον ἀχθῆναι μετὰ τῆς τοῦ θεοῦ εὐμενοίας κελεύομεν ὑφορωμένων τῶν παραβαίνειν ταῦτα τολμόντων πρω-
τον

lius cujuſcumque dignitatis clericus pecuniis datis creetur. Sed neque œconomus, defenſor Eccleſiæ, xenodochus, noſocomus, ptochotrophus, orphanotrophus, aut brephotrophus, aut qui ptochio præeſt, ſi quicquam dederit, fiat. Sed arbitrio, atque inquiſitione eorum locorum Epiſcopi præponantur. Si quis autem reperiatur ob electionem, aut adminiſtrationem aliquid aut dediſſe, aut accepiſſe, ſive Epiſcopus, ſive clericus fuerit; tam eum, qui dedit, quam qui accepit, a ſacerdotio, & a clero eici jubemus, præter DN. Dei noſtri damnationem, cui ſunt obnoxii. Si vero quiſquam per ſuffragium [a] fiat; ac reperiatur, qui factus eſt, aliquid dediſſe; a clero eum repelli jubemus. Sed ſi œconomus ſit, aut Eccleſiæ defenſor, aut chorepiſcopus, aut periodeutes, aut xenodochus, aut noſocomus, aut ptochotrophus, aut orphanotrophus, aut qui ptochio præeſt, & quicquam largiantur, ut ad ſe hæc cura perveniat: hos quoque expelli ab adminiſtratione jubemus. Item ſancimus, ut omnes clerici, qui in Eccleſia ſint, canant nocturnas, matutinas, & veſpertinas preces; neque ſolum ſumptus ex Eccleſiaſticis rebus faciendo clericos ſe eſſe oſtendant; nomen quidem clericorum tenentes, clericorum vero officium in ſacris miniſteriis negligenter exercendo. Turpe enim eſt alios pro eis conſcriptos canere, cum ipſis onus incumbat. Nam ſi plerique laici, ut animarum ſaluti conſulant, in Eccleſiis aſſidentes ſtudioſos ſe cantus pſalmorum oſtendunt: cur non indecorum erit clericos ob eam cauſam ordinatos non expellere ſuum inſtitutum? Quamobrem omnibus modis clericos canere jubemus; atque inquiri eos a ſuis Epiſcopis, & a duobus primis presbyteris ſingularum Eccleſiarum, item ab Archonte, ſive Exarcho, (b) ut vocant, & a Defenſore uniuſcujuſque ſacroſanctæ Eccleſiæ; atque eos, qui inveniantur non ſine reprehenſione miniſterii ſervientes, extra clerum conſtituant: etenim qui inſtituerunt, ſive ædificaverunt Eccleſias; pro ſua ſalute, & totius Reipublicæ eis facultates reliquerunt, ex quibus ſacra miniſteria fieri oporteret: qua in re venerabiles clerici Eccleſiarum miniſtri Domino, Deoque noſtro ſervirent. Licentiam autem præſtamus cuicumque perſonæ, quæ quicquam cognoſcat ex his rebus negligi, ut id renuntiet, atque indicet. Hæc vero a nobis ſancita ad finem perducere, & opere explere cum Dei benevolentia jubemus. Caveant autem, qui hæc transgredi
auſi

(1) γίνονται.

*cedon. de hac eadem re, licet Gratianus nomen id reticuerit, atque etiam Epiſcopi.* 1. *q.* 1. *c.* 8. Si quis Epiſcopus. *Vidend. Burchar. lib.* 1. *c.* 112. *Ivo, parte* 5. *cap.* 118. *decreti, & lib.* 3. *tit.* 9. *c.* 3. *Panormiæ, & Anſelm. Lucenſ. lib.* 6. *cap.* 81. *Sed Gratianus diſtinct.* 68. *refert Epiſcoporum, & chorepiſcoporum differentiam relatis verbis beati Leonis epiſt.* 86. *& Damaſi epiſt.* 4. *vide Anſelm. lib.* 7. *cap.* 114. *&* 115. *De periodeute canone* 56. *Laodiceno mentio fit, eum viſitatorem appellat Grat. diſt.* 8. *cap.* 5. Non debere. *a circum eundo ita dictus eſt. Ambo munera quædam pro Epiſcopis in vicis adminiſtrabant. Modeſtinus medicum periodeutem appellat c.* 6. *de excuſationibus. quaſi circum foraneum.*

[a] *Suffragium olim mercenariam ſuffragationem appellabant legibus Imperatorum non prohibitam. Vide Codice de ſuffragio.*

(b) *Vide epitomen conſtit.* 14. *Græcæ ſub titulo de hæreticis.*

UNED

τον μὲν τὸν ἐκ τῆς τοῦ δεσπότου θεοῦ κρίσεως κίνδυνον ἔπει τάδε καὶ τὰς ἐγκειμένας τῇ αὐτῇ νομοθεσίᾳ ποινάς. Dat. Kal. Mart. CP. DN. Juſtiniano PP. A. II. COS.

Η. μβ. διάταξις τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

Ο αὐτὸς βασιλεὺς Ἐπιφανίῳ ἀρχιεπισκόπῳ κωνσταντινουπόλεως καὶ πατριάρχῃ. πᾶσαν ἀεὶ ποιούμενοι πρόνοιαν τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν δι' ὧν καὶ τὴν ἡμετέραν βασιλείαν κρατύνεσθαι καὶ τὰ κοινὰ πράγματα τῇ τοῦ φιλανθρώπου θεοῦ χάριτι τειχίζεσθαι πεπιστεύκαμεν ἀλλὰ μὴν καὶ τὰς ἡμῶν τε καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ψυχὰς σπουδάζοντες περισώζεσθαι καὶ τούτου χάριν ἐπιμελούμενοι διὰ παντὸς τοῦ μήτε τὰ συμφέροντα ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις καθ' οἵαν οὖν πόλιν οὔσαις τρόπῳ τινὶ κατολιγωρεῖσθαι μηδὲ τὰς ἐν αὐταῖς θείας λειτουργίας ἐκ τῆς τῶν θεοφιλεστάτων ἱερέων ἀπουσίας ἐμποδίζεσθαι ἢ μὴ προσηκόντως ἐπιμελεῖσθαι ἀλλὰ μηδὲ τὰ τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν ἐκδαπανᾶσθαι πράγματα διά τε τῶν ἐν ταῖς ὁδοῖς καὶ διὰ τῶν ἐνταῦθα περί τε τοὺς ἀνιόντας ἱερέας καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς ὄντας κληρικοὺς ἢ οἰκέτας δαπανωμένων ὥστε πολλάκις καὶ δανείων γίνεσθαι χρείαν καὶ τὸ ἐντεῦθεν ἔρχεσθαι βάρος ἐπὶ τὰς αὐτὰς ἁγιωτάτας ἐκκλησίας πρὸς τὸ μηδὲ τὴν τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων δεόντως προϊέναι διοίκησιν παρὰ τὸν τῆς ἀποδημίας τῶν θεοφιλεστάτων ἱερέων καιρὸν ταύταις πρὸς τὴν σὴν μακαριότητα ταῖς θείαις συλλαβαῖς χρήσασθαι δεῖν ᾠήθημεν δι' ὧν αὐτοὶ παρακελευόμεθα καταστῆσαι πᾶσι φανερὸν τοῖς κατὰ τὰς μητροπόλεις ἑκάστης ἐπαρχίας ὑπ' αὐτῇ τεταγμένοις ὁσιωτάτοις ἱερεῦσιν ὡς οὐ προσήκει τινὰ τούτων ἢ τῶν ἐν ταῖς ἄλλαις τῆς ἐπαρχίας πόλεσι ταῖς ὑπὸ τῷ μητροπολίτῃ τεταγμέναις θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων κατ' οἰκείαν γνώμην δίχα θείας ἡμῶν ἰδικῆς προστάξεως ἀπολιμπάνειν μὲν τὴν παρ' αὐτοῦ διοικουμένην ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν εἰς δὲ τὴν εὐδαίμονα ταύτην ἀνιέναι πόλιν οἵου δήποτε πράγματος ἀνακύπτοντος ἀλλὰ πέμπειν ἐνταῦθα ἕνα ἢ δύο τοῦ ὑπ' αὐτοῦ εὐαγοῦς κλήρου καὶ ποιεῖν φανερὰ τῇ ἡμετέρᾳ εὐσεβείᾳ περὶ ὧν δέονται ἢ δι' αὐτῶν ἐξ εὐθείας προσιόντων ἡμῖν ἢ διαμέσης τῆς σῆς μακαριότητος οὕτω τε τυγχάνειν δικαίας τε καὶ συντόμου τῆς ἡμετέρας βοηθείας. εἰ γάρ τι τῶν εἰς ἡμᾶς φερομένων τοιοῦτον ἡμῖν εἶναι φανείη ὡς δεῖσθαι τῆς αὐτῶν τῶν θεοφιλεστάτων ἱερέων παρουσίας τηνικαῦτα παραγενέσθαι προστάξωμεν αὐτούς δίχα δὲ τοιαύτης θείας κελεύσεως οὐδένα παραγίνεσθαι συγχωροῦμεν εἰδότος τοῦ ταῦτα ὑπερβαίνοντος καὶ τὴν ὀρθῶς καὶ ὁσίως εἰσενεχθεῖσαν παρ' ἡμῶν ἐπὶ τῇ τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν τιμῇ παραφυλακὴν παρεξιόντος οὐ μικρᾶς ἀγανακτήσεως πειρασθήσεται ἀλλὰ καὶ ὑπὸ ἀφορισμὸν γενήσεται εἰ μὲν μητροπολίτης εἴη ὑπὸ τῆς σῆς μακαριότητος εἰ δὲ τῶν ὑπὸ τὸν μητροπολίτην πόλεων δι' αὐτοῦ τοῦ μητροπολίτου. χρηματικὴν γὰρ ποινὴν ὁρίσαι κατὰ τῶν ὑπερβαινόντων τὴν θείαν ἡμῶν ταύτην διατύπωσιν οὐκ ἀναγκαῖον ᾠήθημεν ὡς ἂν μὴ εἰς τὰς ἁγιωτάτας ἐκκλησίας ἡ ἐντεῦθεν περι-

σταίη

auſi fuerint, tum a Domino, Deoque noſtro judicii æterni periculum; tum etiam pœnas in hac conſtitutione impoſitas. Dat. Kal. Mar. CP. DN. Juſtiniano PP. A. II. COS.

(*a*) *XLII. Idem Imp. Epiphanio Archiepiſc. Conſtantinopolitano, & Patriarchæ.*

SEmper nos omni providentia curam Eccleſiarum gerimus; per quas & imperium noſtrum ſuſtineri; & publicas res per clementiam Dei, ac gratiam muniri credidimus. Sed & cum & noſtram, & cæterorum omnium animas ſalvas fieri conemur; & ea de cauſa per omnia curam geramus, ut neque quæ utilia ſint Eccleſiis, in quacumque urbe ſint, aliquo pacto minuantur; neque ſacra miniſteria, quæ in eis fiunt, propter Antiſtitum abſentiam aut impediantur, aut non, ut oportet, curentur. Sed neque Eccleſiaſticarum rerum ſumptus recte fiunt ab eis, qui in via, & hic in aſcendentes Antiſtites, (*b*) & clericos, & famulos, qui eos ſequuntur, ſumptus faciunt. Uſque eo, ut ſæpe æs alienum contrahant; quod onus in ipſas Eccleſias recidit, præter neglectam Eccleſiaſticarum rerum adminiſtrationem competentem, dum abſunt Antiſtites. His itaque ſacris litteris ad tuam Beatitudinem utendum eſſe exiſtimavimus, per quas nuntiaremus, ut prædiceres omnibus Epiſcopis in metropolitanis urbibus uniuſcujuſque provinciæ, quæ ſub te conſtituta eſt, non oportere quemquam eorum, neque cæterorum Epiſcoporum, qui in aliis provinciarum urbibus ſunt, quæ a Metropolitanis ordinantur, ſponte ſua ſine ſacra noſtra ſpeciali juſſione relinquere Eccleſiam, quæ ab ipſo gubernatur, & in hanc felicem urbem aſcendere; emergat licet quæcumque cauſa; ſed mittere oportere ad nos unum, duoſve viros pios e clero, qui ſub eo eſt; noſtramque pietatem facere certiorem eorum, quæ ei ſunt neceſſaria; aut ipſis nuntiis recta ad nos venientibus, aut per interpoſitionem tuæ Beatitudinis, ut ita honeſtum, ac breve a nobis auxilium conſequantur. Namque ſi quid eorum, quæ ad nos referentur, ejuſmodi nobis eſſe videatur, ut egeat ipſorum Antiſtitum præſentia: tunc eos adeſſe jubebimus: ſine ea vero ſacra juſſione neminem venire patimur. Sciat autem is, qui hæc tranſgreditur, atque recte, & ſancte inductam a nobis in ſanctiſſimarum Eccleſiarum honorem obſervantiam præterit; non parvæ ſe indignationis periculum ſubiturum. Eritque etiam ab Eccleſia ſeparandus, ſi Metropolitanus erit, a tua Beatitudine; ſi vero ejus urbis Epiſcopus, quæ ſub Metropolitano eſt, ab eodem Metropolitano. Etenim pecuniariam pœnam conſtituere adverſus tranſgreſſores hujus noſtræ ſacræ diſpoſitionis, non oportere exiſtimavimus; ne inde in ipſas ſacroſan-

(a) *Ex eadem collectione Græca Eccleſiaſticarum conſtitutionum ſumta eſt.*

(b) *Hoc eſt, Conſtantinopolim venientes, ſive proter altitudinem Imperii, ſive propter regionis qualitatem; deſcendentes quoque dicebantur, qui in provincias ibant urbem relinquentes. Sic infra verſ. 38. & alibi.*

ςαίη βλάβη ὧν τὰ πράγματα πάσης μειώσεως ἐλεύθερα μένειν σπουδάζομεν. ταῦτα τοίνυν εἰς τὴν ἑκάστου γνῶσιν τῶν ὑπ' αὐτῇ τεταγμένων θεοφιλεστάτων μητροπολιτῶν ἐπισκόπων ἀγαγεῖν ἡ σὴ ὁσιότης σπουδασάτω καὶ τὰς παρ' ἑκάστου πεμπομένας ἀποκρίσεις διά τε τῶν μητροπολιτῶν καὶ δι' αὐτῶν τῶν λοιπῶν τῆς ἐπαρχίας πόλεων θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων ἃ περὶ τούτων μεμαθήκασιν εἰς τὴν ἡμετέραν εὐσέβειαν ἀνενεγκεῖν. Dat. X. Kal. Mart. CP. DN. Juſtinian. PP. A. II. COS.

Η. μγ. διάταξις τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

Ο αὐτὸς βασιλεὺς μηνᾷ ἐπάρχῳ πραιτωρίων. τῆς τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν καὶ τῶν ἁγίων μοναστηρίων προνοοῦντες σεμνότητος ἀπαγορεύομεν πᾶσι τοῖς οἰκοῦσι μοναστήρια συνδιαιτᾶσθαι γυναιξὶ μοναστρίαις ἢ πρόφασίν τινα ἐπινοεῖν τοῦ κοινωνίαν τινὰ πρὸς αὐτὰς ἔχειν. τοῦτο γὰρ δικαίαν ὑποψίαν εἰσάγει τοῦ συνεχῶς καὶ ἡνίκα ἂν βούλοιντο συντυγχάνειν αὐταῖς, ἀλλ' οὕτω κεχωρισμένους εἶναι ὥστε μηδεμίαν μετουσίαν πρὸς ἀλλήλους καθ' οἱανοῦν αἰτίαν ἔχειν αὐτοὺς μηδὲ ἐξευρίσκεσθαί τινα πρόφασιν ἢ τούτοις ἢ ἐκείναις τῆς μετ' ἀλλήλων διαγωγῆς. ἀλλὰ μόνους μὲν καθ' ἑαυτοὺς ἄνδρας ἐν ἑκάστῳ μοναστηρίῳ διάγειν τῶν καθ' οἱανοῦν αἰτίαν πλησιαζουσῶν αὐτοῖς μοναστριῶν κεχωρισμένους, μόνας δὲ καθ' ἑαυτὰς γυναῖκας οὐκ ἀναμιγνυμένας ἀνδράσιν ὑπὲρ τοῦ πᾶσαν ὑπόνοιαν ἀτέμνου συνδιαγωγῆς παντελῶς ἀναιρεθῆναι. ἀλλ' εἰ μὲν ἄνδρες εἶεν οἱ πλείονες προσήκει προνοίᾳ τῶν ἐν ἑκάστῃ πόλει θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων τὰς γυναῖκας εἰς ἕτερον ἐπιτήδειον τόπον μεθίστασθαι καὶ δοθῆναι μοναστήριον αὐταῖς ἐν τῷ δέησει καθ' ἑαυτὰς τοῦ λοιποῦ σεμνῶς διαιτᾶσθαι. εἰ δὲ πλείονες εὑρεθεῖεν αἱ γυναῖκες οὖσαι ἢ καὶ ἰσάριθμοι, τοὺς μὲν ἄνδρας μεθίστασθαι τὰς δὲ γυναῖκας ἐν τῷ μοναστηρίῳ μένειν ὥστε μέντοι τὰ πράγματα τοῦ αὐτοῦ μοναστηρίου κινητὰ καὶ ἀκίνητα καὶ αὐτοκίνητα τοὺς ἐξιόντας πρὸς τοὺς μένοντας κατ' ἀναλογίαν μερίζεσθαι, ταῖς δὲ ἀναγκαίαις ἀποκρίσεσι τῶν καθ' ἑαυτὰς μοναζουσῶν γυναικῶν ἕνα γέροντα παρὰ τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου τῆς πόλεως ἀφορίζεσθαι, εἰς δὲ τὸ τὰς θείας ἐκτελεῖσθαι λειτουργίας καὶ τῆς ἁγίας αὐταῖς μεταδίδοσθαι κοινωνίας ἕνα πρεσβύτερον καὶ ἕνα διάκονον σεμνοῦ βίου τυγχάνοντας δίδοσθαι τοὺς μόνα τὰ εἰρημένα πράττειν ὀφείλοντας. οὐ μὴν διαιτᾶσθαι καὶ συνοικεῖν αὐταῖς. τούτων γὰρ δὴ φυλαττομένων καὶ αὐτοῖς εὐδαίμων ὁ βίος ἔσται τοῖς μονάζειν ᾑρημένοις καὶ τὰ τῆς κοινῆς ἡμῶν πολιτείας πράγματα ἑτοιμοτάτης τεύξεται τῆς τοῦ φιλανθρώπου θεοῦ βοηθείας. ἃ μὲν οὖν ὑπὲρ τῶν κοινῶν πραγμάτων καὶ νῦν καλῶς ἔχειν ἐδοκιμάσαμεν ταῦτα ἐστὶ, καὶ πεπείθαμεν ὡς οὐ μικρὰ καὶ ταῦθα διαφανήσεται προστιθεμένη τούτοις ἐκ τῆς θείας ἡμῶν διατάξεως ὠφέλεια. δεῖ δὲ παραφυλακῆς ἀκριβεστάτης εἰς τὸ κατὰ μηδένα τρόπον ὑπερβαίνεσθαι ταῦτα ἤ τις οὐκ ἄλλως ἂν γένοιτο ἢ τῶν θεοφιλεστάτων ἑκάστης πόλεως ἐπισκόπων ἐφορώντων ἐπιμελῶς τὰς τῶν μοναχῶν τῶν διαγόντων ἐν μοναστηρίοις τεταγμένοις ὑπὸ τὴν αὐτῶν φροντίδα διατριβάς.

καὶ

ſanctas Eccleſias damnatio recidat; quarum res omni deminutione liberas manere curamus. Hæc itaque in ſingulorum Epiſcoporum notitiam, qui ſub te Metropolitani ordinati ſunt. Sanctitas tua perducere ſtudeat; ac reſponſa ab unoquoque eorum miſſa de his, quæ ipſi, & cæteri aliarum urbium Epiſcopi cognoverunt; ad noſtram pietatem deferantur. Dat. X. Kal. Mart. CP. DN. Juſtiniano PP. A. II. COS.

*(a) XLIII. Idem Imp. Menæ Præf. Præt.*

HOneſtati ſanctiſſimarum Eccleſiarum, & piorum monaſteriorum conſulentes prohibemus his, qui in monaſteriis degunt, cum ſanctimonialibus mulieribus converſari; (b) aut occaſionem præbere, ut ſocietas ulla victus cum eis ſit. Neque enim injuſta ſuſpicio ex eo emanabit; ut ſemper, aut cum velint, inhoneſte cum eis congrediantur. Sed ita ſeparati ſint, ut nullum commercium inter ſe quacumque de cauſa habeant; neque aliqua occaſio ab his, aut illis inveniatur, ut vita communis inter ipſos ſit. Soli vero per ſe viri in ſuis monaſteriis degant, a monaſteriis mulierum ſejuncti, neque ulla de cauſa eis proximi. Solæ quoque mulieres, non cum viris; ut omnis omnino inhoneſtæ vitæ ſuſpicio tollatur. Sed ſiquidem major virorum numerus fuerit: providentia Epiſcoporum, qui in ſingulis urbibus ſunt, mulieres in alium decentem locum transferri oportet; atque eis monaſterium, in quo poſſint per ſe deinceps honeſte vivere, dari. Si vero plures mulieres eſſe reperiantur, aut pari numero cum viris: tunc viri quidem transferantur, mulieres in monaſterio maneant. Res autem monaſterii mobiles, immobiles, aut ſemoventes inter eos, qui exeunt, & remanentes pro portione dividantur. Ad negotia [c] tamen neceſſaria mulierum ſeparatarum, ſenex aliquis ab Epiſcopo deſignetur. Item ad divina miniſteria peragenda, & ad ſacram communionem ipſis præſtandam, unus presbyter, unuſque diaconus honeſtæ vitæ attribuantur. Hi hæc ſolum agere debent, non etiam cum eiſdem vivere, & habitare. Si hæc igitur ita ſerventur; & eis felix erit vita, qui ſolitariam vitam elegerunt: & noſtræ Reipublicæ res certiori clementiſſimi Dei auxilio firmabuntur. Hæc ſunt itaque quæ in publicis rebus nunc quoque recte ſe habere exiſtimaveramus: deſideramus tamen, ut ne parvum eſſe videatur auxilium, quod eis adicitur ex hac ſacra noſtra conſtitutione. Oportet autem diligenti cuſtodia uti, ut nullomodo hæc tranſgrediantur: quod non alio pacto fiet, quam ſi ſingularum urbium Epiſcopi inveſtigent accurate monachorum, qui in monaſteriis ſub eiſdem conſtitutis degunt, converſationem: ac ſi quid ſen-

ſe-

[a] *Ex dicta collectione, ut ſuperiores. Videnda Nov.* 123. *circa finem.*

(b) συνδιαιτᾶσθαι *ſimul vivere, aut habitare.*

(c) ἀποκρίσεσι. *Hinc apocriſiarius dicitur, horum negotiorum geſtor. Vide conſtit.* 29. *Græcam hujus tituli.*

ϗ εἴ τινος αἴσθοιντο τοιούτου πταίσματος· πᾶσι τρόποις εἰργόντων τὸ παρ᾽ αὐτῶν ἐγχειρούμενον, καὶ ποιναῖς μὲν ὑπαγόντων τοὺς καὶ μετὰ τὴν ἡμετέραν ἀπαγόρευσιν ἔπι τῶν αὐτῶν ἀνεχομένους. ἀναγκαζόντων δὲ τὰς αὐτῶν διατριβὰς καθαρὰς καὶ κεχωρισμένας εἶναι γυναικείας συνδιαγωγῆς. καὶ αὐτοῖς γὰρ τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις εἰ μέλλοιεν ὀρθῶς τὰ περὶ τούτου διαλογίζεσθαι γνώριμόν ἐστιν ὡς ἐκ τοῦ φυλάττεσθαι τὴν σεμνὴν ταύτην τῶν εὐλαβεστάτων μοναχῶν διαγωγὴν ϗ μηδὲν ἀπρεπὲς ἢ ἄσεμνον (1) αὐτῇ προσγίνεσθαι τὸν φιλάνθρωπον θεὸν εὐμενῆ τὰ κοινὰ πράγματα τῆς ἡμετέρας ἕξει πολιτείας. ἀλλ᾽ ὡς ἂν μὴ δ᾽ αὐτοὶ οἱ θεοφιλέστατοι ἐπίσκοποι πάρεργον ἡγήσωνται τὸ θεῖον ἡμῶν τοῦτο παράγγελμα γινώσκειν αὐτοὺς βουλόμεθα. ὡς εἴ τις αὐτῶν φανείη μὴ σὺν ἀκριβείᾳ πάσῃ ταῦτα διερευνώμενος ἢ διαφανὲν τὸ πταῖσμα. μὴ κατὰ τοὺς εἰρημένους τρόπους ἐπανορθῶν ἔνοχος μὲν ἔσται τῷ κρίματι τοῦ δεσπότου θεοῦ ϗ νῦν δὲ ἐπ᾽ αὐτὸν ἥξει τὰ τῆς βασιλικῆς ἡμῶν κινήσεως ϗ περὶ αὐτὴν κινδυνεύσει τὴν ἱερωσύνην οὐ δὲ ἄλλης μείζονος ἐνδεοῦς τῆς ἀγανακτήσεως. ἡ τοίνυν σὴ ὑπεροχὴ τὴν θείαν ἡμῶν ταύτην νομοθεσίαν φανερὰν καταστησάτω τοῖς ἐν ἑκάστῃ μητρόπολει θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις ϗ τοῖς λαμπροτάτοις ἄρχουσι τῶν ἐπαρχιῶν προστιθέμενος τὸ καὶ αὐτοὺς εἰ δέησοι πᾶσαν διδόναι βοήθειαν τοῖς εὐλαβεστάτοις τῶν πόλεων ἐπισκόποις ἐφ᾽ ᾧ ταῦτα κωλύειν ἅπερ ἀναιρεθῆναι προσετάξαμεν καὶ εἴ τινι ῥαθυμίᾳ χρωμένους αὐτοὺς εὕροιεν φανερὰν ἡμῖν ταύτην δι᾽ οἰκείας ποιεῖν μηνύσεως ὡς ἂν πάντες εἰδεῖεν τὰ παρ᾽ αὐτῶν ὀφείλοντα διαφυλάττεσθαι καὶ τὴν ἐξ ἀμελείας διωρισμένην (2) φροντίσειάν τε οἱ θεοφιλέστατοι μητροπολῖται τοῦ καὶ τοῖς ἄλλοις εὐλαβεστάτοις τῶν πόλεων ἐπισκόποις τῆς αὐτῆς ἐπαρχείας ποιῆσαι φανερὸν τὸν θεῖον ἡμῶν τοῦτον νόμον καὶ παρεγγυῆσαι πᾶσι ἀγρύπνῳ σπουδῇ ταῦτα φυλάττειν δεδιόσι τὸ ὁρισθὲν ἐπιτίμιον ὑπερ δὲ τοῦ μὴ παρελκυσθῆναι τὴν ἀποπλήρωσιν τῆς θείας ἡμῶν ταύτης νομοθεσίας ἀλλὰ μηδὲ αὐτοὺς τοὺς εὐλαβεστάτους μοναχοὺς τοὺς ἐπὶ τοῦ παρόντος συνδιαιτωμένους μοναστρίαις ὀλίγον νομίσαι χρόνον αὐτοῖς ἐνδεδόσθαι πρὸς τὸν ὀφείλοντα γενέσθαι χωρισμὸν ἐνιαυσιαῖον τοῦτον ὁρίζομεν ψηφιζόμενον ἀφ᾽ οὗπερ ἂν ἐμφανὴς ὁ θεῖος ἡμῶν νόμος οὗτος γένηται. ὥστε μετὰ τὴν τοῦ ἔτους παραδρομὴν εἰ φανείη τὰ τῆς κοινῆς διαίτης ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ μένοντα σχήματος ἁρμόσαι παντὶ τρόπῳ τὰς ἐγκειμένας τῷ θείῳ ἡμῶν νόμῳ τούτῳ ποινάς. Dat. XV. (3) Kal. Februar. Decio COS.

ſerint hujuſmodi vitii, modis omnibus ſublato eo, quod fieri cœperat; pœnis eos ſubiiciant, qui poſt noſtram prohibitionem quicquam tentaverint. Cogantur vero pure converſari, & ſeorſum a muliebri communicatione. Etenim ſi ipſi Epiſcopi curam adhibuerint, ut hæc omnia recte diſponantur: certum eſt, conſervata ea honeſta converſatione monachorum, ſi nihil indecorum, aut inhoneſtum emanabit: Deus quoque clementiſſimus publicas res noſtræ Reipublicæ benigne peraget. Sed ut ne ipſi quidem Epiſcopi hoc noſtrum mandatum inutile arbitrentur: ſcire eos volumus, quod ſi quis eorum appareat non cum omni diligentia hæc inquirere; & manifeſtum crimen non illis modis punire: obnoxius quidem erit DN. Dei noſtri judicio; ſed & adverſariam habebit noſtram Imperialem indignationem, & de ipſo ſacerdotio periclitabitur; neque enim majori coercitione egebit. Tua itaque excellentia hanc noſtram promulgationem manifeſtam faciat ſingularum provinciarum religioſiſſimis Epiſcopis, atque clariſſimis Præſidibus adiciens, ipſos quoque, ſi opus ſit, omne auxilium præſtare debere civitatum Epiſcopis: ut ea prohibeantur, quæ de medio tolli juſſimus. Ac ſi qua negligentia uti eos animadverterint, ejus nos per ſuas relationes faciant certiores: quo omnes norint, quæ ipſos obſervare oporteat, & quid in contemnentes ſit ſtatutum. Curabunt autem Dei amantiſſimi Metropolitani, ut aliis aliarum urbium reverentiſſimis Epiſcopis ſuarum provinciarum noſtram hanc ſacram legem oſtendant; omnibuſque denuntient, ut vigili cura hæc obſervent, & præſcriptas pœnas vereantur. Ne vero moram faciant obtemperandi huic noſtræ ſacræ conſtitutioni; neve ipſi monachi, qui nunc ſub eodem tecto vivunt cum ſanctimonialibus, parum temporis exiſtiment ipſis datum eſſe, ut ſeparatio fiat, ut oportet: annum eis præſtituimus ab eo tempore numerandum, quo hæc noſtra ſacra lex fuerit inſinuata, ut poſt anni curriculum ſi apparuerit, illum communem victum in eadem forma manere: hæ omnino pœnæ competant, quæ hac noſtra ſacra lege continentur. Dat. XV. Kal. (a) Febr. Decio COS.

### Η. μδ. διάταξις τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

Ο αὐτὸς βασιλεὺς Ἰουλιανῷ ἐπάρχῳ πραιτωρίων. τῶν ἱερῶν κανόνων μὴ δὲ τοῖς θεοφιλεστάτοις πρεσβυτέροις μὴ δὲ τοῖς εὐλαβεστάτοις διακόνοις ἢ ὑποδιακόνοις γαμεῖν μετὰ τὴν τοιαύτην χειροτονίαν ἐφιέντων ἀλλὰ μόνοις τοῖς εὐλαβεστάτοις ψάλταις τε καὶ ἀναγνώσταις. τοῦτο συγχωρούντων ὁρῶμεν τινὰς περιφρονοῦντας μὲν τῶν ἱερῶν κανόνων παιδοποιουμένους

### (b) *XLIV. Idem Imp. Juliano Præf. Præt.*

CUM ſacræ regulæ (c) neque presbyteris, neque diaconis, neque hypodiaconis permittant uxores ducere poſt eorum ordinationem; ſed ſolis tantum cantoribus, atque lectoribus id facere concedatur: contemnere quoſdam videmus eas ſacras regulas, ac liberos ſuſcipere ex talibus mulie-

(1) αὐτοῖς.
(2) λείπει ποινήν.
(3) V.

(a) *Alii habent. V. Kal.*
(b) *Ex collectione, de qua ſupra, hæc etiam ſumpta eſt.*
(c) *Apoſtolorum canon 26. Chalcedon. 14. Carthag. 16. Græcus. Vidend. Gratian. diſtinct. 32.*

νους δὲ ἐκπινῶν γυναικῶν αἷς ἁρμοσθῆναι κατὰ τὸν ἱερατικὸν θεσμὸν οὐ δύνανται. ἐπειδὴ τοίνυν ἡ ποινὴ τοῦ πράγματος ἐν μόνῃ τῆς ἱερωσύνης ἦν ἐκπτώσει τοὺς δὲ θείους κανόνας οὐκ ἔλαττον τῶν νόμων ἰσχύειν καὶ οἱ ἡμετέροι βούλονται νόμοι: θεσπίζομεν κρατεῖν μὲν ἐπ' αὐτοῖς τὰ τοῖς ἱεροῖς δοκοῦντα κανόσιν ὡς ἂν εἰ καὶ τοῖς πολιτικοῖς ἐνεγέγραπτο νόμοις καὶ πάντας αὐτοὺς τῆς τε ἱεροσύνης τῆς τε θείας λειτουργίας τῆς τε ἀξίας αὐτῆς ἣν ἔχουσι γυμνοῦσθαι. καθάπερ γὰρ τοῖς εὐαγέσι κανόσιν ἀπηγόρευται τὰ τοιαῦτα, οὕτω καὶ κατὰ τοὺς ἡμετέρους νόμους τὸ πρᾶγμα κεκωλῦσθαι καὶ πρὸς τῇ εἰρημένῃ τῆς ἐκπτώσεως ποινῇ μηδὲ εἶναι γνησίους τοὺς ἐκ τῆς τοιαύτης ἀτόπου συνδιαφθορᾶς τεχθέντας ἢ τικτομένους ἀλλὰ τῆς ἐκ τῶν τοιούτων σπερμάτων μετέχειν αἰσχύνης. τοιούτους γὰρ αὐτοὺς τίθεμεν ὁποίους οἱ νόμοι τοὺς ἐξ ἰγκέστων ἢ νεφαρίων τεχθέντας γάμων διορίζουσι ὥστε μηδὲ φυσικοὺς ἢ νόθους νοεῖσθαι ἀλλὰ πανταχόθεν ἀπηγορευμένους καὶ διαδοχῆς γονέων ἀναξίους οὔτε δωρεὰν λαμβάνειν παρ' αὐτῶν δυναμένους οὐδὲ αὐτοὺς οὐδὲ τὰς τούτων μητέρας οὐδὲ παρενθέτων προσώπων ἀλλὰ πασῶν τῶν εἰς αὐτοὺς γινομένων παρὰ τῶν πατέρων φιλοτιμιῶν ὑπὸ τὴν ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν ἐξ ἧς εἰσὶν οἱ τοῦτο ἁμαρτάνοντες ἐρχομένων. ὅπερ γὰρ οἱ ἱεροὶ κανόνες κωλύουσι τοῦτο καὶ ἡμεῖς διὰ τῶν ἡμετέρων εἴργομεν νόμων. εἰ δὲ καὶ ἐσχηματισμένη τις δῆθεν ἐνοχὴ ἐν προσποιήσει δανειακῶν ἢ ἄλλων συμβολαίων ὑπόθυνον ποιοῦσα δῆθεν τὸν τῆς τοιαύτης φθορᾶς μετασχόντα καὶ ταύτην ἀνίσχυρον εἶναι βουλόμεθα καὶ τὴν τῶν τοιούτων δόσιν οὐκ εἰς τὸ πρόσωπον εἰς ὅπερ [1] ἐκτίθεσθαι τὰ τῆς συγγραφῆς ἀλλ' εἰς τὴν ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν ἔρχεσθαι. Dat. XV. Kal. Nov. CP. Lamp. & Oreſte VV. CC. COSS.

H. μ ε. διάταξις τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰουλιανῷ ἐπάρχῳ πραιτωρίων. θεσπίζομεν εἴτις τελευτῶν εὐσεβῆ ποιείτω διατύπωσιν ἢ κατὰ ἐνστάσεως τρόπον ἢ κατὰ ληγάτον ἢ κατὰ φιδεικόμισσον ἢ κατὰ μόρτις κάουσα δωρεὰν ἢ καθ' ἕτερον οἱονδήποτε νόμιμον εἴτε ἐπισκήψειε τῷ κατὰ καιρὸν ἐπισκόπῳ πρόνοιαν τίθεσθαι τοῦ πληρωθῆναι τὰ παρ' αὐτοῦ βεβουλευμένα εἴτε καὶ σιγήσειε τοῦτο εἴτε καὶ τοὐναντίον ἀπαγορεύσειεν ἀνάγκην ἔχειν τοὺς κληρονόμους τὸ ἐπιταχθὲν ποιεῖν καὶ πληροῦν ἐκ τρόπου παντός. εἰ δὲ τοῦτο ἑκόντες μὴ ποιήσαιεν τηνικαῦτα τοὺς κατὰ τόπον θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους περιεργάζεσθαι ταῦτα καὶ ἀπαιτεῖν αὐτοὺς πάντα πληροῦν κατὰ τὴν βουλὴν τοῦ τελευτήσαντος ἀλλ' εἰ μὲν οἰκοδομὴν ἐκκλησίας (2) ἐπιτάξει ἂν ὁ διαθέμενος εἴσω τριετίας πάντως παρασκευάζειν αὐτὴν πληροῦσθαι εἰ δὲ ξενῶνος ποίησιν εἴσω ἑνὸς ἐνιαυτοῦ μόνον τοῦτο ποιεῖν ἀναγκάζεσθαι ὡς ἱκανοῦ τοῦ χρόνου τούτου καθεστῶτος πληρῶσαι τὰ βεβουλευμένα τοῖς τετελευτηκόσι. δυνατὸν οὖν καὶ οἶκον μισθώσασθαι καὶ τοὺς ἀῤῥώστους ἐγκατακλῖναι ἄχρις οὗ τὰ τῆς οἰκοδομίας τοῦ ξενῶνος περαιωθείη. εἰ δέ τινα δοῦναι πρὸς ἀπαξεὶς εὐσεβεῖς αἰτίας προσαχθεῖεν παραχρῆμα κατ' ἀναγκάζειν αὐτοὺς τοῦτο ποιεῖν τουτέστι μετὰ τὴν τῆς διαθήκης ἐμφάνησιν καὶ τὸ καταδέξασθαι τὸν κλῆρον ἢ τὸ πρεσβεῖον τοὺς τούτοις τιμη-

(1) ἐκτίθεσαι. (2) ἐπιτάξειεν.

lieribus, quibus conjungi ex ſacris inſtitutis non licet. Quoniam vero ejus rei pœna in ſola ſacerdotii amiſſione conſiſtebat; ſacras autem regulas, ſive canones legibus non minus valere noſtræ quoque leges jubeant: ſancimus, ut teneant in his caſibus ea, quæ ſacris regulis decreta ſunt, perinde, ac ſi civili quoque jure id eſſet conſcriptum; omneſque hi & ſacerdotio, & miniſterio ſacro, ac dignitate, ſi quam habent, priventur. Nam ut piis regulis hujuſmodi res fieri prohibentur; ita noſtris quoque legibus eadem vetantur; ac præter illam privationis pœnam, non eſſe eos legitimos ſancimus, qui ex ea inhoneſta conjunctione naſcuntur, aut nati ſunt: ſed ex tali ſatione procreati pudore potius teneantur. Ejuſmodi enim eos eſſe volumus, cujuſmodi illi ſunt, quos leges ex inceſtis, & nefariis nuptiis natos eſſe definiunt: ac neque naturales, neque nothi exiſtimentur; ſed undequaque illiciti, parentumque ſucceſſione indigni. Sed & ne donationem quidem capere ab eis poſſint, aut ipſi, aut eorum matres, ne per interpoſitam quidem perſonam, omnia tamen beneficia in eos collata a patribus; ad eam Eccleſiam, ex qua ſunt, qui ita deliquerunt, perveniant. Quod enim ſacræ regulæ prohibent, id nos noſtris quoque legibus vetamus. Si vero aliqua imaginaria obligatio fiat mutui, aut alterius contractus; qua is obligetur qui illam nuptiarum corruptionem contraxit: tum eam infirmam eſſe volumus, tum earum rerum dationem non ad perſonam, ad quam dirigitur conſcriptio, ſed ad Eccleſiam ſanctiſſimam pervenire. Dat. XV. Kal. Novemb. CP. Lamp. & Oreſte VV. CC. COSS.

*(a) XLV. Idem Imp. Juliano Præf. Præt.*

Sancimus, ut ſi quis decedens aut inſtituendo, aut legatum, vel fideicommiſſum, vel mortis cauſa donationem, vel aliam quamcumque legitimam diſpoſitionem pie conficiendo cenſuerit; ut cura adimplendi, quæ voluit, Epiſcopo committatur; ſive id omiſerit, ſive etiam id fieri prohibuerit: neceſſe habeant heredes, quod juſſi ſunt, facere; omnino adimplere.

Quod ſi facere noluerint: tunc ejuſdem loci religioſiſſimus Epiſcopus curet, ut efficiant omnia ſecundum teſtatoris voluntatem. Sed ſi Eccleſiam conſtrui teſtator juſſerit; ut omnino intra triennium perficiatur, operam det. Si xenonem; intra annum tantum eum fieri cogat. Satis enim id temporis eſſe exiſtimamus ad ea explenda, quæ teſtator cenſuerit. Sed & poteſt domus conduci, & illic ægroti in lectis poni quoad xenonis ædificium peragatur. Sed ſi quem aliquid in pias cauſas erogare juſſerit; cogatur is ſtatim illud facere, hoc eſt poſt teſtamenti inſinuationem, & poſt ſuſceptam hereditatem, aut legatum ab iis,

(a) *Ex eadem collectione ſumpta eſt. Ejus partem priorem refert Photius tit. 2. cap. 1. Nomocanonis.*

τιμημένους. εἰ δὲ παρέλθοι ὁ εἰρημένος χρόνος καὶ μήτε ἡ ἐκκλησία ἢ ὁ ξενὼν οἰκοδομηθείη μήτε ξενοδόχοι ἢ (1) ὁ τοῦτο ἐπιτεταγμένος τηνικαῦτα αὐτοὺς τοὺς θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους ἀπαιτεῖν τὰ ὑπὲρ τούτου καταλελειμμένα καὶ εἰς τοῦτο προσηκόντως ἐπιζητούμενα καὶ ποιεῖσθαι τὰς οἰκοδομίας τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν καὶ τῶν ξενώνων ἢ γεροντοκομείων ἢ ὀρφανοτροφείων κατασκευὴν ἢ πτωχοτροφείων ἢ νοσοκομείων ποίησιν ἤτοι τῶν αἰχμαλώτων ἀγορασίαν ἢ ἑτέραν οἱανδήποτε πρᾶξιν εὐσεβῆ τῷ τελευτήσαντι δόξασαν προβάλλεσθαι δὲ τοὺς ταῦτα διοικήσαντας ξενοδόχους ἢ ὀρφανοτρόφους ἢ βρεφοτρόφους ἢ γεροντοκόμους ἢ ἁπλῶς τῶν εὐσεβῶν πράξεων διοικητάς τε καὶ ἐπιμελητὰς οὐκ ἔτι δυναμένων μετὰ τὴν τοῦ εἰρημένου χρόνου διαδρομὴν καὶ τὴν εἰρημένην ἀγνωμοσύνην τῶν τοῦτο μὴ ποιησάντων ἐμβάλλειν ἑαυτοὺς εἰς τὴν τῶν εἰρημένων πραγμάτων διοίκησιν ἢ τοὺς θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους ἀφιστᾷν τῆς αὐτῶν διοικήσεως τῶν λαμπροτάτων ἀρχόντων τῶν ἐπαρχιῶν ἀνάγκην ἐπιτεθέντων τοῖς κληρονόμοις ἐκ τρόπου παντὸς ταῦτα πληροῦν. καὶ γὰρ δὴ καὶ τοῖς παλαιοῖς διηγόρευται νόμοις ἀνάγκην ἐπιθῆναι πληροῦν τὰς τῶν τελευτόντων βουλὰς τοὺς ἔχειν ἐφιεμένους ἅπερ ἐκεῖνοι κατέλειπον τοὺς δὲ θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους εἰ μέν τινας ῥητῶς οἱ τελευτῶντες ἐπιστήσαιεν τοῖς πράγμασιν οἷον ξενοδόχους ἢ πτωχοτρόφους ἢ νοσοκόμους ἢ βρεφοτρόφους ἢ ὀρφανοτρόφους ἢ γεροντοκόμους ἢ παραμοναρίους ἢ οἰκονόμους ἢ ἁπλῶς τῶν εὐσεβῶν πράξεων διοικητὰς ἐκείνους μὲν ἐᾷν ἔχεσθαι τῆς διοικήσεως αὐτοὺς δὲ μὴ διοικεῖν μὲν τὴν δὲ διοίκησιν αὐτῶν ἐποπτεύειν καὶ ὀρθῶς μὲν ἔχουσαν ἐπαινεῖν κατά τι δὲ παραβαινομένην ἐπανορθοῦν κακίστης δὲ τῆς διοικήσεως γινομένης καὶ ἀπελαύνειν ἐκείνους καὶ ἑτέρους ἐγκαθιστᾷν ἐννοοῦντας τὸ τοῦ μεγάλου θεοῦ δέος καὶ τὴν φοβερὰν τῆς μεγάλης καὶ ἀπελευτήτου κρίσεως ἡμέραν πρὸς ἣν αὐτοὺς ἀποβλέποντας προσήκει πάντα πράττειν μετὰ τῆς πρὸς θεὸν (2) συντεταγμένης. γνώμης εἰ δὲ μὴ ῥητῶς τινας οἱ τελευτῶντες ἐπιστήσαιεν ταῖς διοικήσεσιν ἀλλ᾽ ἐν τῇ τῶν κληρονόμων ἐξουσίᾳ τὸ πᾶν ἀπόθοιντο εἰ δὲ ῥᾳθυμήσαιεν τηνικαῦτα αὐτοὺς τοὺς θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους καὶ διοικεῖν καὶ προβάλλεσθαι (τὰ προγεγραμμένα πρόσωπα οἷον πτωχοτρόφους ἢ νοσοκόμους (3) καὶ τοὺς ἑξῆς κἀνταῦθα τὸ πρὸς τὸν μέγαν θεὸν ἔχοντες σέβας κατὰ νοῦν) ὥστε ἐκ τρόπου παντὸς καὶ ἐκ πάσης ὁδοῦ καὶ ἐκ πάσης μηχανῆς εἰς ἔργον ἄγεσθαι τὰ εὐσεβῶς διατεταγμένα ὑπὲρ δὲ τοῦ χρόνου παντὸς ὃν ἂν ὑπέρθοιντο

iis, quibus data ſunt. Si vero illud tempus præterierit, neque Eccleſia, aut xenon ædificatus ſit: neque etiam xenodochus ſit, qui eum ordinet; (a) ipſi religioſiſſimi Epiſcopi repetant, quæ hac de cauſa relicta ſunt, & in eam rem recte adquiſita. Faciantque ædificia ſacrarum ædium, atque xenonum, item gerontocomia, (b) orphanotrophia, ptochotrophia, & noſocomia. Captivorum quoque redemptionem curent, atque aliam quamcumque piam actionem, quæ teſtatori viſa ſit. Deſignentur etiam, qui illa curent, xenodochi, orphanotrophi, brephotrophi, aut gerontocomi, aut denique piarum actionum diſpenſatores, & curatores. Neque poſſint deinde poſt illius temporis intervallum, & infitiationem prædictam, qui ea non fecerint, immiſcere ſe in earum rerum adminiſtrationem, aut Dei amantiſſimos Epiſcopos amovere ab earum diſpenſatione. Clariſſimi vero Præſides provinciarum cogant heredes, ut omnia ea peragant. Et ſane veteribus legibus (c) definitur, cogendos eſſe voluntatem teſtatorum adimplere eos, quibus permittitur, ut habeant, quæ illi reliquerunt. Si quos tamen aperte teſtatores præpoſuerint ipſis rebus, xenodochos puta, ptochotrophos, noſocomos, brephotrophos, orphanotrophos, gerontocomos, paramonarios, (d) aut œconomos, aut denique piarum actionum diſpenſatores: eos Epiſcopi ſinant adminiſtrare. Ipſi autem non adminiſtrent, ſed illorum adminiſtrationem obſervent, atque ab eis recte facta laudent; corrigant vero, quæ aliqua in parte negligantur. Quod ſi prava adminiſtratio ſit, amoveant eos, alioſque inſtituant præ oculis ſummi Dei timorem habentes, horrendumque magni illius, & extremi judicii diem: in quem reſpicientes omnia eos gerere oportet cum Dei conjuncta voluntate. Sin autem non aperte teſtator aliquos in adminiſtratione conſtituerit; ſed in heredum poteſtate omnia ſint poſita; & heredes negligentes ſint: tunc ipſi Epiſcopi & adminiſtrent, & præponant adminiſtratores (quos antea ſcripſimus [e] hoc eſt, ptochotrophos, aut noſocomos, & reliquos) qua etiam in re Deum Opt. Max. venerantes provideant, ut omnibus modis, atque rationibus, omnique arte perficiantur, quæ pie diſpoſita ſunt. Si vero debitum tempus



(1) ξενοδόχος ἤ. (2) συντετριμμένης.

[3] πτωχοτρόφους ἢ νοσοκόμους ἢ ξενοδόχους ἢ ὀρφανοτρόφους ἢ βρεφοτρόφους ἢ γεροντοκόμους ἢ οἰκονόμους ἢ παραμοναρίους ἢ διοικητὰς κἀνταῦθα τὸ πρὸς τὸν μέγαν θεὸν ἔχοντας σέβας.

(a) *Græca verba mendoſa ſunt; hæc etiam Latina non placent. Sed videntur ſignificare, quod antea dictum eſt, ut ſi xenon intra annum perfici nequeat, domus conducatur, ubi ægroti curentur; huic rei xenodochus præficiendus erat, de quo nunc agit.*

(b) *Vidend. Julianus Nov. 7. cap. 1. de horum verborum interpretatione.*

(c) *Lege XII. tabularum, & lege Falcidia. Vide Dig. ad L. Falcidiam cap. 1. & in inſtit. cod. tit. in princ. & Nov. 1.*

(d) παραμονὴ *Græcis eſt permanſio, quo nomine fortaſſe loca quædam pia dicebantur; & qui ea curabant, paramonarii. Sic* μονὴ *manſio eſt, & monaſterium eiſdem: utitur eo nomine cap. 2. concilii Chalcedon. quod minus plene refert Grat. 1. q. 1. c. 8. ſi quis Epiſcopus. vide quæ adſcripſimus 41. conſt.*

(e) *In aliis libris eſt ptochotrophos, noſocomos, xenodochos, orphanotrophos, brephotrophos gerontocomos, œconomos, paramonarios, aut diſpenſatores.*

ιντο πρᾶξαι τὰ διατυπωθέντα οἱ γεγραμμένοι κληρονόμοι ἀπαιτεῖσθαι αὐτοὺς & καρποὺς καὶ προσόδους & πᾶσαν νόμιμον ἐπαύξησιν ἀπὸ τοῦ καιροῦ τῆς τοῦ (1) διαθεμένου τελευτῆς θεσπίζομεν οὐ σκοπουμένης τῆς Moras ἀπὸ προκατάρξεως ἢ αἰτήσεως ἀλλ' αὐτῷ τῷ νόμῳ δοκούσης γίνεσθαι τῆς καλουμένης Moras χώραν λαμβανούσης τῆς τῶν καρπῶν καὶ τῆς τῶν τοιούτων προσθήκης αὐτοῦ τούτου κρατοῦντος εἰ καὶ μὴ παρὰ κληρονόμου ἀλλὰ φιδεικομισσαρίου ἢ ληγαταρίου καταλειφθείη τὸ τοιοῦτο εὐσεβὲς πρεσβεῖον καὶ τοῦτο καταδέξηται ὁ τῷ πρεσβείῳ τετιμημένος καὶ τηνικαῦτα δὲ ἄδειαν εἶναι τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις ἀπαιτεῖν τοὺς τοιούτοις τισὶ τετιμημένους πρᾶξαι τὰ διαταχθέντα. εἰδὲ ῥαθυμήσαιεν οἱ κατὰ τόπον θεοφιλέστατοι ἐπίσκοποι τοῦτο πρᾶξαι ἴσως ἐκθεραπευθέντες παρὰ τῶν γεγραμμένων κληρονόμων ἢ ληγαταρίων ἢ φιδεικομισσαρίων (2) ἐπ' ἀδείας ἔσται καὶ τῷ μητροπολίτῃ τῆς ἐπαρχίας ἢ τῷ ἀρχιεπισκόπῳ τῆς ἐκεῖσε διοικήσεως ταῦτα μανθάνοντι ἀναζητεῖν καὶ καταναγκάζειν τὸ εὐσεβὲς ἔργον ἢ τὴν εὐσεβῆ φιλοτιμίαν ἐκ τρόπου πληροῦσθαι παντὸς καὶ παντὶ τῷ βουλομένῳ τῶν πολιτῶν τοῦτο πράττειν. κοινοῦ γὰρ ὄντος τοῦ τῆς εὐσεβείας λόγου κοινὰς προσήκει & τὰς σπουδὰς τῆς τούτου καθεστάναι πληρώσεως ἔχοντος παντὸς ἄδειαν ἐκ τοῦδε ἡμῶν τοῦ νόμου κινεῖν τὸν Ex lege condicticion & ἀπαιτεῖν τὰ καταλελειμμένα πληροῦσθαι εἰδότος τοῦ ῥαθυμοῦντος τούτων θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου ὡς καὶ αὐτὸς πρὸς ταῖς ἐξ οὐρανοῦ ποιναῖς & βασιλικῆς κινήσεως ὑπὲρ τῆς τοιαύτης ἀμελείας πειραθείη ὅπως δ' ἂν ἐπὶ μείζονι φόβῳ κατασχεθέντες οἱ κληρονόμοι τῶν τελευτώντων ἢ οἱ ταῖς τοιαύταις ὅλως ἄγεσθαι πράξεσι βεβαρυμένοι μὴ τὴν τούτων ποίησιν διαναβάλλοιντο. & τοῦτο θεσπίζομεν ὥστε ἐνοχληθέντες παρὰ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων οἱ τούτοις τετιμημένοι εἶτα διαναβάλοιντο ὡς & τῆς τῶν ἀρχόντων εἰσπράξεως δεηθῆναι τηνικαῦτα μὴ μόνον αὐτοὺς ἁπλοῦν τὸ καταλελειμμένον εἰσπράττεσθαι, ἀλλὰ πάντως διπλάσιον. εἰ γὰρ ἐν τοῖς παλαιοῖς ἦν τινὰ θέματα ἐφ' ὧν ἐξ ἀρνήσεως διπλάσια τὰ τῆς καταδίκης ἐποίησατο, πῶς οὐχ ἂν ταῦθα τοὺς μηδ' ἑκόντας ποιήσαντας ἀλλὰ καὶ χρόνον ἀναμείναντας καὶ ὕστερον ὀχληθέντας παρὰ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων εἶτα μηδὲ τούτοις εὐθὺς εἴξαντας δεηθέντας δὲ καὶ ἀρχικῆς ὀχλήσεως τῇ τοῦ διπλασιόνος ἀπαιτήσει προσήκει σωφρονίζεσθαι; εἰ δὲ οἱ τελευτῶντες τοὺς ἑαυτῶν κληρονόμους βουληθεῖεν ἡνίκα μέλλοιεν τελευτᾶν πρᾶξίν τινα πληροῦν εὐσεβῆ ἀλλ' οὐκ ἐν τῇ αὐτῶν ζωῇ καὶ τοῦτο φυλάττεσθαι καὶ μὴ ἐν μέσῳ τοὺς κληρονονόμους ἀναγκάζεσθαι πράττειν τι ὧν ὁ διαθέμενος μετὰ τὴν αὐτῶν τελευτὴν βουληθῇ γενέσθαι τελευτῶντας δὲ αὐτοὺς ἀνάγκην ἔχειν ἐκ τρόπου παντὸς ταῦτα πληροῦν ἀναβολῆς δέ τινος παρὰ τῶν ἐκείνου κληρονόμων γενομένης ἀνάγκη ταῦτα γίνεσθαι ἅπερ ἔμπροσθεν διετυπώσαμεν. εἰ δέ τινα τῶν καλουμένων ἀνναλίων πρεσβείων καταλειφθείη ἢ δωρηθείη κλήρῳ τυχὸν ἢ μοναστηρίῳ ἢ ἀσκητηρίοις ἢ διακονίσσαις ἢ πτωχείοις ἢ ξενῶσιν ἢ νοσοκομείοις ἢ βρε-

[1] διατιθεμένου. [2] ἄδεια.

pus exceſſerint, ac diſtulerint ſcripti heredes facere quæ juſſa ſunt: ſancimus, ut ſolvant & fructus, & reditus, & quamcumque legitimam adjectionem a tempore mortis teſtatoris, neque ratio habeatur moræ a litis conteſtatione, aut a petitione; ſed ipſo jure videatur mora fieri; locumque habeat fructuum, ſimiliumque rerum acceſſio. Hoc idem obtineat, & ſi non ab herede, ſed a fideicommiſſario, aut legatario pium hoc legatum relictum ſit, & is legatum ſuſceperit: tunc enim liceat Epiſcopis ab eis exigere, ut faciant, quæ juſſi ſunt. Quod ſi negligat ejus loci Epiſcopus hoc facere, illectus fortaſſe ab ſcriptis heredibus, aut a legatariis, vel fideicommiſſariis, facultatem habeat ejus provinciæ Metropolitanus, aut etiam Archiepiſcopus ejuſdem diœceſeos, cum hæc cognoverit, inquirere; & cogere, ut opus, aut largitio pia omnino adimpleatur. Sed & cuicumque civi liceat illud ipſum agere, cum velit. Nam cum ea, quæ ad pietatem pertinent, omnibus communia ſint; ea ut perficiantur, omnibus decet curam adhibere. Liceat igitur cuicumque ex hac conſtitutione condictionem, quæ ex lege dicitur, movere, & repetere, quæ relicta ſunt, ut illa fierent. Sciat autem Epiſcopus, qui negligens fuerit, ſe præter cœleſtes pœnas, imperialis indignationis propter eam negligentiam periculum ſubiturum. Atque ut majori [*a*] metu terreantur heredes, aut quibus, ut illa pia opera fierent, indictum eſt; ne ea facere differant: hoc etiam ſancimus, ut ſi conventi ab Epiſcopis ea poſtea recuſaverint facere, uſque eo ut Præſidum quoque exactionem expectaverint: tunc non ſolum quod relictum eſt, ſed omnino id cum altero tanto exigatur. Nam ſi apud veteres erant quidam caſus, quibus ex infitiatione in duplum condemnatio fiebat: cur non hoc caſu oporteat eos, qui non ſolum non libenter faciunt, ſed & tempus expectant, ac poſtea appellati ab Epiſcopis, ne his quidem ſtatim parent, ſed Præſidum quoque coactionem expectant; dupli condemnatione reſipiſcere? At vero ſi teſtatores voluerint ſuos heredes, cum morientur, (*b*) piam aliquam actionem adimplere, non etiam in ipſorum vita id quoque obſervetur; neque intra id tempus heredes facere compellantur, quod teſtatores ipſi voluerunt poſt mortem heredum fieri. Cum vero morientur; neceſſe habeant omnino ea adimplere, & ſi dilatio aliqua ab eorum heredibus fiat: eadem fieri neceſſe eſt, quæ antea diſpoſita ſunt.

Si vero annui (*c*) reditus relicti, aut donati ſint clero fortaſſe, vel monaſterio, vel aſcetriis, aut diaconiſſis, (*d*) vel ptochiis, xenonibus, noſocomiis,

(a) *Partem hanc hujus conſtitutionis relatam invenies in Inſtit. tit. de action.* §. Item mixta. *&* §. In duplum. *&* §. Sed furti. *vide etjam* §. *ult. de oblig. quæ quaſi ex contractu. Refert Euſtath. tit.* 24. *cap.* 8. *de temporibus.*

(b) *Vidend.* §. Poſt mortem. *in Inſtit. de legatis.*

(c) *Hanc partem relatam videbis conſtit.* 55. *hujus tituli.*

(d) *Harum officium, & differentiam non facile explicare poſſumus. Aſcetriæ tamen in aſcetriis religioſam vitam degebant, ſimiles ſanctimonialibus noſtri temporis. Diaconiſſæ in Eccleſia mu-*

βρεφοτροφείοις ἢ τοῖς τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν πτωχοῖς ἢ ἁπλῶς συστήμασί τισιν εὐαγέσιν ἢ ὅλως οὐκ ἀπηγορευμένοις τῶν ἐκ πλήθους ἢ θροισμένων βουληθείεν δὲ κατά τινα καιρὸν οἱ τηνικαῦτα εὑρισκόμενοι χρυσίον ὑπὲρ τῆς τοιαύτης πράξεως λαβόντες διαλύεσθαι μὴ ἐξέστω τοῦτο ποιεῖν μηδὲ τὸ γινόμενον κύριον εἶναι ἀλλὰ καὶ ἔκπτωσιν τῶν χρημάτων ὁ ταῦτα ὠνησάμενος ἢ διαλυσάμενος ὑπομενέτω. ἐπείτοιγε ἀνάγκη τοῖς μὲν ἔν τινι μέρει τοῦ χρόνου γενομένοις εἶναι χρημάτων ἀφθονίαν τοῖς δέγε ἐπιγενομένοις παντελῆ τῶν καταλελειμμένων στέρησιν οὐ φυλαχθήσεται δὲ οὐδὲ αὐτὸ τὸ τῶν ἀνναλίων ὄνομα οὐδὲ ἡ διηνεκὴς τοῦ τελευτήσαντος μνήμη δι᾽ ἣν καὶ τὸ ἀννάλιον τοῦτο καταλέλοιπεν ἀλλ᾽ εὐθὺς ἀποσβεσθήσεται τῇ τῶν καταλελειμμένων συναπολλύμενον ἐκποιήσει μένειν τοίνυν διηνεκῶς αὐτοὺς ἐνεχομένους ταῖς τοιαύταις δόσεσι θεσπίζομεν, ὥστε καὶ εἴτις (1) γένοιτο ἐκποίησις καὶ ταύτην ἄκυρον εἶναι καὶ τοὺς ὅτε δήποτε προεστηκότας τῶν εὐαγῶν οἴκων ἄδειαν ἔχειν κινεῖν καὶ ἀπαιτεῖν ταῦτα οὐδεμιᾶς χρόνου παραγραφῆς ἀντικειμένης αὐτοῖς διὰ τὸ καθ᾽ ἕκαστον ἔτος τὴν τοιαύτην τίκτεσθαι ἀγωγὴν ἀλλ᾽ ὑποθήκην εἶναι τὰ τοῦ καταλείψαντος πράγματα τοῖς τοιαύτοις πρεσβείοις ὥστε ἄδειαν ἔχειν ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων τὸ ἱκανὸν ταῖς εὐαγέσι πράξεσι περιγίνεσθαι οὐ μόνον ἐπὶ τοῖς καταλελειμμένοις ἀλλὰ καὶ ἐπὶ καρποῖς αὐτῶν καὶ προσόδοις καὶ πάσῃ νομίμῳ ἐπαυξήσει χρονίας καθὰ προείρηται οὐ δὲ τοῖς κατέχουσι παραγραφῆς ἁρμόζειν δυναμένης ὁ πόσον ἄν τις ἀριθμήσειε χρόνον πλὴν εἰ μὴ μεταξὺ τούτε τῷ ἀνναλίῳ πρεσβείῳ βεβαρυμένου τούτε κατὰ τοὺς ἱερατικοὺς κανόνας καὶ τοὺς (2) ἡμετέρους νόμους προεστῶτος τῆς τοιαύτης ἀπαιτήσεως γένοιτο σύμφωνον βουλόμενον πρόσοδον ἀντὶ τοῦ ἀνναλίου πρεσβείου δοθῆναι παρὰ τούτου τοῦ βεβαρυμένου εὐθαλῆ καὶ δημοσίοις πολλοῖς οὐχ ὑποκειμένην ἀλλὰ καὶ προσθήκην ἔχουσαν (3) πάντως μὲν οὐκ ἐλάττονα τοῦ τετάρτου μέρους τῆς καθαρᾶς προσόδου. ἐπείτοιγε ὁπόσον ἂν μεταξὺ αὐτῶν ἐπὶ τὸ πλέον δόξειεν. εἰ μὲν γάρ τι τοιοῦτο ἔγγραφον (4) γένοιτο σύμφωνον καὶ δοθείη ἡ τοιαύτη πρόσοδος καὶ ἀναλειφθείη ἐγγράφοις συνθήκαις καὶ διαλύσεσι καὶ τοῦτο ἐμφανὲς ἐπὶ πράξεως ὑπομνημάτων καταστάιη ἀργεῖν τὴν ἀπαίτησιν τοῦ ἀνναλίου ληγάτου κατὰ τοῦ ταύτῃ βεβαρυμένου θεσπίζομεν. αὐτὴν δὲ τὴν πρόσοδον ἀντὶ τοῦ πρεσβείου καθιστάναι διηνεκῶς εἰς τοῦτο ἀφωρισμένην καὶ ἐκποιεῖσθαι παρ᾽ οὐδενὸς καθ᾽ οἷον δήποτε ἐκποιήσεως σχῆμα δυναμένου οὐδενὸς δὲ τοιούτου παρακολουθοῦντος ὑποκεῖσθαι διηνεκῶς κατὰ τὸ ἔμπροσθεν παρ᾽ ἡμῶν εἰρημένον τῇ δόσει τῶν ἀνναλίων πρεσβείων τοὺς τοιούτοις βεβαρυμένους θεσπίζομεν. ὥστε τὸ ὄνομα καὶ τὴν μνήμην τοῦ τελευτήσαντος τοῦ τε ἀνναλίου πρεσβείου ἐπ᾽ αὐτῶν τῶν ἔργων διηνεκῶς διασώζεσθαι. Dat. XV. Kal. Nov. CP. Lamp. COS.

miis, aut brephotrophiis, vel Eccleſiarum pauperibus, vel denique piis corporibus, aut iis, quæ ſunt ex plebe collecta, neque prohibita ſunt: velint autem aliquo tempore, qui tunc inveniuntur, pecuniam ob id, quod juſſum eſt, accipere, heredeſque liberare: non liceat hoc agere; neque ſi ita factum ſit, ratum maneat; ſed cadat ab iis rebus, quas emit emptor, aut alias qui tranſegit. Quoniam quidem iis, qui in aliqua ejuſdem temporis parte fuerunt, augetur; ii vero, qui futuri ſunt, omnino relictis rebus privantur; neque ſervatur ipſum illud annui legati nomen, neque teſtatoris memoria perpetua erit, ob quam annuum id reliquiſſe videtur; ſed ſtatim extinguitur alienatione relictorum, quæ una etiam peribunt. Sancimus itaque, ut maneant perpetuo obnoxii hiſce dationibus, & ut, ſi qua fiet alienatio, ea ſit irrita; & ii, qui quandocumque piis domibus fuerint præpoſiti, licentiam habeant agendi, & repetendi ea; nullaque temporis præſcriptione obiicienda removeantur; propterea quod ſingulis annis hæc actio gignitur. Sed potius hypothecæ obligata ſint his legatis ejus bona, qui ea reliquerit, & liceat ex ipſis rebus ſatis fieri piis operibus, non ſolum ipſis relictis rebus, ſed etiam fructibus ipſorum, & reditibus, & quacumque legitima acceſſione temporis, ut antea diximus, exceptione minime retinentibus competente; quamvis longum tempus enumeretur, præterquam ſi inter hunc annuo legato oneratum, & eum, qui juxta ſacras regulas, atque leges noſtras præpoſitus eſt, conveniat de hac petitione, ut placiti reditus perpetui pro annuo legato dentur ab eo, qui rogatus eſt, qui publicis tributis non ſubjaceant. Sed & acceſſionem habeant, non minorem quarta parte liquidi reditus, aut quantam inter eos augere viſum ſit. Etenim ſi hujuſmodi in ſcriptis contractus fiat; & ille reditus datus ſit, atque exceptus ſcriptis conventionibus, & tranſactionibus, idque appareat ex geſtis monumentorum: ceſſare repetitionem annui legati contra oneratum ſancimus. Is vero reditus ad id definitus conſtituatur pro perpetuo relicto: neque ab ullo unquam alienari quoquam alienationis genere fas ſit. Sed ſi quis id appetat; ſancimus, ut perpetuo obligetur, ut antea a nobis dictum eſt, legati annui datione ille, qui gravatus eſt: quo & nomen, & memoria teſtatoris, & annuum legatum in his rebus perpetuo conſervetur. Dat. XV. Kal. Nov. CP. Lamp. COS.



[1] γένηται. [2] ἱερούς. [3] οὐκ. [4] γένηται.

*munera quædam obibant, tum in baptiſmo puellarum, tum in oblationibus, aut aliis miniſteriis; ne inter mulieres clerici verſarentur, ut teſtatur Beatus Clemens lib. 2. c. 30. & lib. 3. c. 15. & lib. 8. c. 34. conſtitutionum Apoſtolic. Vidend. Julianus, & quæ de verborum ejus interpretatione dicta ſunt.*

### Η. μϛ. διάταξις τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

Ο αὐτὸς βασιλεὺς Ἰουλιανῷ ἐπάρχῳ πραιτωρίων. τοῖς ἱεροῖς ἡμῶν νόμοις οἰόμεθα χρῆναι καὶ τοῦτον προστεθῆναι τὸν ἐξ ἀρετῆς ἀλλ' οὐκ ἐκ χρόνων τὰς ἁγεῖς ἡγεμονίας παρέχοντα, ὥστε ἐπὶ τῶν εὐαγῶν μοναστηρίων ἢ ἀσκητηρίων μὴ πάντως τελευτῶντος τοῦ ἡγουμένου ἢ τῆς ἡγουμένης τὸν ἐφεξῆς ἢ τὴν δευτέραν γενέσθαι. συνίσμεν γὰρ τῇ φύσει οὔτε πάντας ὁμοίως ἀγαθοὺς οὔτε πάντας ἐν ἴσω ποιούσῃ κακοὺς ἀλλ' ὃν ἂν ὅτε ἀγαθὸς βίος (1) καὶ σεμνὸς τρόπος καὶ ἡ περὶ τὴν ἄσκησιν συντονία καὶ τὸ κοινὸν τῶν λοιπῶν μοναχῶν πλήρωμα ἢ τὸ πλεῖστον αὐτῶν ἐπιτήδειον πρὸς τοῦτο νομίσειε καὶ τῶν ἁγίων εὐαγγελίων προκειμένων ἕλοιτο ἐπὶ τὴν ἡγεμονίαν καλεῖσθαι. ὥστε εἰ μὲν ὁ πρῶτος μετὰ τὸν τελευτήσαντα χρηστὸς εἴη καὶ μοναχῶν ἄρχειν ἄξιος ἐκεῖνον τῶν ἄλλων προκρίνεσθαι εἰ δὲ ὁ μετ' ἐκεῖνον ὁμοίως ἐπ' αὐτὸν φέρεσθαι τὴν τοῦ ἡγουμένου ψῆφον. εἰ δὲ οὐδεὶς τούτων ἄξιος φαίνοιτο τηνικαῦτα τῶν ἐκπάντων ἐπιτήδειον οἱουδήποτε ἂν εἴη βαθμοῦ προχειρίζεσθαι ἡγούμενον βίου τε ὄντα σεμνοῦ καὶ πολιτείας σεμνῆς καὶ περισώζειν τοὺς πιστευθέντας αὐτῷ δυνάμενον προσῆκον ὂν πᾶσαν ἀρχὴν καὶ πᾶσαν ἀνθρώπων ἐπιστασίαν οὐκ ἐκ χρόνων οὐ δὲ ἐκ κλήρων οὐ δὲ ἐκ τυχηρῶν περιστάσεων ἀλλ' ἐπιλογῆς καὶ ἐκ τοῦ καλλίονος γίνεσθαι καὶ τὴν παρὰ πάντων μαρτυρίαν εἶναι τῷ τάγματι τάξιν γνώριμα δὲ ταῦτα γίνεσθαι τῷ κατὰ τόπον θεοφιλεστάτῳ ἐπισκόπῳ. ὥστε αὐτὸν μανθάνοντα τὸν ἐπιλεχθέντα καὶ ὀρθῶς ἔχειν τοῦτο δοκιμάζοντα συμψηφόν τε γίνεσθαι τοῖς ἐπιλεξαμένοις καὶ προάγειν αὐτὸν ἐπὶ τὴν τοῦ ἡγουμένου τάξιν δοκιμάζειν δὲ δεῖ τὴν αὐτῶν ἐπιλογὴν τὸν κατὰ καιρὸν πατριάρχην καὶ τοὺς κατὰ τόπον θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους ἔχοντας καὶ αὐτοὺς τὸ κρίμα τοῦ δεσπότου θεοῦ καὶ τὴν μέλλουσαν κρίσιν εὐλαβουμένους εἰ μὴ κατ' (2) ἐκλογὴν ἀλλὰ πρός τι πάθος ἀποβλέψαντες ἀνθρώπινον τὴν προβολὴν ποιήσονται. ἐχόντων αὐτῶν καὶ ἐν τούτῳ τῷ βίῳ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι τὴν ἐκ τοῦ θεοῦ ποινὴν διὰ τῆς αὐτῶν ἀμελείας ψυχαῖς πολλαῖς ἁμαρτημάτων αἰτίας παρεχομένης. τούτων πάντων καὶ ἐπὶ τῶν εὐλαβεστάτων γυναικῶν ἢ παρθένων τῶν ἡγουμένων εὐαγῶν μοναστηρίων κρατούντων της λοιπῆς ἱερατικῆς τάξεως ἁπάσης τῆς τοῦ θεοῦ λειτουργίας κατὰ τοὺς ἑαυτῆς βαθμοὺς προϊούσης καὶ οὐδὲν ἐκ τοῦ παρόντος ἡμῶν καινιζομένης νόμου. Dat. XV. Kal. Dec. CP. Lamp. COS.

### Η. μζ. διάταξις τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

Ο αὐτὸς βασιλεὺς Ἰωάννῃ ἐπάρχῳ πραιτωρίων. θεσπίζομεν μηδένα εἰς ἐπισκοπὴν προχειρίζεσθαι πλὴν εἰ μὴ τά τε ἄλλα χρηστὸς καὶ ἀγαθός εἴη, καὶ μήτε γυναικὶ συνοικείη μήτε παίδων εἴη πατήρ, ἀλλ' ἀντὶ μὲν γυναικὸς προσκαρτερείη τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ ἀντὶ δὲ παίδων ἅπαντα τὸν χριστιανικὸν καὶ ὀρθόδοξον ἔχοι λαόν. γινώσκων οὕτως ἐξ ἀρχῆς τὰ πε-

ρὶ

(1) καὶ ὁ σεμνός. (2) ἐπιλογήν.

### [a] *XLVI. Idem Imp. Juliano Præf. Præt.*

NOſtris ſacris legibus oportere exiſtimamus hanc etiam addere; quæ ob virtutem, non vero ob temporis curſum ſacra regendi munera præbet; ut in monaſteriis, aut aſceteriis mortuo Præfecto, aut Præfecta, non ſequens omnino aut ſecundus fiat. Naturam enim ſequi placet, quæ non omnes eodem pacto bonos, neque etiam omnes pari modo malos fecit. Sed is, quem & vita præclara, & honeſti mores, & in ea exercitatione conſtantia, & conſentiens cæterorum monachorum acceſſio, aut plurimorum votum ad eam rem idoneum judicaverint; propoſitis ſanctis Evangeliis ad præfecturam vocetur. Ac ſiquidem, qui poſt eum, qui deceſſit, primus eſt, utilis erit, & dignus, qui monachis præſit: eum cæteris præferant. Si vero is, qui poſt eum exiſtit; eodem pacto in eum ſuffragia ferantur, ut is præficiatur. Sin autem nemo eorum dignus eſſe videatur: tunc ex omnibus idoneum virum, ex quocumque gradu ſit, Præfectum creent, qui vita honeſtus ſit, & gubernatione juſtus, quique poſſit ſibi creditos conſervare. Decet enim omne imperium, omnemque hominum præfecturam non ex tempore, aut ſorte, neque ex fortuitis caſibus; ſed electione & præſtantia fieri, atque omnium teſtimonium eſſe huic ordinationi ordinem. Ea vero, ſciente ejus oppidi Epiſcopo, fiant; ut ipſe electum cognoſcens, ac recte hæc ſe habere exiſtimans, calculum una ferat cum eligentibus, eumque producat in Præfecti locum. Sed & oportet de eadem electione cognoſcere ejuſdem temporis Patriarcham, & Epiſcopos illorum locorum, qui etiam judicium habent a DN. Deo noſtro; & futurum judicium vereantur; ſi non ad rectam electionem, ſed ad animi aliquam affectionem humanam reſpicientes eum confirmaverint: patienturque ipſi & in hac, & in futura vita a Deo pœnas: utpote cum ipſorum negligentia multis peccandi occaſionem præſtiterit. Eademque omnia in venerabilibus mulieribus, ſive virginibus, quæ monaſteriis præſunt, vires obtineant. Reliqui ſacri omnes ordines, qui divinis miniſteriis præſunt, ſecundum ipſorum ordinem præficiantur; neque quicquam circa eos hac lege novi decernitur. Dat. XV. Kal. Dec. CP. Lamp. COS.

### (b) *XLVII. Idem Imp. Joanni Præf. Præt.*

SAncimus, ut nemo in Epiſcopum creetur, niſi & cæteris rebus bonus, probuſque fuerit, & neque uxori conjunctus, neque liberorum ſit pater. Sed pro uxore ſanctiſſimæ Eccleſiæ curam gerat; pro liberis totum Chriſtianum, & orthodoxum populum habeat, cognoſcatque ab initio,

quæ

(a) *Ex eadem collectione Græca ſumpta eſt. Refertur Nov. 5. in fine. quæ in lib. Auth. eſt ſub titulo de monachis. p. de ordinatione.*

(b) *Hæc quoque eſt ex eadem collectione Græcarum conſtitutionum Eccleſiaſticarum.*

ρὶ τῆς διαδοχῆς τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων ἡμᾶς διατυπῶσαι καὶ μετὰ ταύτης τῆς ἐννοίας προελθεῖν τὸν νόμον καὶ τοὺς παρὰ ταῦτά τι πράττοντας ἢ πράξαντας ἁπάσης ἐπισκοπῆς ἀναξίους εἶναι. οἱ γὰρ μετὰ ταύτην ἡμῶν τὴν διάταξιν ποιῆσαι τινας ἐπισκόπους παρὰ τὴν ταύτης δύναμιν ἢ γενέσθαι θαῤῥήσαντες, οὔτε ἐν ἐπισκόποις ἔσονται οὔτε μενοῦσιν ἐπὶ τῶν ἱερῶν ἀλλ' ἐξελαθέντες αὐτῶν ἑτέροις δώσουσι χώραν χειροτονίας ἀκριβοῦστε καὶ τῷ θεῷ διὰ πάντων ἀρεσκούσης. Dat. IV. Kal. Sept. CP. Poſt COS. Lamp.

quæ de ſucceſſione religioſiſſim. Epiſcoporum a nobis conſtituta ſunt, [ de qua re extat noſtra conſtitutio. ] (*a*) Qui vero contra aliquid agunt, aut egerint, Epiſcopatu indigni ſunt. Nam qui poſt hanc noſtram conſtitutionem Epiſcopos facere contra ejus vim, aut fieri auſi ſunt: neque inter Epiſcopos erunt, neque in ſacerdotio manebunt; ſed ab eis ejecti aliis locum dabunt, ut accurate creentur, Deoque per omnia electio placeat. Dat. IV. Kal. Sept. CP. Poſt COS. Lamp.

*XLVIII.* Si quis ad declinandam.
*XLIX.* Cum lege.
*L.* Si quis in conſcribendo.
*LI.* Generaliter.

### Η. νβ. διάταξις τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰωάννῃ ἐπάρχῳ πραιτωρίων. θεσπίζομεν μηδένα παντελῶς μήτε βουλευτὴν μήτε ταξεώτην ἐπίσκοπον ἢ πρεσβύτερον τοῦ λοιποῦ γίνεσθαι. οὐδὲν ἐφαπτομένου τοῦ δὲ τοῦ νόμου τῶν τοιαύτης ἱερωσύνης πρότερον ἠξιωμένων τοῦ λοιποῦ δὲ μηδένα παντελῶς ἐκ τῆς εἰρημένης ὄντα τύχης εἰς τὰς ῥηθείσας ἱερατείας ἀναβαίνειν καὶ μάλιστα εἰ καὶ ἤδη λειτουργήσας ἢ τοῖς ταξεωτικοῖς ὑπηρετήσας ἔτυχεν ἐπιτάγμασι τὸν γὰρ ἐν τεθραμμένον εἰσπράξεσι σφοδραῖς καὶ τοῖς διὰ τοῦτο ὡς εἰκὸς ἐπισυμβαίνουσιν ἁμαρτήμασι οὐκ ἂν εἴη δίκαιον ἄρτιμὲν εἶναι ταξεώτην καὶ βουλευτὴν καὶ πράττειν τὰ πάντων πικρότατα εὐθὺς δὲ ἱερέα χειροτονεῖσθαι περὶ φιλανθρωπίας τε καὶ ἀνεξικακίας ὑφηγούμενον δόγματα πλὴν εἰμὴ ἐκ νηπίας ἡλικίας καὶ οὔπω τὴν ἔφηβον ἐκβάσης ἔτυχε τοῖς εὐλαβεστάτοις μοναχοῖς ἐγκαταλελεγμένος καὶ διαμείνας ἐπὶ τούτου τοῦ σχήματος. τηνικαῦτα γὰρ ἐφίεμεν αὐτῷ καὶ πρεσβυτέρῳ γενέσθαι καὶ εἰς ἐπισκοπὴν ἐλθεῖν πρόδηλον ὂν ὡς ἡνίκα τοιοῦτόν τι γένηται καὶ ἄξιος τῆς ἱερατείας φανείη τηνικαῦτα ἄδειαν ἕξει μένειν ἐπὶ τῆς ἱερωσύνης καὶ τοῦ λειτουργεῖν ἀπηλλάχθαι τὴν τετάρτην μέντοι μοῖραν τῆς αὐτοῦ περιουσίας ἁπάσης παρέχων τοῖς βουλευταῖς καὶ τῷ δημοσίῳ κατὰ τὸν ἔναγχος ἐπὶ τοῖς τεταρτημορίοις τεθέντα παρ' ἡμῶν νόμον ἢ μόνῳ τῷ δημοσίῳ. εἴγε ταξεωτικῆς τύχης ἐτύγχανεν ὤν. εἰ δὲ καὶ ἐν τοῖς εὐλαβεστάτοις ἀρχιμανδρίταις ταχθείη καὶ διαμείνη ἐν αὐτοῖς καὶ οὕτως αὐτῷ δίδομεν τὴν τῆς τύχης ἀμέλειαν. τὴν τετάρτην κἀνταῦθα μοῖραν τῆς αὐτοῦ περιουσίας καθάπερ εἰπόντες ἔφθημεν παρεχομένῳ ἄλλως δὲ οὔτε ἐκείνῳ χειροτονεῖσθαι συγχωροῦμεν οὔτε τῷ χειροτονοῦντι τοιοῦτόν τι πράττειν ἐφίεμεν γινωσκούσης τῆς σῆς ὑπεροχῆς ὡς ταῦτα παραφυλακτέον ἅπασι τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις ποινὴν ὑφορωμένοις περὶ αὐτὴν τὴν ἱερωσύνην εἴπ τοιοῦτο πράξαιεν πρὸς τὸ μηδὲ τὸν χειροτονούμενον τῆς ἱερωσύνης ἀπολαύειν κἂν εἰ πρότερον οἷον δήποτε-

βα-

### [*b*] *LII. Idem Imp. Joanni Præf. Præt.*

Sancimus, neminem omnino neque curialem, neque cohortalem, [*c*] Epiſcopum, aut presbyterum deinceps fieri. Non autem hæc lex eos movet, qui antea ſacerdotio decorati ſunt: ſed poſt hac nemo, qui in illa fortunæ condicione ſit, ad ſacerdotium hujuſmodi aſcendat: cum ipſe præſertim antea illa munera ſubibat, aut cohortalibus juſſionibus ſerviebat. Nam qui aſperis exactionibus, & peccatis, quæ ob eam rem evenire ſolent, implicitus fuerat: non æquum eſt nuper quidem cohortalem, & decurionem patrare res acerbiſſimas: ſtatimque ſacerdotem creari; qui de clementia, & innocentia ſanctiones noſtræ religionis exponit: niſi ex infantia, non etiam poſtquam pubertatem exceſſit, inter venerabiles monachos inſcriptus permanſerit in eo ſtatu: tunc enim permittimus ei, ut presbyter fiat, & ut ad Epiſcopatum aſcendat. Cum enim aliquid hujuſmodi factum erit; atque is, qui eligetur, dignus eſſe videbitur: non dubium erit, quin is poteſtatem habeat ſacerdotium obtinendi: ita ut a muneribus abſtineat; quartamque partem totius ſubſtantiæ ſuæ præbeat curialibus, & fiſco; ut nuper de ea quarta legem poſuimus; (*d*) aut fiſco tantum, ſi cohortalis condicionis ſit. Si vero etiam inter religioſos, Archimandritas conſtitutus eſt, & inter eos permanſerit; ſimili quoque modo eidem concedimus ſuæ condicionis liberationem: quartam tamen partem ſuarum facultatum, ut diximus, præſtet. Alio veró pacto neque ipſum creari, neque quemquam creare, aliudve circa hæc agere patiemur. Noverit autem Excellentia tua hæc eſſe ab omnibus religioſiſſimis Epiſcopis ſervanda; qui amiſſionem ipſius ſacerdotii vereantur, ſi quid eorum geſſerint, præterquam quod ne creatus quidem ſacerdotio fruetur; licet antea

in

(a) *Supervacanea videntur eſſe hæc verba: eſt autem conſtitutio 41. ſub hoc eodem titulo.*
(b) *Ex dicta collectione hæc etiam ſumpta eſt conſtitutio.*
(c) *Multis juris locis apparet, curialem virum dici decurionem a curia ſingulorum municipiorum, cohortalem a cohorte Prætoria, apparitorem magiſtratus populi Rom. utraque condicio multis oneribus obnoxia fuit: pejore tamen loco erant cohortales.*
(d) *Hanc deſiderari credimus ſub titulo Quando, & quibus quarta pars debeatur. ejuſque mentionem fieri Nov. 38.*

βαθμὸν ἱερατείας ἐπεῖχεν ἀλλ' ἐν ἰδιώταις τετάχθαι καὶ τὰς λειτουργίας ἐκτελεῖν ἃς ὑπέκειτο πρότερον ἅπερ ἅπαντα κρατεῖν εἰς τὸν ἐφεξῆς βουλόμεθα χρόνον. ἐπειδὴ τοίνυν πρῶτον ὑφ' ἡμῶν ἐξεύρηται, οὐ προσαπτομένου παντελῶς τοῦ δὲ τοῦ νόμου καθάπερ εἰπόντες ἔφθημεν τῶν ἅπαξ τοιαύτης ἱερωσύνης ἀξιωθέντων ἀλλ' ἐξουσίαν ἐχόντων αὐτῶν δι' ὑποκαταστάτων λειτουργεῖν κατὰ τὴν Θεοδοσίου καὶ Ουαλεντινιανοῦ τῶν τῆς εὐσεβοῦς λήξεως διάταξιν τὴν πρὸς Θωμᾶν ἀντιγεγραμμένην. πρὸς τούτοις κἀκεῖνο δίκαιον εἶναι καὶ κρατεῖν καὶ πολιτεύεσθαι θεσπίζομεν, ὅπερ τεθὲν ἐξ ἀρχῆς καὶ πολιτευσάμενον οὐκ ἴσμεν ὅπως παρῶπται. μεμνήμεθα γὰρ Ἀρκαδίου καὶ Ονωρίου τῶν τῆς εὐσεβοῦς λήξεως ἐντυχόντες διατάξει βουλομένῃ τοὺς κληρικοὺς εἴπερ ἀμελήσαντες τύχοιεν τῆς ἑαυτῶν τάξεως καὶ εἰς οἵαν δήποτε ἔνοπλον στρατείαν παραγγείλαιεν, ἢ καὶ (1) καθῃρημένοι παρὰ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων στρατεύεσθαι τολμήσαιεν, ἐκβάλλεσθαι μὲν αὐτοὺς τῆς στρατείας ἧς ἔτυχον παραδίδοσθαι δὲ ταῖς τῶν πόλεων βουλαῖς ὑπουργήσοντας τὸ λοιπὸν τῷ δημοσίῳ. ἐπειδὴ καὶ τῇ τοῦ δεσπότου θεοῦ λατρείᾳ κατὰ τὸν τῆς στρατείας τρόπον ἔτυχον ἀπειπόντες ἅπερ κρατεῖν ἐκ τοῦ δὲ ἡμῶν θεσπίζομεν τοῦ νόμου. κελεύοντες αὐτοὺς εὐθὺς καὶ παραχρῆμα τῆς πόλεως ἐκείνης ἐξ ἧς εἰσὶ, γίνεσθαι βουλευτὰς εἰ μὴ σφόδρα εὐπορίαν ἔχει βουλευτῶν ἡ πόλις ἐπείτοιγε τῆς γείτονος ἢ καὶ πορρωτέρω μέχρι μιᾶς ἐπαρχίας ἑτέρας ἔνθα μάλιστα βουλευτῶν καθέστηκεν ἀπορία. εἰ δὲ ἀφανεῖς ὡς εἰκὸς γένοιντο ἄδειαν δίδομεν τοῖς βουλευταῖς εὐθὺς ἐπιβαίνειν τῶν προσηκόντων αὐτοῖς πραγμάτων καὶ ταῦτα κατέχειν καὶ τὸ ἱκανὸν ἑαυτοῖς κατὰ τὸν νόμον ἐντεῦθεν ποιεῖν. ταῦτα μὲν οὖν ἐπὶ τοῖς εὐλαβεστάτοις κληρικοῖς οἱουδήποτε βαθμοῦ κρατεῖν εἰς τὸ διηνεκὲς θεσπίζομεν καὶ ἐπὶ τοῖς ἤδη πεπλημμεληκόσι κρατεῖν τὸν νόμον βουλόμενοι διότι καὶ πρότερον ἦν. ἐπειδὴ δὲ καί τινα διάταξιν εὕρομεν περὶ μοναχῶν διαλεγομένην καὶ βουλομένην αὐτοὺς μὴ καταλιμπάνειν τὰ οἰκεῖα μοναστήρια μηδὲ θορυβεῖν τὰς πόλεις ἣν καὶ πρός τινα νενομοθετῆσθαι καιρὸν τινὲς ὑποπτεύουσι δεῖν ᾠήθημεν ἀφορμὴν ἐντεῦθεν λαβόντες τελειότερόν τε καὶ εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον καὶ τοῦτο ἐπανορθῶσαι. ὥστε μηδενί τοῦ λοιποῦ τῶν εὐλαβεστάτων μοναχῶν ἄδειαν εἶναι τὸ τοιοῦτό τι πράττειν καὶ καταλιμπάνειν μὲν τὸ μοναχικὸν σχῆμα περιβάλλεσθαι δὲ τὴν οἱανοῦν στρατείαν ἢ ζώνην ἢ ἀξίαν ἢ τὸν ἐν δικαστηρίοις μεταδιώκειν βίον, καὶ τῆς τοῦ θεοῦ θεραπείας τὰς ἀνθρωπίνας ἀσχολίας ἀνθαιρεῖσθαι ἢ γινώσκειν. ὡς καὶ ὁ τοιοῦτό τι πράττων ἐπιδοθήσεται τῇ βουλῇ τῆς πόλεως ἐκείνης ἐξ ἧς ἐστιν ἢ ἑτέρας καθὰ πρότερον εἰπόντες ἔφθημεν, εἰ μὲν χρημάτων εὐπορήσει καὶ χρηματικὰς ὑποστησόμενος λειτουργίας ἐπείτοιγε τὰς (2) εἰς σῶμα φερούσας κἀνταῦθα ἀδείας οὔσης ταῖς βουλαῖς καθάπερ εἰπόντες ἔφθημεν. εἰ ἀφανεῖς γένοιντο ἐπιλαμβάνεσθαι τῶν πραγμάτων καὶ τὸ ἱκανὸν ἑαυταῖς κατὰ τὸν νόμον ποιεῖν. ἐν ἅπασι δὲ τοῖς θέμασιν ἐφ' ὧν λαμβάνειν ἀπὸ τῶν τοιούτων τὰ βουλευτήρια προστάττομεν αἰτιῶν βουλόμεθα τὴν μὲν ἡμίσειαν τούτων μοῖραν τοὺς βουλευτὰς κομίζεσθαι μὴ ἐν χρυσίῳ ἀλλ' ἐν ἀκινήτῳ κτήσει ἢ οὔσῃ ἢ ὠνουμένῃ κατὰ τὸν ἔμπροσθεν φοιτήσαντα

(1) καθαιρημένοι. (2) εἰς τὰ σώματα.

[c] 29. *Græcam ſub hoc titulo conſtitutionem intellige.*

in aliquo ordine conſtitutus ſit: ſed potius inter privatos homines enumerabitur; muneraque eadem ſubibit, quæ antea ſubire ſolebat. Hæc omnia in futurum valere volumus; quando a nobis primum inventa ſunt: neque ulla ratione pertineat hæc lex, ut antea ſcripſimus, ad eos, qui jam fuerant in ſacerdotiis: hi enim poteſtatem habeant per ſubſtitutos munera ſubire juxta Theodoſii & Valentiniani piæ recordationis conſtitutionem, [a] quæ ad Thomam conſcripta eſt. Ad hæc illud etiam valere, atque ſervari juſtum eſſe exiſtimavimus; quod initio conſtitutum, atque ſancitum, neſcio quo modo neglectum eſt. Namque meminimus incidiſſe nos in Arcadii, & Honorii piæ recordationis conſtitutionem; [b] quæ velit clericos, ſi ſui ordinis obliti ad quamcumque armatam militiam pervenerint, aut dejecti ab Epiſcopis militare auſi fuerint: eici quidem eos a militia, in qua erant, & addici curiis civitatum, ut illic publica miniſteria ſubeant; nam a Dei quoque cultu, & miniſterio, dum militabant, abſtinebant. Quæ omnia hac lege valere ſancimus jubentes eis, ut ſtatim in ea urbe, ex qua ſunt, curiales fiant, niſi permulti curiales in ea urbe ſint: tunc enim in proxima, aut etiam in longinquiori alterius provinciæ illi conjunctæ; ubi decuriones deſiderantur. Si vero non comprehendantur, ut fieri ſolet; liceat decurionibus ſtatim ad res eis pertinentes accedere; eaſque retinere; ac ſibi ex eis legitime ſatisfacere. Hæc igitur in venerabilibus clericis, cujuſcumque gradus ſint, in perpetuum valere ſancimus; in antea vero perpetratis conſtitutionem illam valere volumus, ut antea obtinebat. Quoniam vero quandam quoque legem [c] invenimus, quæ de monachis diſſerit; ac vult, ut non derelinquant ſua monaſteria; neque in urbibus tumultus excitent; quam cujuſdam temporis cauſa promulgatam eſſe quidam ſuſpicantur: oportere exiſtimavimus, occaſione inde ſuſcepta, plenius, & in perpetuum id etiam corrigere, ut nemini deinceps monacho liceat eorum aliquid agere: ut derelicto monachorum habitu; quavis militia, aut cingulo, aut dignitate utatur, aut eorum, qui in judiciis verſantur; vitam degat, ac divinis miniſteriis humana negotia præferat. Quin potius noverint, quod & qui id agit, curiæ addicetur illius civitatis, ex qua eſt, aut alii, ut antea dicebamus. Ac ſiquidem pecuniis abundat, pecuniaria quoque ſubeat munera; ſin minus corporalia. Quod ſi non appareant, curiis licet, ut dicere cœperamus, in poſſeſſionem rerum mitti, ac ſibi legitime ſatis facere. In omnibus vero caſibus, quibus capere ex his cauſis curias jubemus: ſemiſſem bonorum curiales ſuſcipere volumus; non tamen in pecunia numerata, ſed in immobilibus poſſeſſionibus, ſi quæ ſint; ſin minus hæ pecunia illorum emantur;

(a) *Hæc eſt* 21. *conſt. Latina, cujus initium eſt: Ad ſimilitudinem. ſub hoc eodem tit. & ſub tit. de decurionibus 60. incipit:* Nullus.

(b) *Vid. conſt.* 39. *tit.* 2. *lib.* 16. *Codicis Theodoſ.*

τα παρ' ἡμῶν νόμον τὴν δὲ ἡμίσειαν τῇ γενικῇ τραπέζῃ τῆς σῆς ὑπεροχῆς εἰσφέρεσθαι. ὥστε καὶ τὸν σὸν θρόνον προνοεῖν ἀγρύπνως μηδὲν τοιοῦτο διαλαθεῖν, ἀλλ' ἅμα τῷ γίνεσθαί τι τὴν προσήκουσαν ὑπὲρ τούτου ποιεῖσθαι θεραπείαν πλὴν εἰ μὴ νῦν γοῦν ἑκόντες οἱ τοιοῦτοι ἀπόθοιντο μὲν τὴν στρατείαν ἢ ἁπλῶς ὅπερ ἔχουσι σχῆμα εἰς δὲ τὸν μοναχικὸν αὖθις ἀκριβῶς τε καὶ ἀληθῶς ἐπανέλθοιεν βίον καὶ τοῖς εὐλαβεστάτοις κληρικοῖς ἐγγραφῆναι σπεύσαιεν. εἰ γὰρ τοῦτο πράξαιεν εἴσω ἐνιαυτοῦ ἑνὸς ἀφ' οὗ περ ὁ παρὼν ἡμῶν θεῖος γέγονε νόμος ἀφίεμεν αὐτοῖς τὴν ποινὴν ἀρκεῖν αὐτοῖς τὸν ἐκ τῆς ἀσκήσεως ἡγούμενοι σωφρονισμὸν ταῦτα δὲ κρατεῖν εἰς τὸν ἐφεξῆς βουλόμεθα χρόνον οὐ δὲ ἐκείνους ἔξω τῆς εἰρημένης καταλιμπάνοντες ποινῆς ὅσοι ἀπὸ τῆς ἡμῶν βασιλείας ἤτοι μοναχοὶ καθεστῶτες τουτότι πεπράχασι τὸ γὰρ ἔμπροσθεν ἅμα μὲν διὰ φιλανθρωπίαν ἅμα δὲ τὸν χρόνον ἐρυθριῶντες ἀφίεμεν ἐπεὶ μήδε σαφῶς νενομοθετημένον ἔμπροσθεν ἦν. ἔτι τοῦτο θεσπίζομεν εἴτε πατὴρ εἴτε μήτηρ εἴτε ἕτερός τις ἐξ ἀπαιδίας ἀποκατάστασιν ἢ ὑποκατάστασιν ἐπαγάγοι τισὶν εἴτε ἄρρεσιν εἴτε θηλείαις οἱ δὲ πρὸς γάμον ἐλθεῖν διὰ τὸν τῆς ἀσκήσεως οὐχ ἕλοιντο τρόπον περιαιρεῖσθαι τὰς τοιαύτας ἀποκαταστάσεις ἢ ὑποκαταστάσεις, καὶ ἔχειν αὐτοὺς ἐξουσίαν εἰς ὃν βούλονται τρόπον εὐσεβῆ μέντοι τὰ ἐντεῦθεν ἀφιεροῦν καὶ ἢ δαπανᾶν περιόντας, ἢ καταλιμπάνειν τελευτῶντας. ὥσπερ καὶ ὑπὸ αἵρεσιν παιδοποιΐας αὐτοῖς τι καταλειφθείη δεῖ καὶ τοῦτο αὐτὸ ἔχειν αὐτοὺς παιδοποιεῖν οὐκ ἀναγκαζομένους. τὴν αὐτὴν δὲ νομοθεσίαν καὶ ἐπὶ γυναιξὶ παρθενευούσαις καὶ ἐπὶ τοῖς γαμεῖν ὅλως κεκωλυμένοις εὐλαβεστάτοις κληρικοῖς ἐπεκτείνομεν καὶ ἀνατίθεμεν καὶ ταύτην τὴν χάριν τῷ θεῷ τῶν ἡμετέρων χρόνων ἀξίαν. ἔτι θεσπίζομεν εἴτε ἀνὴρ ἐπὶ μονήρη βίον ἐλθεῖν βουληθείη εἴτε γυνὴ τὸν ἄνδρα καταλιποῦσα πρὸς ἄσκησιν ἔλθοι μὴ τοῦτο αὐτὸ ζημίας παρέχειν πρόφασιν, ἀλλὰ τὰ μὲν οἰκεῖα πάντως λαμβάνειν ὥστε τῇ γυναικὶ τὴν προῖκα εἶναι λαβεῖν τὴν αὐτῆς καὶ τὴν πρὸ γάμου δωρεὰν τῷ συνοικήσαντι τὸ δὲ ἐκ τούτου κέρδος μὴ κατὰ τὴν ἐκ ῥεπουδίου διάζευξιν ἐκδικεῖν ἢ μένειν παρὰ τῷ μὴ ἀποταξαμένῳ ἀλλὰ κατὰ (1) τὸ ἐκ θανάτου σύμφωνον οἷα δοκοῦντος τοῦ ἀφισταμένου τῷ τῆς μετὰ τῶν ἄλλων διαίτης ἀναχωρεῖν τῷγε ἐπὶ τῷ συνοικεσίῳ τεθνάναι διὰ τὸ τῷ συνοικήσαντι παντελῶς ἄχρηστον εἶναι καὶ ὅπερ ἂν ἡ τῶν (2) προικιῶν συμβολαίων δείξειεν δύναμις ἐκ τῶν ἀπὸ τελευτῆς συμφώνων ὀφειλόμενον τοῦ μὴ θαῤῥεῖν τὴν γυναῖκα πρὶν ἐνιαυτὸν διελθεῖν εἰς ἕτερον ἰδεῖν συνοικέσιον διὰ τὴν τῆς γονῆς ἀδηλίαν ἀλλ' εἴ τι μέλλοι γίνεσθαι τοιοῦτο τηνικαῦτα στέλλεσθαι διαζύγιον κατὰ τοῦτο δὴ τὸ καλούμενον Bona Gratia παρὰ τοῦ μὴ τὴν ἄσκησιν ἑλομένου προσώπου οὕτωτε πράττειν ἃ βούλεται τῶν κερδῶν κατὰ τὸν ἔμπροσθεν εἰρημένον τρόπον προσγινομένου αὐ-

(1) τὸ ἐκ τοῦ. (2) προικῴων.

tur; ut antea a nobis ſancitum (*a*) eſt. Alter vero ſemis in publicam menſam Excellentiæ tuæ inferatur: quo tua quoque ſedes provideat diligenter, ne quidquam hujuſmodi lateat. Sed ſimul atque factum quid ſit, competens ejus rei medela fiat; præterquam ſi nunc ipſi ſponte ſua militiam dereliquerint, aut etiam veſtes, quas gerebant; & in ſolitariam vitam iterum ſincere, ac ſine fraude revertantur, & inter venerabiles clericos conſcribi curaverint. Nam ſi hæc intra annum egerint, ex quo hæc ſacra lex data eſt, eos pœna liberamus, ac ſatis putamus eſſe, ſi ſe veteris vitæ genere corripuerint. Hæc autem in ſequens deinceps tempus valere volumus: non tamen illos extra dictas pœnas relinquimus, qui poſt noſtri imperii initia monachi facti ſunt, & eorum aliquid geſſerunt: etenim antiquiora tum propter clementiam, tum propter temporum illorum honorem indulgemus, cum præſertim illis temporibus hæc non fuerint ita conſtituta. Præterea illud (*b*) quoque ſancimus, ut ſive pater, ſive mater, ſive quis alius ſub condicione, ſi ſine liberis deceſſerit, fideicommiſſum, aut ſubſtitutionem injunxerit, viris, aut mulieribus, qui poſtea nuptias contrahere propter religioſam meditationem noluerint; locus non ſit illis fideicommiſſis, ac ſubſtitutionibus, & poteſtatem illi habeant, quo pacto voluerint, pie tamen ea dedicare, & aut dum vivent, conſumere, aut relinquere decedentes. Ut etiam ſi ſub condicione liberorum quicquam ipſis relictum ſit; oportet hoc ipſum eos habere, & ſi non cogantur liberos ſuſcipere: eandem vero ſanctionem in virginibus ſacris, & in eis venerabilibus clericis, quibus nuptias omnino contrahere prohibitum eſt, extendimus, atque porrigimus; & ita gratiam noſtris temporibus dignam referimus. Illud quoque (*c*) ſancimus, ut ſive vir ſolitariam vitam ſequi voluerit, ſive uxor virum relinquens ad aſceterium acceſſerit: non hoc ei damni occaſionem præbeat; ſed ſuas omnino res capiat, uxor dotem, vir ante nuptias donationem. Quod vero ex eo lucri eſt, non quaſi diſſoluto ex repudio matrimonio vindicetur, aut apud non diſſolventem maneat: ſed ut ex mortis condicione; ac ſi videretur, qui diſcedit, propter vitæ mutationem; quod ad alterum attinet, in matrimonio deceſſiſſe; cum conjugi omnino ſit inutilis: quidquid autem in nuptialibus inſtrumentis, propter mortis condicionem extet, id debitum ſit. Uxor tamen (*d*) non audeat ante annum tranſactum, de alio matrimonio propter partus incertitudinem cogitare. Sed ſi quid hujuſmodi faciendum eſt, mittatur repudium, quod ea de cauſa bona gratia fieri dicitur, ab eo, qui illam vitam non ſuſcipit; atque ita agat, quod libitum eſt; lucra tamen, ut antea dicebatur, ad ipſum pertineant.

[a] *Fortaſſe illa conſtit. quam deſiderari diximus ſub titulo Quando, & quibus quarta pars debeatur.*

[b] *Refert Photius tit.* 2. *cap.* 1. *& tit.* 11. *cap.* 1. *Nomocanonis.*

[c] *Hujus conſtitutionis mentio fit.* 54. *conſtit. ſub hoc eodem titulo, cujus initium eſt,* Deo nobis. *& Nov.* 22. *Auth. de nuptiis.* §. Diſtrahuntur.

[d] *Refert. Euſtath. tit.* 24. *cap.* 9. *de temporibus.*

αὐτῷ δηλαδὴ τοῦ κερδαινομένου ἐκ τῆς τοιαύτης αἰτίας ἐκ τρόπου παντὸς εἰ καὶ ἐπὶ τῶν προτέρων γάμων ἢ ἡ γυνὴ ἢ ὁ ἀνὴρ μείνῃ ἐν τοῖς κοινοῖς παισὶ τοῖς ἐκ τοῦ γάμου γενομένοις εἴπερ εἴη φυλαττομένου. Dat. V. Kal. Dec. CP. Poſt. COS. Lamp.

H. ν ε. διάταξις τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

Ο αὐτὸς βασιλεὺς Ιωάννῃ ἐπάρχῳ πραιτωρίων. ὁ παρὼν νόμος εἰς ἕτερον νόμον γεγραμμένον παρ᾽ ἡμῶν ἀναφέρεται μνήμην (1) ὃν δὴ καὶ αὖθις ἐπικυρῶσαι μετά τινος καλλίονος ᾠήθημεν χρῆναι προσθήκης μείζονα (2) ποινὴν κατὰ τῶν πλημμελούντων ἐκφέροντες, οὐχ᾽ ὅτι ταῖς αὐξήσεσι χαίρομεν τῶν ποινῶν οὐδὲν γὰρ ἡμῖν οὕτως ὡς φιλανθρωπία (3) καταθύμιον ἀλλ᾽ ἵνα τῷ δέει τῆς τιμωρίας τοὺς ἁμαρτάνειν (4) προηγουμένους τοῦ πλημμελεῖν εἴρξομεν. ἴσμεν τοίνυν γράψαντες νόμον λέγοντα μηδεμίαν εἶναι παρρησίαν τοῖς τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν οἰκονόμοις ἤτοι προεστῶσι ξενώνων ἢ νοσοκομείων ἢ πτωχείων ἢ μοναστηρίων εἴτε ἀνδρῶν εἴτε γυναικῶν ἢ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων συστημάτων ὧν ἡ προλαβοῦσα διάταξις μέμνηται τὰ διηνεκῶς αὐτοῖς καταλελειμμένα ἅπερ ἀννάλια καλοῦσιν οἱ νόμοι κατά τι σύμφωνον ἢ χρυσίου διαπιπράσκειν ῥητοῦ ἢ ἐκποιεῖν ἄλλως καθ᾽ οἷον δήποτε τρόπον καὶ τοῖς ἐφεξῆς ἀναιρεῖν τὴν ἐντεῦθεν παραψυχὴν καὶ τοὺς πρέποντας τῷ νόμῳ προστεθείκαμεν λογισμοὺς ὡς οὐκ ἔτι διὰ ταύτην τὴν ἐγχείρησιν οὐδὲ τῆς προσηγορίας τοῦ ἀνναλίου σωζομένης εἰ μὴ μέλλοι δίδοσθαι κατ᾽ ἔτος ἀλλὰ πρὸς ἅπαξ καταβληθὲν, εἶτα τελείως ἐξαπόλλοιτο τοῦτον αὖθις μετά τινος προσθήκης ἀνανεούμενοι τὸν νόμον θεσπίζομεν εἴ τις ἢ τῶν εὐλαβεστάτων οἰκονόμων ἢ ξενοδόχων ἢ νοσοκόμων ἢ πτωχοτρόφων ἢ γεροντοκόμων ἢ βρεφοτρόφων ἢ ὀρφανοτρόφων ἢ ἀρχιμανδριτῶν ἢ τῶν ἄλλων τῶν περιεχομένων τῇ προτέρᾳ ἡμῶν θείᾳ διατάξει προσώπων τὸ διηνεκῶς καταλειφθὲν τοῖς εὐαγέσιν οἴκοις ὧν προΐστανται εἴτε ἐν χρυσίῳ εἴτε ἐν ἄλλοις πράγμασι πειραθείη μεθιστᾶν εἰς τὸ μὴ δοκεῖν εἶναι διηνεκὲς ἀλλ᾽ ἐπὶ διαλύσεσιν ἢ πράσεσιν ἢ ταῖς ἄλλαις μηχαναῖς τοῦ διηνεκὲς αὐτὸ μένειν παῦσαι πειραθείη παρὰ τὴν δύναμιν τοῦ παρ᾽ ἡμῶν ἤδη φοιτήσαντος ἐπὶ τοῖς τοιούτοις θείου νόμου μηδεμίαν ἔχειν παντελῶς ἄδειαν τοῦτο ποιεῖν ἀλλὰ κἂν εἰ πράξειε, ἄκυρον εἶναι τὸ γενόμενον καὶ ἄδειαν εἶναι τῷ μετ᾽ αὐτὸν τῆς αὐτῆς ἀντιληψομένῳ φροντίδος ἢ καὶ τούτου ῥαθυμήσαντος ὡς εἰκὸς τοὺς ἐφεξῆς ἅπαντας εὐθὺς ἀνακαλεῖσθαι τὸ γενόμενον καὶ οὕτως ἄκυρον ἀποφαίνειν ὡς ἂν εἰ μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἔτυχε προελθόν. ὥστε καὶ τοὺς ἐν μέσῳ καρποὺς καὶ τόκους καὶ πᾶσαν ὠφέλειαν, ἐπὶ τὸν εὐαγῆ φέρεσθαι πάντως οἶκον, τῶν ἐν μέσῳ τολμηθέντων κατὰ πάντα τρόπον ἀργούντων. ἀνδρὶ μὲν γὰρ ἑκάστῳ δρόμος εἷς ἐστὶ τοῦ βίου παρὰ τοῦ δημιουργοῦ δεδομένος οὗ τέλος ἐστὶ πάντως ὁ θάνατος τοῖς δὲ εὐαγέσιν οἴκοις καὶ

(1) οὗ δή. (2) πληγήν.
(3) καταθύμενον. (4) προῃρημένους.

neant. Quod vero ex illa cauſa lucrarentur omnino, ſi in prioribus nuptiis aut uxor, aut vir manſiſſent, communibus liberis, qui ex nuptiis forte creati ſunt, ſervetur. Dat. V. Kal. Dec. CP. Poſt. COS. Lamp.

*LIII.* Raptores.
*LIV.* Deo Nobis.

(*a*) *LV. Idem Imp. Joanni Præf. Prat.*

HÆC Conſtitutio ad alterius conſtitutionis (*b*) memoriam, quam antea ſcripſimus, refertur; eam rurſus confirmare cum aliqua pulchriore acceſſione exiſtimavimus oportere, majori pœna delinquentes puniendo: non quod pœnarum augumentis lætemur; neque enim ita quicquam in animo noſtro eſt, atque clementia; ſed ut timore pœnæ delinquere volentes a delicto arceamus. Scimus itaque nos legem ſcripſiſſe, qua cavetur, ut nulla licentia ſit ſacrarum Eccleſiarum œconomis, aut iis, qui præpoſiti ſunt xenonibus, vel noſocomiis, vel ptochiis, vel virorum, aut mulierum monaſteriis, vel aliis hujuſcemodi corporibus, quorum illa conſtitutio mentionem facit: quæ perpetuo eis relicta ſunt, quæ annua, ſive annalia leges appellant, ex conventione quapiam, aut pecunia certa accepta vendere, aut alio quovis modo alienare; ac poſteris auferre ſolatium, quod inde proveniret. Addidimus in eadem lege, quas viſum eſt, rationes; quodque nullo pacto, ſi id fiat, ne appellatio quidem annui legati conſervetur, ſi non id ſingulis annis dari curetur; ſed ſemel ſolutum, poſtea totum depereat. Hanc itaque legem cum quadam acceſſione renovantes ſancimus; ut ſi quis religioſus œconomus, xenodochus, noſocomus, ptochotrophus, gerontocomus, brephotrophus, orphanotrophus, vel archimandrita, vel aliquis eorum, qui priore conſtitutione noſtra continentur; quod perpetuo relictum eſt venerabilibus locis, quibus ipſi præſunt, ſive in pecunia numerata, ſive in aliis rebus immutare tentaverit in id, quod non perpetuum eſſe videatur; ſed tranſactionibus, aut venditionibus, aut aliis artibus, ut quod perpetuo manſurum erat, ceſſet, adverſus illam conſtitutionem, quam de his rebus tulimus, curaverint: nullam omnino licentiam habeat hoc faciendi. Sed & ſi factum ſit, invalidum ſit, quod ita fiet; & liceat ei, qui poſtea eandem curam ſuſceperit, aut eo fortaſſe negligente poſtea cæteris omnibus ſtatim revocare, quod factum eſt: quod ita invalidum videatur, ac ſi numquam inchoatum eſſet, uſque eo, ut & medii temporis fructus, & uſuræ, & omne commodum ad pium omnino locum pertineant; ea vero, quæ medio tempore patrata ſunt, modis omnibus ceſſent. Eſt enim unicuique homini curſus unus vitæ a creatore datus, cujus meta plane mors eſt: at piæ domus, & dicta corpo-

[a] *Ex eadem collectione, ex qua ſuperiores, ſumpta eſt.*
[b] *Ea eſt Græca 45. conſt. ſub hoc titulo.*

καὶ ταῖς αὐτῶν συστάσεσι ἀτελευτήτοις ὑπὸ τοῦ θεοῦ φυλαττομέναις οὐκ ἔνεστιν οὐδὲ κατὰ τὰς κτήσεις ἐπάγεσθαί τι πέρας ἀλλ᾽ ἕως ἂν διαμένωσιν οἱ εὐαγεῖς οἶκοι μένουσι δὲ ἄχρι παντὸς, καὶ μέχριγε αὐτοῦ τοῦ τῶν αἰώνων τέλους ἕως οὗ τὸ χριστιανῶν ὄνομα παρ᾽ ἀνθρώποις ἔστι τε καὶ προσκυνεῖται δίκαιον μένειν καὶ τὰς διηνεκῶς καταλιμπανομένας χορηγίας ἢ προσόδους ἀθανάτους ἀεὶ ταῖς εὐσεβέσι πράξεσι ταῖς μηδὲ πώποτε παυομέναις ὑπηρετουμένας. τὸν δὲ τοιοῦτό τι πλημμελήσαντα καὶ ἀποδόσθαι τὸ πρᾶγμα χρυσίου ἢ κατ᾽ ἄλλην τινὰ πρόφασιν θαῤῥήσαντα, βλάβην μὲν μηδεμίαν ἐπάγειν κατὰ τὸ ἔμπροσθεν εἰρημένον τοῖς καθ᾽ ὧν ταῦτα ἔπραξαν οἴκοις ἀλλ᾽ ἐκείνους μὲν καὶ τὸ χρυσίον ἢ τὸ πρᾶγμα κερδαίνειν ὅπερ εἰλήφασι καὶ οὐδὲν ἧττον τὸ καταλελειμμένον ἀπαιτεῖν δίχα τῆς οἵας οὖν ἐλαττώσεως αὐτὸν δὲ τὸν τοῦτο πράξαντα κληρονόμους τε αὐτοῦ καὶ διαδόχους καὶ τὰ τούτου πράγματα ἐνέχεσθαι τῷ πρὸς αὐτὸν συναλλάξαντι καὶ περιποιεῖν (1) αὐτῷ τόγε ἐπὶ τῷ οἰκείῳ προσώπῳ καὶ τοῖς πράγμασι τοῖς ἑαυτοῦ πρὸς τὸν συμβάλλοντα τὸ ἀζήμιον. ὅπως ἂν πρὸς μὲν τὸν εὐαγέστατον οἶκον ὅνπερ οὐδέον κατέβλαψε μηδεμίαν ἐλπίζοι τῶν διδομένων ἀνάληψιν ἢ τοῦ γεγονότος σύστασιν ὅσον δὲ πρὸς αὐτὸν τὸν συμβάλλοντα πᾶσαν ἔχοι παρὰ τῶν νόμων ἄδειαν χωρεῖν ἐπ᾽ αὐτὸν καὶ κληρονόμους αὐτοῦ καὶ τὰ αὐτοῦ πράγματα καὶ τὸ δεδομένον εἰ ἰσχύσειεν εἰσπράττειν ἵνα εἰ μὴ τῇ πρὸς θεὸν εὐλαβείᾳ τῷ δέει γοῦν τῷ τῆς ἰδίας αὐτῶν περιουσίας καὶ τῶν οἰκείων κληρονόμων ὀκνηρότεροι γένοιντο πρὸς τὰς τοιαύτας συνθήκας ἃς ὡμολογημένως ἐπ᾽ οὐδενὶ χρηστῷ πράττουσιν ἀλλ᾽ ἢ χρήμασι διαφθαρέντες ἢ παθῶν τινῶν ἐλάττους γεγονότες ἅπερ ἅπαντα διὰ τοῦ δὲ τοῦ θείου νόμου κωλύοντες καὶ τοῦτον τοῖς ἱεροῖς ἡμῶν ἐγγραφῆναι νόμοις θεσπίζοντες ἀντιτίθεμεν αὐτῷ τῷ δεσπότῃ τῶν ὅλων θεῷ καὶ σωτῆρι ἡμῶν ἰησοῦ χριστῷ καλήν τινα καὶ πρέπουσαν αὐτῷ θυσίαν καὶ ταύτην προσάγοντες. Dat. Pr. Idus Sept. CP. DN. Juſtinian. PP. A. IV. & Paulino V. C. COS.

pora immortalia ſunt ab eodem Deo conſervata, non itaque decet, ne rebus quidem earum finem adferre: ſed dum permanent ædes ſacræ, manent autem ad ipſam omnino ſæculorum omnium finem, dum Chriſtianorum nomen apud homines erit, atque coletur; juſtum igitur eſt, ut maneant ſemper immortales, quæ perpetuo relinquuntur penſitationes, vel reditus piis operibus, quæ numquam ceſſabunt, ſuppeditandæ. Qui vero in re hac deliquerit, & relicta alienare, pecunia accepta, vel alio quocumque modo auſus fuerit, nullum quidem damnum adferat, ut antea quidem dictum eſt, his locis venerabilibus, contra quæ id fecit. Sed hæc loca & pecuniam, & res, quas acceperunt, lucrentur; ac nihilominus, quod relictum eſt, repetant ſine ulla deminutione. Is vero, qui hoc fecerit, & heredes ejus, & ſucceſſores, & ejus bona teneantur ei, cum quo contraxit: iſque vindicet ab eo, ſerventurque ipſe, ejuſque res indemnes. Sed tamen contra venerabilem domum, quam lædi non oportuit, non ſperet datorum recuperationem, neque propter id, quod factum eſt, ipſam conveniat. Quod vero ad contrahentem cum ipſo attinet, omnem a legibus facultatem habeat, adverſus eum, & heredes, reſque ejus, ac quod datum eſt, ſi poſſit, exigere, ut ſi non ob Dei metum, timore amiſſionis ſuarum rerum, damnique ſuorum heredum tardiores fiant ad hujuſmodi contractus; quos in confeſſo eſt, eos nullius boni cauſa facere, ſed vel pecunia corruptos, vel aliqua affectione ſuperatos. Quæ omnia per hanc ſacram conſtitutionem prohibemus, quam inter noſtras conſtitutiones ſcribi ſancimus, offerimuſque eam omnium Domino Deo & Salvatori noſtro Jeſu Chriſto: pulchrum & decens ei hoc ſacrificium offerentes. Dat. Pr. Idus Sept. CP. DN. Juſtinian. PP. A. IV. & Paulino V. C. COS.

B. α. T. δ.

### Η. ιδ. διάταξις τοῦ τετάρτου τίτλου, τοῦ πρώτου βιβλίου τοῦ κώδικος.

Αὐτοκράτωρ Λέων αὐτῷ δήμῳ. μήτε δοῦλον μήτε ἐλεύθερον σῶμα τολμάτω τὶς εἰς πορνείαν προάγειν ἢ προϊστᾶναι. μηδὲ εἰ θυμελικὸς εἴη ἢ ἄλλως σκηνικός. εἰ δὲ δοῦλον εἴη τὸ προσαχθὲν ἐκδικείσθω εἰς ἐλευθερίαν παρὰ παντὸς προσιόντος δίχα τινὸς δαπάνης τοῖς κατὰ τόπον ἄρχουσιν ἢ τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις οἷς μελήσει τὸ μηδὲ ἄκουσαν γυναῖκα δούλην ἢ ἐλευθέραν συνεῖναι συγχωρεῖν μίμοις ἢ χοροῖς ἢ ἄλλην θέαν ἐν τοῖς θεάτροις ἐκτελεῖν ἀναγκάζεσθαι.

## LIB. I. TIT. IV.

## DE EPISCOPALI AUDIENTIA.

[a] *XIV. Imp. Leo ad Populum.*

NEque ſervum, neque liberum corpus ſit, qui audeat, in meretriciam vitam producere, aut proſtrare, ſive thymelicus fuerit, [b] ſive alio pacto ſcenica perſona, ac ſi mancipium ſit, quod proſtrat; in libertatem vindicetur a quocumque ſine ullis ſumptibus apud ejus oppidi magiſtratum, aut Epiſcopum, quibus curæ erit: ne etiam invitam mulierem liberam, aut ancillam conjungi patiantur mimis, aut choris: [c] aut aliud ſpectaculum in theatro agere invitam.

*XV.* Nemo vel in Foro.

*XVI.* Si Legibus.



(1) αὐτό.

(a) *Ex dicta collectione eccleſiaſticarum conſtitutionum ſumpta eſt. Videatur* 33. *conſt. Græca ſub hoc eodem titulo, & epitome conſtit. ult. Græcæ de nuptiis, & 7. de ſpectaculis.*

[b] *Thymele orcheſtræ pars fuit ſuggeſti inſtar, in qua citharœdi, tibicines, ſymphoniaci, aliive cantores, aut muſici canebant, quos thymelicos appellabant, de his in digeſtis cap.* 4. *de iis, qui notantur, &* 10. *de pollicit. & dicta conſtit.* 7. *de ſpectac. & conſtit.* 34. *ſub hoc eodem titulo.*

(c) *Mimos appellat quoſcumque hiſtriones, ſive fabulas agerent comœdiarum, ſive Atellana-*

Η ἐπιτομὴ τῆς ιζ. διατάξεως τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

Ἐπιλογὴ τοῦ ἐπισκόπου καὶ τῶν πρώτων οἰκητόρων γίνεται ὁ Σιτώνης ἀπὸ τῶν στρατευομένων ἐν τῇ ἐπιχωρίῳ τάξει ἢ τῶν πληρωσάντων ἢ τῶν μελλόντων στρατεύεσθαι καὶ ὁ παραβαίνων (1) τριάκοντα λίτρας προστιμᾶται.

[a] *Epitome XVII. Conſtitutionis ejuſdem Imp. ( cui ſimilis extabat.* 11. *ſub titulo ut nemini liceat. )*

ELectione Epiſcopi, & primorum civium Sitonæ (*b*) fiant ex militantibus ordinibus provincialibus, aut ex veteranis, aut ex tironibus, ſive militaturis. Qui id tranſgreſſus fuerit, XXX. libris (*c*) multetur.

Η ἐπιτομὴ τῆς. ιη. διατάξεως τοῦ αὐτοῦ τίτλου, ἧς ἡ ἀρχὴ θεσπίζομεν.

Οἱ (2) ὑφεστῶτες καὶ τῇ παρα (3) φυλακῇ προσκαρτεροῦντες στρατιῶται ἐν τοῖς σεδέτοις αὐτῶν τὸ προσφερόμενον εἶδος ἐκ τῶν ἐν τῇ πόλει ἢ τῇ ἐνορίᾳ αὐτῆς γεωργουμένων δεχέσθωσαν ὑπὲρ τῶν αὐνόνων αὐτῶν δοκιμασίᾳ τοῦ ἐπισκόπου καὶ τοῦ ἄρχοντος ἢ τοῦ ἐκδίκου ἐξ ἀπολείψεως τοῦ ἄρχοντος καὶ οὐκ ἀναγκάζεται ὁ συντελεστὴς ἀπαργυρισμὸν διδόναι.

[*d*] *Epitome XVIII. cujus initium eſt*, Sancimus. *ejuſdem Imp. ( cui ſimilis extabat XIX. de erogatione militaris annonæ. )*

MIlites, qui præſunt, & in cuſtodia conſiſtunt in ſuis, ut vocant, ſedetis, ſive ſtationibus, (*e*) ſpecies ad ſe pertinentes ex civitatibus, aut ex ejus regionis agricolis ad ſuas annonas arbitratu Epiſcopi, aut magiſtratus, aut defenſoris, ſi deſit magiſtratus, accipiant; neque cogatur collator numeratam pecuniam præſtare.

*XIX.* Jubemus.

Η ἐπιτομὴ τῆς. κ. διατάξεως τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

Οὐδεὶς στρατεύεται εἰ μὴ ἐν ὑπομνήμασι μαρτυρηθῇ ἐπὶ τριῶν ἐπὶ τῶν ἁγίων εὐαγγελίων χριστιανὸς ὀρθόδοξος συνισταμένης τῆς πράξεως παρὰ τῷ ἄρχοντι ἔνθα μέλλει στρατεύεσθαι δύο νομισμάτων ὑπὲρ αὐτῆς διδομένων. εἰ δὲ τοῦτο παραμεληθῇ δίδωσιν ὁ ἄρχων πεντήκοντα λίτρας καὶ ἡ τάξις αὐτοῦ. κ. καὶ (4) ὁ στρατευσάμενος. ι. καὶ ἐκβάλλεται καὶ οἱ ψευδομαρτυρήσαντες σωματικῶς τιμωροῦνται (5) καὶ ποιναὶ τοῖς πριβάτοις εἰσάγονται κινδύνῳ τοῦ κόμητος.

[*f*] *Epitome XX. Conſtitutionis Leonis, aut Juſtini Imp. ( quæ refertur Nov. CIX. )*

NEmo militet, qui non apud acta teſtificatus cum tribus teſtibus ſit, propoſitis ſacroſanctis evangeliis, ſe eſſe Chriſtianum orthodoxum. Fiantque acta apud eum magiſtratum, ſub quo militaturus eſt; & duo tantum aurei pro ea re præbeantur. Si vero id neglectum ſit: dabit libras quinquaginta is magiſtratus, ejuſque officium XX. qui vero militavit, X. atque a militia eiicietur; teſtes, qui pejeraverint, in corpus punientur. illæ vero multæ comitiis periculo rebus privatis inferentur.

*XXI.* Si Præſens. *Juſtiniani.*

Η διάταξις. κβ. τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Μηνᾷ (6) ἐπάρχῳ πραιτωρίων. οὐδένα ἐμβάλλεσθαι ἐν φυλακῇ δίχα προστάξεως τῶν κατὰ τὴν εὐδαίμονα ταύτην πόλιν ἢ ἐν ἐπαρχίᾳ ἐν

(*g*) *XXII. Idem Imp. Menæ Præf. Præt.*

NEminem in carcerem mitti volumus ſine juſſione eorum, qui in hac felici civitate, aut

(1) πεντήκοντα. (2) ἐφεστῶτες. (3) φυλακῇ.
(4) στρατευόμενος. [5] αἱ ποιναὶ. (6) ὑπάρχῳ.

*narum, ſive mimorum, ſive etiam tragici forent. Chori appellatione utitur pro muſicis quibuſcumque, qui ſcænæ, aut theatro ſervirent, quales thymelicos fuiſſe dixeramus. Vide cap. 34. de ædil. edicto, & c. 79. de legat. 3. incip. Si chorus. A mimis pantomimi dicti ſunt, qui omnia imitabantur geſtu potius, quam voce; de quibus in Digeſtis aliquot locis.*

(a) *Epitome ſumpta eſt ex eadem collectione, de qua ſupra.*

(b) *Præfecti frumento emendo ita Græce appellantur, & munus id Sitonia. Vide titulum ut nemini liceat in emptione ſpecierum ſe excuſare, & de munere Sitoniæ.*

(c) *L. libris alii habent.*

(d) *Epitoma ex dicta ſæpius collectione ſumpta eſt.*

(e) *Vidend. Theophilus in inſtit. de militari teſtam. p.* 1. *qui rectius utitur eo verbo, quam Latini libri, in quibus eſt* In ſuis ædibus, *pro* In ſuis ſedibus. *Sic conſtit. ult. de reſtit. milit.*

[f] *Epitome hæc etiam ſumpta eſt ex eadem collectione. Refert Nov.* 109. *Authent. de privil. dotis hæret. mulier. in princ.*

(g) *Ex eadem collectione ſumpta eſt. Similis fuit ſub titulo de cuſtodia reorum conſtitutio ſexta Græca.*

ἐνδόξων ἢ περιβλέπτων ἢ λαμπροτάτων ἀρχόντων ἢ τῶν ἐν ταῖς πόλεσιν ἐκδίκων βουλόμεθα. ἐπὶ δὲ τῶν ἐμβληθέντων ἢ ἐμβαλλομένων τοὺς θεοφιλεστάτους τῶν τόπων ἐπισκόπους μίαν ἑκάστης ἑβδομάδος ἡμέραν τὴν τετράδα ἢ τὴν παρασκευὴν τὰς ἐν ταῖς φυλακαῖς διερευνᾶσθαι καὶ σὺν ἀκριβείᾳ μανθάνειν τὰς τῆς αὐτῶν κατοχῆς αἰτίας. καὶ εἴτε οἰκέται τυγχάνοιεν ὄντες εἴτε ἐλεύθεροι εἴτε ἐπὶ χρήμασιν εἴτε ἐπ' ἄλλοις ἐγκλήμασιν εἴτε ἐπὶ φόνοις ἐμβεβλημένοι, παρασκευάζειν τοὺς ἐνδοξοτάτους καὶ περιβλέπτους καὶ λαμπροτάτους ἄρχοντας ταύτης τε τῆς εὐδαίμονος πόλεως καὶ τῶν ἐπαρχιῶν ἐκεῖνα πράττειν ἐπ' αὐτοῖς ἅπερ ἡ πρὸς τοὺς ἐνδοξοτάτους ἐπάρχους περὶ τούτου καταπεμφθεῖσα θεία ἡμῶν διαγορεύει διάταξις ἀδείας διδομένης τοῖς κατὰ καιρὸν θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις εἴ τινα ῥαθυμίαν εἴδοιεν γινομένην παρὰ τῶν κατὰ καιρὸν ἐνδοξοτάτων καὶ μεγαλοπρεπεστάτων καὶ λαμπροτάτων ἀρχόντων ἢ παρὰ τῶν πειθομένων αὐτοῖς τάξεων ταύτην μηνύειν ὡς ἂν ἡ προσήκουσα κατὰ τῶν ῥαθυμούντων ἐνεχθείη κίνησις. Dat. XVII. Kal. Feb. CP. Decio COS.

H. κγ. διάταξις τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Μηνᾷ ἐπάρχῳ πραιτωρίων. ἰδιωτικὰς φυλακὰς πᾶσι τρόποις ἐν πόλεσιν ἢ ἐν κώμαις ἀπαγορεύομεν καθίστασθαι αὐτῶν δηλαδὴ τῶν κατεχομένων προνοίᾳ τῶν κατὰ τόπον θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων τῆς κατοχῆς ἀφιεμένων. Dat. XII. Kal. Feb. CP. Decio COS.

H. κε. διάταξις τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Δημοσθένει ἐπάρχῳ πραιτωρίων. ὅσα περὶ τῶν καλουμένων κύβων ἤτοι κόττων καὶ τοῖς τούτων κωλύσεως ἡμῖν νενομοθέτηται ταῦτα ἄδειαν δίδομεν καὶ τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις καὶ ἀνερευνᾶν καὶ γινόμενα παύειν καὶ τοὺς ἀκοσμοῦντας διὰ τῶν λαμπροτάτων ἀρχόντων τῶν ἐπαρχιῶν καὶ τῶν πατέρων καὶ τῶν ἐκδίκων τῶν πόλεων ἐπὶ σωφροσύνην ἐπανάγειν. Dat. X. Kal. Oct. CP. Decio COS.

H. κϛ. διάταξις τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰουλιανῷ ἐπάρχῳ πραιτωρίων. περὶ τῶν καθ' ἕκαστον ἔτος ταῖς πόλεσι προσιουσῶν πολιτικῶν προσόδων ἢ πόρων ἐκδημοσίων ἢ ἐξ ἰδιωτικῶν χρημάτων παρά τινων αὐταῖς ἢ καταλιμπανομένων ἢ δωρουμένων ἢ ἄλλως ἐπινοουμένων ἢ περιποιηθησομένων εἴτε εἰς ἔργα εἴτε εἰς σιτωνίαν εἴτε εἰς δημόσιον ὁλκὸν εἴτε εἰς ἐγκαύσεις βαλανείων εἴτε εἰς (1) λιμένας εἴτε εἰς τειχῶν ἢ πύργων οἰκοδομὰς ἢ γε-

(1) λίμνας.

aut in provinciis ſunt Glorioſi, Spectabiles, atque Clariſſimi magiſtratus, item defenſorum, qui in ſingulis municipiis ſunt. De his autem, qui miſſi ſunt, aut mittentur, locorum Epiſcopi aliquo hebdomadis cujuſque die, quarta puta; (*a*) aut ſexta feria carcerem perſcrutentur; & cum diligentia captionis cauſas cognoſcant, ſervi ſint, an liberi, propter pecuniariam cauſam, an propter alicujus criminis accuſationem, an propter cædem factam miſſi ſint. Operam autem dent, ut Glorioſiſſimi, Spectabiles, & Clariſſimi magiſtratus hujus felicis urbis, & provinciarum illa faciant, quæ ſacra noſtra conſtitutio (*b*) ad Glorioſiſſimos Præfectos miſſa diſponit. Licentiaque detur ejus temporis religioſiſſimis Epiſcopis, ut ſi quidquam noverint negligentius eſſe factum ab iis, qui tunc erunt Glorioſiſſimi, Magnificentiſſimi, & Clariſſimi Magiſtratus, aut a cohortibus, quæ eis obediunt: id renuntient; ut competens adverſus negligentes accuſatio moveatur. Dat. XVII. Kal. Feb. CP. Decio COS.

(*c*) *XXIII. Idem Imp. Menæ Præf. Præt.*

PRivatos carceres modis omnibus in urbibus, atque in vicis conſtitui vetamus: ipſis, qui cuſtodiuntur, videlicet cuſtodia liberandis cura, & providentia Epiſcopi ejus regionis. Dat. XII. Kal. Feb. CP. Decio COS.

XXIV. Nemini licere.

(*d*) *XXV. Idem Imp. Demoſtheni Præf. Præt.*

QUÆ de alea, ſive ut vocant, cottis, ac de eorum prohibitione a nobis ſancita ſunt; ea liceat Dei amiciſſimis Epiſcopis, & perſcrutari, & cohibere, ſi fiant; & flagitioſos per Clariſſimos Præſides provinciarum, & patres, defenſoreſque civitatum ad modeſtiam reducere. Dat. X. Kal. Octob. CP. Decio COS.

(*e*) *XXVI. Idem Imp. Juliano Præf. Præt.*

DE iis, quæ ſingulis annis ad civitates pertinent, ſive civiles reditus ſint, ſive fructus ex publicis, aut privatis pecuniis, quæ ab aliquibus eis aut relinquuntur, aut donantur, aut alio pacto excogitantur, aut inſtituuntur, ſive ad opera, ſive ad rem frumentariam, ſive ad publicos aquæductus, ſive ad balneorum calefactionem, ſive ad portus, ſive ad murorum, aut turrium ædificationem, ſive ad pontium, atque viarum re-



(a) *Refert Euſtath. tit. 3. cap. 5. de temporibus.*

(b) *Hanc arbitror deſiderari ſub titulo de cuſtodia reorum.*

[c] *Hæc quoque conſtitutio ex eadem collectione ſumpta eſt. Similis fuit conſtit. 2. de privatis carceribus.*

(d) *Sumpta eſt ex eadem collectione. Videnda conſtit. 1. Græca de aleæ luſu, quæ male ab aliis ult. de religioſis conſcripta eſt.*

[e] *Ex eadem collectione ſumpta eſt hæc etiam conſtitutio.*

γεφυρῶν ἢ ὁδοστρωσιῶν ἐπανόρθωσιν ἢ ἁπλῶς εἰς τὰς τῶν πολιτικῶν χρείας προχωρούντων εἴτε ἀπὸ δημοσίων εἴτε ἀπὸ ἰδιωτικῶν ὡς εἴρηται προφάσεων θεσπίζομεν εἰς τ' αὐτὸν συνιόντας τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον τρεῖς τε τῶν εὖ ὑπολήψεων καὶ ἐν ἅπασι προεχόντων κατὰ τὴν πόλιν ἔτους ἑκάστου ἐποπτεύειν τὰ γενόμενα ἔργα καὶ παρασκευάζειν μετρεῖσθαι καὶ λογοθετεῖν τοὺς ταῦτα διοικοῦντας ἢ διοικήσαντας καὶ ἐπὶ πράξεως ὑπομνημάτων φανερὸν γίνεσθαι τὸ πεπληρῶσθαι τὰ ἔργα ἢ δεδιοικῆσθαι τά τε σιτωνικὰ χρήματα τά τε λουτρωνικὰ ἢ περὶ ὁδοστρωσίας ἢ περὶ ὁλκοὺς ὑδάτων ἢ ἕτερα τοιαῦτα τινὰ ἅπερ ἅπαντα ἀμείωτα μένειν εἰς τὸν ἅπαντα βουλόμεθα χρόνον καὶ ἐπὶ τῆς πράξεως τῶν ὑπομνημάτων δηλοῦσθαι ὡς ἀνεύθυνός ἐστιν ὁ ταῦτα διοικήσας ἢ καὶ ὑπεύθυνος μὲν ὤφθη τὸ δὲ ὀφειλόμενον ἀπέδωκε καὶ οὕτως ἔχειν ἀσφάλειαν τὸν ταύτης τετυχηκότα τῆς πράξεως. στέλλομεν γὰρ ἡμεῖς ἡνίκα ἂν βουληθείημεν τὸν ἡμῖν δοκοῦντα ὃς ἐποπτεύσει τὰ παρ' αὐτῶν γενόμενα λογοθέσια καὶ εἴπερ ὀρθῶς ἔχοντα εὕροι ψῆφον ποιήσεται τὸ ἀσφαλὲς αὐτοῖς καὶ κληρονόμοις αὐτῶν καὶ διαδόχοις τελείως περιποιοῦσαν ἐφ' ᾧ μηκέτι δευτέρων λόγων ἢ ζητήσεων ἀφορμὰς ἐπιλελεῖφθαι πάντων ἐπὶ τῶν ἁγίων εὐαγγελίων οὕτω σὺν ἀκριβείᾳ πραττομένων. ὡς τῆς ἡμετέρας αὐτοῖς ἐπιστησομένης ἡνίκα ἂν βουληθείημεν ἐξετάσεως. χρὴ μέντοι σπεύδειν τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ ποιουμένους τοὺς λογισμούς. ὅπως ἂν τὰ ἔργα εἰς ἀπέραντα τῆς δαπάνης ἀφωρισθῇ καθ' ἕκαστον ἔτος ἐπιμελῶς γένοιτο ἐκ τῶν πολιτικῶν ἀνανεούμενα πόρων τε καὶ προσόδων. εἰ μέντοιγε μὴ βουληθείη λογισμοὺς ὑπέχειν ὁ ταῦτα διοικήσας, μηδὲ ἀνάσχοιτο τοῦ θεοφιλεστάτου τῶν τόπων ἐπισκόπου καὶ τῶν κτητόρων τῶν πρὸς τοῦτο ἀφωρισμένων εἰς λογισμοὺς αὐτὸν καλούντων τηνικαῦτα ἀναγκάζεσθαι τοῦτο πράττειν διὰ τοῦ λαμπροτάτου τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντος καὶ τῆς πειθομένης αὐτῷ τάξεως ζημίας πάσης χωρὶς συνωθούμενον ἐφ' ᾧτε πᾶσι τρόποις λογισμοὺς ὑπέχειν τῷ θεοφιλεστάτῳ τῆς πόλεως ἐπισκόπῳ καὶ τοῖς πρωτεύουσι τῶν πόλεων καὶ τὸ φαινόμενον ἐποφείλεσθαι παρ' αὐτοῦ ἀποδοῦναι τῇ πόλει. πᾶσαν δὲ ἄδειαν ἀναιροῦμεν τοῖς ἡμετέροις ἄρχουσι πέμπειν ἐν ταῖς χώραις Diſcuſſoras ἢ λογοθέτας ἢ ἐξισωτὰς ἐπὶ ταῖς τῶν δημοσίων λογισμῶν ἐξετάσεσιν. ἀλλ' εἴ τι τοιοῦτο πράξαιεν παρὰ γνώμην ἡμετέραν τηνικαῦτα εἰ μὲν θεῖός ποι τύπος κατὰ συναρπαγὴν ποιηθείη. ἄδειαν εἶναι τῷ θεοφιλεστάτῳ ἐπισκόπῳ τῆς πόλεως προσδέχεσθαι μὲν τὸν θεῖον τύπον μηνύειν δὲ εἰς ἡμᾶς ὅπως ἂν ἡμεῖς γνοίημεν εἴτε κατὰ θείαν ἡμῶν πρόσταξιν πρὸς αὐτὴν τὴν ἀρχὴν γεγραμμένην, εἴτε κατὰ συναρπαγὴν γέγονε. ὥστε εἰ κατά τινα γενόμενος φανείη συναρπαγὴν τηνικαῦτα τὸ γενόμενον ἄκυρον εἶναι, κίνδυνόν τε ὑποστῆναι τὸν τοῦτο ποιησάμενον. εἰ δέ τινος τῶν ἡμετέρων ἀρχόντων πεμφθείη ψῆφος ἢ καὶ κομμονιτώριον ἢ πρόσταγμά τι καὶ λογοθέσιον, περὶ τούτων δὲ τῶν προειρημένων κεφαλαίων ἐπιτραπείη παντὶ βουλόμεθα τρόπῳ τὸν θεοφιλέστατον τῆς πόλεως ἐπίσκοπον καὶ τοὺς ἐν τῇ πόλει πρωτεύοντας, μὴ προσίεσθαι ταῦτα ἀλλ' ἄδειαν εἶναι καὶ τῷ τῆς ἐπαρχίας ἡγουμένῳ καὶ αὐτοῖς γε δὴ τοῖς κτήτορσι καὶ πολίταις διωθεῖσθαι τὰς τοιαύτας προστάξεις, καὶ μηδὲ (1) ὀβολὸν ταύτης

ἕνε-

(1) ὀβολὸν ἕνα.

refectionem, ſive ad publicas denique cauſas pertineant tam ex publicis, quam ex privatis, ut dictum eſt, cauſis: ſancimus, ut in unum conveniant religioſiſſimus Epiſcopus, ac tres bonæ exiſtimationis, & qui cæteris præſtant in ea civitate; ac ſingulis annis [a] inſpiciant opera facta, & curent, ut & metiantur, & rationem conficiant, qui ea adminiſtrant, aut qui adminiſtraverunt, & in monumentorum geſtione oſtendant impletionem operum, aut adminiſtrationem ſitonicarum, & balneariarum pecuniarum; ſive quæ in viis muniendis, aut aquæ ductibus, aut aliis rebus conſumuntur. Quæ omnia numquam omnino minui volumus. In monumentorum vero geſtione appareat, ſit ne ſolutus, an obligatus, qui ea adminiſtravit; & an quod debuit, ſolverit, atque ita erit cautum ei, qui eam curam ſuſcepit. Mittemus enim nos, cum placuerit, quem commodum erit, ut inſpiciat rationes ab eis factas, & cum recte factas eſſe repererit, calculum feret, [b] quo ipſis, hæredibuſque, & ſucceſſoribus conſuletur; neque aliarum rationum, aut controverſiarum occaſio relinquetur. Omnia vero propoſitis ſanctis evangeliis diligenter fiant; nam inquiſitionem nos, cum libuerit, fieri jubebimus. Oportet itaque ſtudere religioſiſſimum Epiſcopum, & qui cum eo rationes conficiunt, ut opera in ingentes ſumptus præſcripta ſingulis annis diligenter fiant ex publicis fructibus, atque reditibus reparanda. Sin autem noluerit rationibus ſubeſſe, qui ea adminiſtrat; neque ferat ſanctiſſimum ejus loci Epiſcopum, & illos poſſeſſores, qui ad eam rem conſtituuntur, & qui ad rationes reddendas eum vocant: cogatur id agere per clariſſimum provinciæ Præſidem, & cohortem, quæ ei parere ſolet, ac ſine ullo damno compellatur, ut modis omnibus rationes ſubmittat religioſiſſimo Epiſcopo, & primis illis civitatis; quodque appareat ab eo deberi, civitati reddatur. Omnem vero libertatem tollimus noſtris Præſidibus mittendi in agros Diſcuſſores, aut Ratiocinatores, aut Exæquatores ad publicarum rationum executionem. Sed ſi quid hujuſmodi, nobis ignorantibus, fiet: ſiquidem ſacra forma ad aliquos per ſubreptionem emanaverit, liceat religioſiſſimo Epiſcopo ejus civitatis ſuſcipere quidem ſacram formam; renuntiare tamen nobis, ut nos cognoſcamus, an ex noſtra ad illum Præſidem juſſione, an per ſubreptionem facta ſit. Ut ſi per ſubreptionem facta eſſe videatur; quod factum ſit, inutile fiat, & periculum ſubeat, qui eam quæſivit. Si vero ab aliquo e noſtris Præfectis emiſſum decretum, aut commonitorium ſit, aut præceptum aliquod, aut rationum ſcriptura: & de aliquo ex prædictis capite permittatur, volumus, ut modis omnibus non ejus urbis Epiſcopus, & primi civitatum illis rebus præficiantur; ſed liceat provinciæ Præſidi, & ipſis poſſeſſoribus, ac civibus juſſiones reicere,

[a] *Refert Euſtath. tit.* 24. *cap. ult. de temporibus.*

[b] ψῆφον ποιήσεται *ſignificare videtur redditis rationibus liberationem.*

ἕνεκα τῆς αἰτίας παρέχειν. εἰ δὲ τοῦτο ῥαθυμήσαιεν ὁ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος ἕξει μὲν δυσμενῆ τὸν δεσπότην θεὸν καὶ βασιλικὴν ἀγανάκτησιν ἀναμενέτω ὅπως σιγὴν ἐσίγησεν ἀνελευθέραν τε καὶ ἱερατικῆς παῤῥησίας ἀναξίαν. ἀλλὰ καὶ εἴτις ἐμφανίζει κατὰ χώραν ἢ ἀρχόντων οἱωνδήποτε ἢ ὑπάτων προαγωγὰς ἢ γενικοὺς τύπους τῶν ἐνδοξοτάτων ὑπάρχων ἢ καὶ ἑτέρου τινὸς τῶν ἡμετέρων ἀρχόντων ἢ διατάξεων ἢ θείων κομμονιτωρίων ἢ γραμμάτων γενικῶν μέντοι ἐμφανίσεις ποιοῖτο ἢ καὶ ἀνδριάντων βασιλικῶν καθιδρύσεις μὴ εἶναι τούτῳ παῤῥησίαν περαιτέρω ἓξ νομισμάτων ἐφ' ἑκάστῃ μηνύσει ἢ ἐφ' ἑκάστῳ τύπῳ ἢ ἐφ' ἑκάστῃ διατάξει ἢ θείῳ κομμονιτωρίῳ ἢ γράμματι γενικῷ ἢ ἀνδριάντων καθιδρύσει κομίζεσθαι καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν εἰς ἣν ταῦτα παρέλαβεν. ὥστε ὁπόσας ἂν ἔχοι πόλεις ἡ ἐπαρχία μηδὲν αὐτῷ διαφέρειν, ἀλλὰ τοὺς ἓξ μόνους κομίζεσθαι χρυσοῦς. εἰ δέ τι πλέον κομίσοιτο τοῦτο τετραπλάσιον ἀποδοῦναι ἄδειαν ἔχοντος καὶ τοῦ τῆς πόλεως ἐπισκόπου τοῦτο κωλύειν. κἀνταῦθα τῶν ἴσων ἐπικειμένων ποινῶν τοῦτ' ἔστι τῶν ἀναδέκα τοῦ χρυσίου λιτρῶν τῷ τε τῆς ἐπαρχίας ἡγουμένῳ τῇ τε πειθομένῃ τάξει καὶ τῷ θεοφιλεστάτῳ ἐπισκόπῳ εἴπερ ἐνδοῖεν αὐτοῖς ὑπεραπαιτεῖν βουλομένοις ἀλλὰ μὴ πᾶσι τρόποις τοῦτο κωλύωσιν οὐδενὶ γὰρ παντελῶς ἐφίεμεν τῶν ἡμετέρων ἀρχόντων τοιούτους τινὰς τύπους περὶ τῆς ἐπαρχίας ἐκπέμπειν περὶ τῆς ὑδρορόων ἤτοι ὑπονομῶν ἢ ἀνακαθάρσεως ἢ περὶ τῆς τῶν οἰκοδομημάτων πρὸς τοῖς τείχεσι καθαιρέσεως ἢ τῶν ἐν ταῖς στοαῖς γενομένων καταλύσεων ἢ τῶν καλουμένων (1) προδουλείων καὶ ἐρειπίων τόπων ἤτοι μεσοστύλων ἀνατροπῆς ἢ περὶ εἰκόνων ἢ τοιούτου τρόπων ὅλως ἐπινοιῶν ἢ πολιτικῶν ἁπλῶς ζητήσεων ἀλλ' ἐξέστω τῷ θεοφιλεστάτῳ ἐπισκόπῳ τῆς πόλεως καὶ τοῖς ἐν τῇ πόλει πρωτεύουσι καὶ τοῖς τῶν ἐπαρχιῶν ἡγουμένοις καὶ κτήτορσι καὶ πολίταις τοιούτου τινὸς ἐμφανισθέντος τύπου μὴ προσίεσθαι τοῦτον ἀλλὰ κωλύειν καὶ διωθεῖσθαι πάντα ἐκβιβασμὸν καὶ πᾶσαν εἴσπραξιν ἐντεῦθεν ἐπαγομένων τῆς αὐτῆς ἐπούσης ποινῆς καὶ κατὰ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων εἰ μὴ τοῦτο κωλύσαιεν. δεῖ δὲ τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον τόν τε πατέρα τούς τε λοιποὺς ἐν ὑπολήψει κτήτορας προνοεῖν τοῦ μηδένα τόπον πολιτικὸν ἢ δημόσιον πρὸς τῷ τείχει ἢ ταῖς δημοσίαις στοαῖς ἢ πλατείαις ἢ ὅπου δήποτε κείμενον συγχωρεῖν ὑπό τινος ἀλόγως κατέχεσθαι μηδὲ ἐκδιδόναι πολιτικόν τινα τόπον χωρὶς ἡμετέρου θείου τύπου τισί. τοὺς δὲ αὐτοὺς καὶ τὰ περὶ τῶν καλουμένων νομῶν τοῦ ὕδατος δηλαδὴ τῶν ἐκ θείου τύπου τισὶν ὑπηργμένων ἀναζητεῖν καὶ μὴ τὸν μὲν πλέον τὸν δὲ ἔλαττον τοῦ προσήκοντος ἔχειν. ἀλλ' οὐ δὲ προφάσει ἐγγυητικῶν ζημίαις τοὺς ἡμετέρους ὑποβάλλεσθαι συγχωροῦμεν ὑποτελεῖς ἢ ὑπὲρ στάτεως ἐντολῆς ἀλλ' εἰ μὲν ἀκίνητον ἔχοιεν οὐσίαν ἀξιόχρεων οἱ ὑπομνησθέντες ὅρκου γραμματεῖον ἐκτίθεσθαι μόνον εἰ δὲ οὐκ ἔχοιεν τηνικαῦτα μὲν ἐγγύην ἄχρι τῆς ἤδη κρατούσης ποσότητος παρέχειν χωρὶς μέντοι ζημίας ἁπάσης εἰ δὲ

cere, ac ne obolum quidem ea de cauſa præſtare. Si vero in ea re ſanctiſſimus Epiſcopus negligens fuerit: habebit & Dominum Deum noſtrum infenſum, & imperialem vindictam expectabit; ſi ea ſervili ſilentio, ſacerdotalique licentia indigno præterierit. Si quis autem (*a*) in provincia renuntiaverit magiſtratum, aut Conſulum proceſſiones; [*b*] ſive generales formas glorioſiſſimorum Præfectorum, aut alicujus alterius e noſtris magiſtratibus ſive conſtitutionem, ſive ſacrum commonitorium, ſive generales litteras, ſive erectionem imperialium ſtatuarum indicaverit; non liceat amplius ſex nummis aureis in ſingulas nuntiationes, aut in ſingulas formas, aut conſtitutiones, aut ſacra commonitoria, aut generales litteras, aut ſtatuarum erectiones accipere in ſingulis provinciis, ad quas litteras accepit: ac licet multæ ſint in ea provincia urbes; nihil amplius præſtetur, quam illi ſex nummi. Si quid vero amplius acceperit, ejus quadruplum reſtituat; liceatque ejus urbis Epiſcopo hoc prohibere. Eadem tamen pœna decem librarum auri & provinciæ Præſidi, & ei ſubdito officio, & Epiſcopo imponitur, ſi illis permittant plus petere, neque id modis omnibus prohibuerint. Nemini enim omnino permittimus noſtrorum magiſtratuum hujuſmodi formas circa provincias emittere de rivorum, aut de cloacarum purgatione, aut de amolitione ædificiorum a muris, aut ſtationum a porticibus, aut eorum, quæ produlia [*c*] appellantur, aut de ruderum, ac dimidiatarum columnarum everſione, aut de imaginibus, aut ſi quid alio pacto ſit excogitatum, aut etiam de civilibus quibuſcumque controverſiis. Sed liceat Epiſcopo, & iis, qui primi ſunt ejus urbis, & Præſidibus provinciarum, & poſſeſſoribus ac civibus inſinuata aliqua forma ei quidem non deferre, ſed prohibere, ac coercere omnem exactionem, omnemque vim, quæ ex eo eveniat: eademque pœna afficiat ſanctiſſimos Epiſcopos, niſi id prohibuerint. Sed & oportet Epiſcopum, ac patrem civitatis, & cæteros bonæ opinionis poſſeſſores providere; ne locus aliquis civilis, aut publicus juxta muros urbis, aut in publicis porticibus, aut in plateis, aut in quocumque alio loco, ab aliquo indebite poſſideatur; neve publicus locus alicui ſine noſtra ſacra forma tradatur. Idem inquirant de aquarum diſtributione, quæ ſacra aliqua forma cuique pertineat, ut ne hic plus, ille minus habeat, quam ei competat. Neque vero fidejuſſionis cauſa, aut ſupra mandati formam noſtros ſubjectos affici patiemur. Sed ſi quidem immobiles res habeant idoneas, jusjurandum tantum præſtent, & conſcribatur: ſin autem non habeant; uſque ad quantitatis æſtimationem fidejuſſionem ſine

(1) προδουλίων quidam, quod baſes ſtatuarum ſignificat. Vide conſt. 4. *De diſcuſſoribus.*

[a] *Similis fuit conſtit.* 2. *Græca publicæ lætitiæ, vel conſulum nuntiatores &c. & vide conſtit. Græcam* 4. *de diſcuſſoribus, quæ huic multis in rebus conſentiens eſt.*

[b] *Vide Nov.* 105. *Authent. de conſulibus.*

[c] *Sunt, qui* prudolia *legant, eaque interpretentur baſes ſtatuarum, quæ* ἐδώλια *dicuntur; alii ad ſervitutem ſtillicidii, vel cloacæ pertinere exiſtimant, alii* proluvia *ſcribunt, alii* proludia. *Nos idem verbum reperimus dicta conſtit.* 4. *de diſcuſſoribus.*

δὲ ἀμφισβητοῖεν οἱ πράκτορες περὶ τῆς τῶν ἐγγυητῶν ἀξιοπιστίας ἢ τῆς διωμοσίας κοινῇ συνιόντα εἰς ταυτὸ τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον τόν τε πατέρα τόν τε ἔκδικον τῆς πόλεως κρίνειν τὸν ἀξιόπιστον φαινόμενον ἐγγυητὴν πρὸς τὴν τῆς ἐναγωγῆς ποσότητα καὶ ἀνάγκην ἔχειν τὸν πράκτορα δέχεσθαι τοῦτον ἐγγυώμενον μηδὲν κομιζόμενον ὑπὲρ ἐγγυητικοῦ ἢ ἐξ ὠμοσίας πλὴν εἰ μὴ ἐξ ἰδικῆς ἡμῶν ἢ τινὸς τῶν μεγίστων ἀρχόντων προστάξεως κελευσθείη τὸ πρόσωπον ἀγαγεῖν ἐγγυητῇ μὴ καταπιστεύσας. τηνικαῦτα γὰρ ἄδεια ἔσται τῷ πράκτορι ἐγγυητὴν μὴ κομίζεσθαι καὶ τοῦτο μέντοι πράττειν χωρὶς ἁπάσης ζημίας. κἀνταῦθα τῶν αὐτῶν κρατουμένων ἐπιτιμιῶν κατά τε τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου καὶ τοῦ λαμπροτάτου τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντος εἴ τι τούτων παραβαθῆναι συγχωρήσαιεν ἢ παραβαινομένου τινὸς μὴ θᾶττον ταῦτα μηνύσαιεν δηλαδὴ μὴ συγχωρουμένων αὐτῶν μηδὲν πλέον τι τοῦ διωρισμένου μέρους τῇ ἡμετέρᾳ διατάξει προφάσει σπορτούλων κομίζεσθαι. μηδὲ διαγραφὴν ἐξ οἵας δήποτε αἰτίας ἐν ταῖς πόλεσι ἐξ ἀνάγκης γίνεσθαι πλὴν ἢ μόνων ἐκείνων τῶν αἰτιῶν ἃς περὶ τὰς ἐμφανίσεις τῶν προαγωγῶν καὶ τῶν διατάξεων καὶ θείων ἢ γενικῶν κομμονιτωρίων ἢ τύπων ἢ γραμμάτων καὶ τῶν τοιούτων ἁπάντων περὶ ὧν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐνομοθετήσαμεν. καὶ ἅπερ αὖ ὑπὲρ ἰδίας ὠφελείας καὶ σωτηρίας οἱ τῆς πόλεως βουληθεῖεν εἰς ἔργα πολιτικὰ τυχὸν ἢ εἰς σιτωνίαν ἢ εἰς ἑτέραν ἀρέσκουσαν ἅπασιν αἰτίαν κατὰ φιλοτιμίαν ποιήσασθαι ἐξ ὧν τὸ κοινὸν τῆς πόλεως ὠφεληθήσεται φυλαττομένων κατὰ τῶν παραβαίνειν ταῦτα ἐπιχειρούντων καὶ μὴ εἰς ἡμᾶς ἀγόντων θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων τῶν ἤδη παρ' ἡμῶν ἠπειλημένων. δεῖ δὲ τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον ἑκάστης πόλεως πάντα γινώσκοντα τὰ παρ' ἡμῶν ἐπὶ τούτοις διατεταγμένα καὶ μὴν καὶ ἀπαργυρισμοῦ μετάτων καὶ κωλύσεως ἀφοπλισμῶν καὶ τούτων ὅσα περιέχεται τῇ θείᾳ ἡμῶν διατάξει τῇ περὶ τούτων ἐν κοινῷ γεγραμμένῃ πέρας [1] ἐκτιθέναι προσῆκον. Dat. VIII. Kal. Jul. Chalced. Lamp. COS.

Ἡ. κθ. διάταξις τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

Ο Αὐτὸς βασιλεὺς Ἰουλιανῷ ἐπάρχῳ πραιτωρίων. Θεσπίζομεν μηδένα τῶν εὐλαβεστάτων κληρικῶν εἴτε παρά τινος συγκληρικοῦ εἴτε παρὰ τῶν καλουμένων λαϊκῶν τινὸς εὐθὺς καὶ ἐκ πρώτης ἐν αἰτιάσει γίνεσθαι παρὰ τοῖς μακαριωτάτοις πατριάρχαις διοικήσεως ἑκάστης. ἀλλὰ πρῶτον κατὰ τοὺς ἱεροὺς θεσμοὺς παρὰ τῷ τῆς πόλεως ἐπισκόπῳ καθ' ἣν ὁ κληρικὸς διάγει, εἰ δὲ ὑπόπτως ἔχει πρὸς ἐκεῖνον παρὰ τῷ τῆς [2] μητροπόλεως ἐπισκόπῳ τοῦτο πράττειν εἰ δὲ ὡς εἰκὸς οὔτε τὰ κατ' ἐκεῖνον αὐτῷ ἀρέ-

(1) ἐπιτιθέναι. (2) πόλεως.

ſine ullo damno præbeant. Si vero dubitaverint (*a*) exactores de fidejuſſorum fide, facultatibus, aut cautione: in eundem locum religioſiſſimus Epiſcopus, & Pater civitatis, ac Defenſor conveniant, & decernant, an idoneus eſſe fidejuſſor videatur uſque ad quantitatem, de qua agitur, & neceſſe habeat exactor ſuſcipere eum in fidejuſſorem, qui nihil pro fidejuſſione, aut ſacramento præſtabit: præterquam ſi privata noſtra, aut cujuſquam magiſtratus majoris juſſione perſonam ducendam eſſe, fidejuſſori non eſſe credendum decernatur: tunc enim licebit exactori fidejuſſorem non accipere; id vero agere ſine ullo detrimento. Cæterum eadem multa adverſus religioſiſſimum Epiſcopum, & clariſſimæ provinciæ Præſidem imponitur; ſi quid eorum tranſgredi paſſi fuerint; aut ſi, cum tranſgreſſum erit, non id ſtatim renuntiaverint. Neque etiam patiantur, ut plus definita parte a noſtra conſtitutione (*b*) pro ſportulis accipiatur; neve deſcriptio (*c*) ob aliquam cauſam in civitatibus fiat; niſi ob illas tantum, quas ſupra enumeravimus, renuntiationes proceſſionum, conſtitutionum, ſacri & generalis commonitorii, aut formæ, aut litterarum, & hujuſmodi omnino rerum, de quibus antea ſanximus, item quæ propter ſuam conſervationem, atque ſalutem cives facere voluerint: ad opera forte publica, vel ad ſitoniam, vel ad aliam quamvis cauſam, quæ omnibus placeat propter urbis honorem fieri, ex quo Reſp. adjuvetur. Contra eos vero, qui hæc tranſgredi tentaverint, & ſi ad nos religioſiſſimi Epiſcopi id non retulerint, ea ſerventur, quæ antea a nobis comminata ſunt. Atque oportet ſingularum urbium Dei amantiſſimos Epiſcopos, cum omnia cognoverint, quæ a nobis de his rebus diſpoſita ſunt; & de metatorum exactione, (*d*) & de rapinarum prohibitione, ac de cæteris rebus, quæ noſtra ſacra conſtitutione continentur, quæ de omnibus edita eſt; finem competentem imponant. Dat. VIII. Kal. Julias Chalced. Lamp. COS.

*XXVII.* De creationibus.
*XXVIII.* Tam dementis.

(*e*) *XXIX. Idem Imp. Juliano Præf. Præt.*

Sancimus, ut nemo venerabilis clericus ab aliquo ſive clerico, ſive laico ab initio apud beatiſſimum provinciæ Patriarcham accuſetur. Sed prius juxta ſacra inſtituta apud Epiſcopum civitatis, in qua clericus verſatur; tum ſi is ſuſpectus eſt, apud Metropolitanum Epiſcopum, reum agat. Sed ſi forte, ne ei quidem accuſatio pla-

(a) *Similis eſt conſtit. 2. de ſportulis Græca.*
[b] *Eadem 2. de ſportulis.*
[c] *Vidend. ſimilis conſtit. 2. Publicæ lætitiæ &c. de qua ante diximus.*

[d] *Vide titulum de metatis, & epidemeticis. Metatores olim hoſpitia militibus parabant, & caſtrorum metatores dicebantur. Eo prætextu nonnunquam municipia vexabant, dictaque metata ſunt ea onera præbendorum hoſpitiorum.*
(e) *Ex eadem collect. hæc quoque ſumta eſt.*

ἀρέσκοι τηνικαῦτα πρὸς τὴν ἁγίαν σύνοδον [1] τὴν τῆς χώρας ἄγειν αὐτὸν δικαζόμενον τριῶν ἅμα τῷ μητροπολίτῃ συνιόντων θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων τῶν κατὰ τὴν τάξιν τῆς χειροτονίας πρωτευόντων καὶ τὴν δίκην ἐν τάξει τῆς ὅλης συνόδου ἐξεταζόντων καὶ εἰ μὲν στερχθείη τὰ κεκριμένα πραγμάτων ἀπηλλάχθαι εἰ δὲ οἰηθείη βεβλάφθαι τηνικαῦτα ἐπικαλεῖσθαι τὸν μακαριώτατον πατριάρχην τῆς διοικήσεως ἐκείνης καὶ τοῖς παρ' αὐτοῦ κρινομένοις πάντως ἐμμένειν ὡς ἂν εἰ ἔτυχεν ἐξ ἀρχῆς αὐτὸς εἰρημένος δικαστής. κατὰ γὰρ δὴ τῶν τοιούτων ἐπισκόπων ἀποφάσεων οὐκ εἶναι χώραν ἐκκλήτῳ τοῖς πρὸ ἡμῶν νενομοθέτηται τοῦ αὐτοῦ τούτου φυλαττομένου καὶ εἴπερ ἐπίσκοπος ὁ (2) μεμφθεὶς εἴη εἴτε παρά τινος τῶν καλουμένων λαϊκῶν εἴτε παρά τινος τῶν θεοφιλεστάτων κληρικῶν εἴτε καὶ παρ' ἑτέρου τινὸς θεοφιλοῦς ἐπισκόπου τὸ γὰρ εὐθὺς τὰς αἰτίας εἰσαποτίθεσθαι παρὰ τοῖς ἁγιωτάτοις πατριάρχαις καὶ τοὺς αἰτιωμένους εἰς ἑτέραν ἀπάγεσθαι χώραν παντελῶς ἀπαγορεύομεν πλὴν εἰ μὴ τὴν αἰτίασιν τις ἐπὶ τούτῳ θείη ἐφ' ὧτε παραπεμφθῆναι τὴν ὑπόθεσιν τῷ τῆς χώρας θεοφιλεστάτῳ ἐπισκόπῳ τηνικαῦτα γὰρ ἄδεια μὲν ἔσται τὴν αἰτίασιν ἀποτίθεσθαι καὶ παρὰ τοῖς θεοφιλεστάτοις πατριάρχαις γράμματα δὲ γίνεσθαι πρός τινα τῶν κατὰ τόπον θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων ὥστε αὐτὸν ἀκροάσασθαι τῆς ὑποθέσεως κατὰ τὸν ἔμπροσθεν ὑφ' ἡμῶν ὑπηγορευμένον τρόπον οὐ μὴν τούτῳ ἄδειαν παρέχειν τοῖς εὐλαβεστάτοις κληρικοῖς κατιέναι καὶ ἀμετρίᾳ τῶν καλουμένων σπορτούλων τοὺς ὑπομιμνησκομένους ἐπιτρίβειν ὁποῖον δήπου μέχρι τοῦ νῦν ἁμαρτάνεσθαι μεμαθήκαμεν ἐφ' ἑκάστῳ γὰρ προσώπῳ τῶν ἐγκαλουμένων οὐ περαιτέρω τὴν ἕκτην τοῦ νομίσματος μοῖραν κατὰ πρόφασιν σπορτούλων δίδοσθαι συγχωροῦμεν τοῖς παρὰ τῶν θεοφιλεστάτων πατριαρχῶν καὶ μητροπολιτῶν στελλομένοις ἢ εἴπερ ἐπίσκοπος εἴη ὁ πεμφθεὶς ἄχρι νομισμάτων ἓξ ἐφ' ὁσηδήποτε ποσότητι καὶ οἱαδήποτε αἰτίᾳ παρέχεσθαι μόνον καὶ πλέον τούτου μηδὲν αὐτοῦ τούτου κρατοῦντος καὶ ἐπὶ τῶν μητροπολιτῶν ὅταν παρ' αὐτοῖς ἀποτεθείη τις αἰτίασις κατά τινος καὶ (3) τῶν ὑπ' αὐτοὺς ἐπισκόπων ἢ τῶν τῆς ἐπαρχίας ἐκείνης κληρικῶν. εἰ γὰρ ἐπὶ τῶν πολιτικῶν δικῶν συστεῖλαι τὸ τῶν σπορτούλων καὶ δαπανημάτων μέτρον ἐσπουδάσαμεν καὶ τοῦτο νομοθεσίᾳ παραδοῦναι συνείδομεν πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν μέμψεων τὴν συμμετρίαν φυλάττεσθαι νομοθετοῦμεν. εἰ μέντοι παραπεμφθείσης τῆς ὑποθέσεως παρὰ τοῦ θεοφιλεστάτου πατριάρχου ἢ τινὶ τῶν θεοφιλεστάτων μητροπολιτῶν ἢ ἄλλῳ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων ἐνεχθείη ψῆφος καὶ μὴ στερχθείη παρὰ θατέρου μέρους ἔκκλητός τε γένηται, τηνικαῦτα ἐπὶ τὸν ἀρχιερατικὸν θρόνον φέρεσθαι τὴν ἔφεσιν, κἀκεῖσε κατὰ τὸ μέχρι νῦν κρατοῦν

(1) τῆς. (2) πεμφθεὶς. (3) ἤ.

placuerit: ad ſacram ejus regionis ſynodum accuſatum deducat; & cum Metropolitano tribus convenientibus religioſiſſimis Epiſcopis, qui cæteris propter ordinationem præferuntur, de cauſa coram tota ſynodo cognoſcatur, & ſiquidem ei, quæ judicata erunt, placuerint; ab accuſando diſcedat: Si vero ſe lædi exiſtimaverit; provocet illius provinciæ beatiſſimum Patriarcham; atque iis, quæ ipſe judicaverit, omnino pareat; perinde, ac ſi eum initio judicem eſſet conſecutus. Nam contra horum antiſtitum ſententias non eſſe locum appellationi, a majoribus noſtris conſtitutum eſt. (*a*) Hoc idem ſervandum eſt; ſi Epiſcopus ab aliquo laico, ſive ab aliquo clerico, ſive ab altero religioſiſſimo Epiſcopo accuſatus ſit. Nam ut ſtatim accuſatio ad ſanctiſſimos Patriarchas deferatur; & ut accuſati in aliam provinciam mittantur; omnino prohibemus, præterquam ſi accuſationem quis ob eam rem intulerit, quod cauſa illius regionis religioſiſſimo Epiſcopo commiſſa fuerit. Quo caſu licet ad ipſos quoque ſanctiſſimos Patriarchas deferre accuſationem. Litteræ tamen conficiantur ad aliquem ex Epiſcopis eorum locorum, ut is cauſam audiat, ut antea a nobis dictum eſt. Non vero ei liceat facere, ut deſcendant in provincias venerabiles clerici, & immodicas ſportulas, dum accuſantur, inferant: qua in re huc uſque peccatum eſſe cognovimus. Neque enim in ſingulas reorum perſonas plus ſexta aurei nummi parte pro ſportulis dari concedimus iis, qui a ſanctiſſimis Patriarchis, ac Metropolitanis mittuntur; aut ſi Epiſcopus miſſus eſt, ſex tantum aurei ex quacumque quantitate, ac cauſa; neque quicquam amplius præbeatur. Hoc in Metropolitanis etiam teneat, cum ad eos accuſatio contra Epiſcopum, qui ſub eo ſit, aut ejus provinciæ clericum defertur. Nam ſi in civilibus judiciis moderari ſportularum, & ſumptuum modum curavimus, eaque ex lege præſtari [*b*] voluimus: multo magis in Eccleſiaſticis accuſationibus modum ſervari ſancimus. Enim vero ſi remiſſa cauſa ad ſanctiſſimum Patriarcham, aut ad aliquem ex religioſiſſimis Metropolitanis, aut ad alium Dei amantiſſimum Epiſcopum, ſententia lata ſit, quæ alicui parti diſpliceat, ac provocetur: ad Archiepiſcopalem hanc ſedem referatur appellatio, (*c*) in qua, ut adhuc ſervatum eſt,

lis

(a) *Has conſtitutiones exiſtimo nos non habere: eaſque intelligere oportet, ſalva Sedis Apoſtolicæ Romanæ auctoritate, ad quam licet omnibus appellare: idque Nicæno Concilio ſtatutum fuiſſe multi teſtantur. Julius in epiſtola ad Orientales cap. 18. 19. & 41. Zoſimus in commonitorio relato in Concilio Carthaginenſi Græco, & Carthaginenſi 6. c. 3. Latino, & in epiſtola ejuſdem Concilii ad Bonifacium papam. Felix II. epiſt. 1. Leo epiſt. 12. Idem ſtatutum eſt in Concilio Sardicenſi cap. 4. & 5. Græcis, 5. 6. & 7. Latinis. Vide Innoc. 3. in Concilio Lateranenſi cap. 5. quod eſt cap. 23. de privileg. & Grat. 2. quæſt. 6. & 3. quæſt. 6. multis capitibus.*

(b) *Conſtit. 2. Græca de ſportulis.*

(c) *Si cauſa delegata eſt a Patriarcha Conſtantinopolitano, & commiſſa inferiori Metropolitano, aut etiam Primati, vel Patriarchæ; & provocetur a ſententia lata ab eodem inferiore: non dubium eſt, quin idem delegans appellationis ordinarius judex ſit. At ſi appelle-*

τοιοῦ ἐξετάζεσθαι. εἰ δέ τις τολμήσειε παρὰ ταῦτα (1) πρᾶξαι ἀναδώσει μὲν ποῦ ὅσον εἴληφε τῷ ὑπὲρ πραχθέντι διπλάσιον γενήσεται δὲ καὶ ὑπὸ ἐκκλησιαστικὸν ἐπιτίμιον παρὰ τοῦ κατὰ καιρὸν ἁγιωτάτου πατριάρχου ἢ τοῦ θεοφιλεστάτου μητρωπολίτου τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἐκβαλλόμενος καταλόγων τὰς δὲ αἰτιάσεις εἰ μὲν εἰς ἐκκλησιαστικὴν ὁρώη τὸ πρᾶγμα κατάστασιν καὶ ἐξ ἀνάγκης παρὰ μόνοις γίνεσθαι τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις ἢ μητροπολίταις ἢ παρὰ ταῖς ἁγίαις συνόδοις ἢ τοῖς θεοφιλεστάτοις πατριάρχαις κελεύομεν. εἰ δὲ πολιτικὰ τὰ τῶν ἀμφισβητήσεων εἴη ἑκόντας αὐτοὺς τὰς τοιαύτας ζητήσεις παρὰ τοῖς εἰρημένοις θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις προτιθέναι συγχωροῦμεν ἄκοντας δὲ οὐκ ἀναγκάζομεν ὄντων αὐτοῖς τῶν πολιτικῶν δικαστηρίων εἴπερ ἐκεῖνα μᾶλλον ἂν θέλοιντο παρ' οἷς ἔξεστι καὶ ὑπὲρ ἐγκλημάτων δικάζεσθαι. ἐπειδὴ δέ τινες τῶν θεοφιλεστάτων πατριαρχῶν ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ἐν αἷς εἰσὶ καὶ μητροπολιτικὸν ἔχουσι σχῆμα τινὲς δὲ καθ' ὅλην τὴν διοίκησιν τὰς χειροτονίας ποιοῦνται τῶν ὑπ' αὐτοὺς θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων εἴτε μητροπολιτῶν εἴτε τῶν ἄλλων ἐπ' αὐτοῖς ἐκεῖνα θεσπίζομεν ἅπερ ἐπὶ τῶν θεοφιλεστάτων μητροπολιτῶν ἤδη διετάξαμεν αὐτὸς γὰρ ἂν καὶ μητροπολίτης δικαίως (2) καλοῖτο ὁ τὴν ἐξουσίαν τῶν ὑπὸ τὴν μητρόπολιν ἐπισκόπων ἐκ τῶν θείων ἔχων κανόνων. Dat. XV. Kal. Nov. CP. Lamp. COS.

H. λ. διάταξις τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

ταῖς συμφοραῖς ὑποβληθήσονται (1) εὐσεβῶς τε ταῦτα εἰς αὐτοὺς γενήσεται ἅπερ χρὴ γενέσθαι ὑπερ τοῦ χαλεπὰ καὶ τραγωδίας ἄξια ἐξαμαρταίνειν αὐτούς. τί γὰρ ἐκ τῶν τολμηθέντων ἐναγχος κατὰ τῆς θρησκείας καὶ τῆς θειότητος παρὰ τῶν σφόδρα ἐλεουμένων εὐλαβεῖσθαι ἢ ὑποπτεύειν ἡμᾶς καὶ διὰ τοῦτο πᾶσαν ὁδὸν ἀφορμήν τε ἀποκινῆσαι μανίας οὐ προσήκει ἵνα μὴ ὅπερ ἐξ ὑποδείγματος ἡ τραγικὴ μανία πρώτως ἐξήμαρτε τὸ αὐτὸ καὶ αὖθις ὅπερ ἀπείη ἱεροσυλίας τρόπῳ τολμηθείη (2) ἀλλ' οὔτε δίχα γνώμης ἢ κελεύσεως τοῦ ἐπισκόπου (3) ἢ καὶ ὑμῶν τῶν δικαστῶν τῶν κατὰ (4) τήν δε τὴν πόλιν ἢ καὶ ὁπουδήποτε τυγχανόντων τὸν (5) ὁπλισμένον ἐκ τῶν ἐκκλησιῶν χρὴ παραδίδοσθαι ἵνα μὴ (6) ἐὰν κατὰ τῶν ἀθλίων πολλοῖς τοῦτο καὶ διαφόροις ἐξῇ (7) σύγχυσις ἐκ τούτου ἐγγένηται. εὐλαβεῖσθαι γὰρ τοὺς μεθ' ὅπλων φεύγοντας πρὸς διόρθωσιν βουλόμεθα ἀφαιρεῖσθαι τὰ ὅπλα καὶ οὔτε σωτηρίαν ἐν κεφαλαίῳ καὶ τοῦτο μᾶλλον δὲ προηγουμένως διὰ τοῦ νόμου τούτου θεσπίζομεν ἵν' αἱ τοιαῦται ἀθέμιτοί τε καὶ ἱερόσυλοι κινήσεις ἢ ἅμα (8) τὸ ἄρξασθαι ἐν αὐτοῖς τοῖς προοιμίοις τῶν ὅπλων ἀποτεθέντων τῇ καλλίστῃ νουθεσίᾳ ἡσυχάσωσιν ἢ τῷ φαυλοτάτῳ τόνῳ ἐμμένοντες τῶν προειρημένων ἐπισχεθῶσι λόγῳ τῆς ὑπερλάμπρου ἐξουσίας διὰ τῆς κοσμιότητος δικαιοσύνης τε καὶ ἀκριβοῦς εὐσεβείας ταῦθ' ἅπερ περὶ τῆς θρησκείας σεβασμίως καὶ μετὰ πάσης παρατηρήσεως εὐλαβείας τιμῆς καθαρότητος ἁγιωσύνης αἰδοῦς εὐσεβείας καὶ μάλιστα παρὰ τῶν προσφευγόντων φυλάττεσθαι μήτε διὰ τὴν θρησκείαν τῆς φιλανθρωπίας ἀποκλειομένης μήτε μὴν διὰ φιλανθρωπίαν τῆς θρησκείας παρορωμένης προσετάξαμεν τοῦ πρέποντος ὁμοῦ τῇ τε θεότητι καὶ τῇ ἀνθρωπότητι ἀφορισθέντος διαταγμάτων (9) προτεθέντων εἰς πάντα κόσμον καὶ γνῶσιν πάντων περιελθεῖν (10) φροντίσεις ὥστε τοὺς προσφεύγοντας διὰ τῆς τῶν ὁρισθέντων φιλανθρωπίας ἀμερίμνους τυγχάνειν καὶ μηδενὸς προπετείᾳ τὰ εἰς τιμὴν τῆς θρησκείας τυπωθέντα διακρατεῖν. νόμος προετέθη ἐπιν. ιδ. μηνὶ φαρμουθ. ιβ.

omnibuſque pœnis ſubiiciendos. (*a*) Fient autem ea non impie; quando ita pati eos oportet, quorum aſpera, atque crudelia crimina ſint. Quid enim non ex iis, quæ nuper auſi ſunt adverſus religionem, & Deum ii, qui valde miſerandi videbantur, timeri, aut ſuſpicari nos decet? & ob eam cauſam non omnem viam, atque occaſionem amoveri furoris oportet? ut ne quod exemplum furor quidam tragicus prius patravit; idem rurſus, quod abſit, ſacrilegii inſtar audeat. Sed neque ſine decreto, ac juſſione Epiſcopi, aut etiam noſtrorum judicum [*b*] hujus urbis, aut aliarum quarumcumque armatum oportet extra Eccleſiam trahi: ne ſi adverſus illos miſeros homines multis id, ac variis hominibus liceat: confuſio quædam, atque tumultus excitetur. Namque timere eos, qui cum armis confugiunt, volumus, ut emendentur: item eis auferri arma, non de capite ac ſalute periclitari, atque hoc præſertim per hanc legem ſancimus: ut hæ nefandæ, ac ſacrilegæ commotiones, aut una cum earum initiis armis ſtatim depoſitis ex optima ſacerdotum admonitione ſedentur: aut in illa turpiſſima contumacia permanentes per clariſſimam poteſtatem propter decus juſtitiæ, & puram religionis venerationem compeſcantur. Hæc, quæ de religione pie, ac cum omni obſervatione venerationis, honoris, puritatis, ſanctitatis, pudoris, ac pietatis a confugientibus præſertim ſervari juſſimus, neque propter religionem excluſa clementia, neque propter clementiam religione contempta; ſed utrique ſuum locum reliquimus; propoſitis ad univerſum orbem edictis, ad cunctorum cognitionem pervenire curabis: ut & confugientes propter eorum, quæ definita ſunt, lenitatem ſecuri ſint; & nullius hominis temeritas, quæ in religionis honorem conſtituta ſunt, diſſolvat. Propoſita [*c*] Indictione XIV. Pharmuthi. Menſis XII. Dat. X. Kal. April. CP. Antiocho V. C. COS. & Qui fuerit nuntiatus.

*IV.* Si ſervus.
*V.* Denuntiamus.
*VI.* Præſenti.



(1) Deſunt hæc in Cod. Theod. uſq. ad verſ. 10.
(2) οὐ μὴν δίχα. Cod. Theod.
(3) καὶ ἡμῶν, τῶν τε. Cod. Theod.
(4) τὴν δεῖνα πόλιν καὶ. Cod. Theod.
(5) ὡπλισμένον. Cod. Theod. (6) πολλοῖς κατὰ τῶν ἀθλίων τοιαύτης ἀδιαφόρως ἐξουσίας δοθείσης. Cod. Theod. (7) σύγχυσις τὶς ἐκ τούτου γίνεσθαι μέλλῃ καὶ ταραχή. Cod. Theod. id quo cætera, quæ ſequuntur uſque ad finem Conſtit. deſunt. (8) τῷ ἄρξασθαι. (9) προσαχθέντων.
(10) φροντίσει.

[a] *C. TH.* & omnibus caſibus eſſe ſubdendos. *Græce pro* caſibus *eſt* συμφοραῖς, *quod verbum calamitates ſignificat*, *&* *damna*, *quæ caſu etiam accidere poſſunt. Hic vero ſignificat paſſuros illos eas pœnas*, *quibus ob crimina*, *propter quæ confugerunt*, *obnoxii fuerant.*

(b) *C. TH.* nec ſine noſtra, ſive judicum. *Græce.* καὶ ἡμῶν, τῶν τε δικαστῶν *Epheſ. ſyn.* ἢ καὶ ὑμῶν τῶν δικαστῶν.

(c) *Hoc ſumpſimus ex Epheſ. ſyn. Deeſt in Cod. Theod. in quo eſt* Dat. X. Kal. *&c.* *&* *illud prius ſcribendum erat*, *cum prius datæ fuerint litteræ*, *&* *poſtea propoſitæ*, *atque editæ.* Pharmut *autem menſis ab Aegyptiis*, Aprilis *a Romanis*, Xanticus *a Macedonibus*, Niſan *a Judæis dicitur Plutarcho in Romulo*, *&* *Joſepho lib.* 2. *cap.* 13. *antiquitat. teſtibus.*

Η (1) ἐπιτομὴ τῆς. ζ. διατάξεως τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

Ο Ἔχων ἀγωγὴν ἢ πρᾶγμα πρός τινα μὴ θορυβείτω τὰς ἐκκλησίας δι' ἑαυτοῦ ἢ δι' ἑτέρου ἀλλὰ προσίτω τοῖς ἄρχουσιν. εἰ δὲ τοῦ βασιλέως (2) ἐπὶ ἁμαρτήμασι χρήζει διὰ τοῦ ἀρχιεπισκόπου (3) αὐτὸν διδασκέτω. ὁ δὲ παρὰ ταῦτα ποιῶν σωφρονίζεται.

Η ἐπιτομὴ τῆς. η. διατάξεως τοῦ αὐτοῦ.

Ο Τοῦ βασιλέως εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν ἐν ἑορτῇ προϊόντος ἐκβοήσεσι χρώμενος ἐκπίπτει τοῦ πράγματος καὶ διὰ τοῦ ἐπάρχου ἐκβαλλόμενος σωφρονίζεται. ὁ δὲ διὰ δυνατὸν πρόσωπον τῇ ἐκκλησίᾳ προσφεύγων διδασκέτω τὴν βασιλείαν διὰ τοῦ (4) πατριάρχου καὶ τῶν ἐκκλησιεκδίκων.

(*a*) *Epitome VII. Conſtitutionis.*

QUI habet actionem, aut controverſiam cum altero, non perturbet Eccleſiam per ſe, nec per alium: ſed referat magiſtratibus. Si vero Imperatore in crimine hoc egeat, per Archiepiſcopum doceatur. Qui contra fecerit; puniatur.

(*b*) *Epitome VIII. Conſtitutionis.*

QUI dum Princeps feſto die ad magnam Eccleſiam accedit, clamoribus utitur: res, ob quas clamat, perdat; & a Præfecto urbis expulſus reſipiſcat. Si vero quis propter adverſarii potentiam ad Eccleſiam confugerit: per Patriarcham, ac defenſores Eccleſiæ Imperator cognoſcet.

*Hactenus omnium Græcarum Conſtitutionum, aut verba, aut epitomes reperimus. In his, quæ ſequuntur, minus felices fuimus. Nam & permultas deſideramus, & epitomis minus plenis uſi ſumus.*

B. α. T. ιζ.

Ἐκ τῶν πανδεκτῶν ἡ δευτέρα διάταξις τοῦ. ι ζ. τίτλου τοῦ πρώτου βιβλίου τοῦ κώδικος. ἧς ἡ ἀρχὴ Tanta.

Ἐν ὀνόματι τοῦ δεσπότου καὶ Θεοῦ (5) ἡμῶν

• • • • *

Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Φλ'. Ἰουστινιανὸς Ἀλαμαννικὸς Γοτθικὸς Φραγκικὸς Γερμανικὸς Ἀντικὸς Ἀλανικὸς Βανδαλικὸς Ἀφρικανὸς εὐσεβὴς εὐτυχὴς ἔνδοξος νικητὴς τροπαιοῦχος ἀεισέβαστος αὔγουστος τῇ μεγάλῃ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ καὶ πάσαις ταῖς τῆς οἰκουμένης ἡμῶν πόλεσιν.

Δ Ἔδωκεν ἡμῖν ὁ θεὸς μετὰ τὴν πρὸς πέρσας (6) εἰρήνην μετὰ τὸ κατὰ (7) βανδίλων τρόπαιον καὶ τὴν ὅλην λιβύης κτῆσιν καὶ τὴν τῆς ὀνομαστοτάτης καρχηδόνος ἐπαν-

(1) ἐπινεμήσει. (2) ἐπὶ τινι ἁμαρτήματι.
(3) αὐτό. (4) ἐπάρχου. (5) ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. editum eſt in Pand. Florent. ſed in exemplari exeſum eſt. (*6*) Sic editum in Pand. Florent. ſed mihi non viſum eſt fuiſſe locum tot litteris, & maluiſſem, νίκην, aut σπονδήν; ſed illo verbo utitur in fine conſtit. (7) Sic etiam Flor. editum; ſed ego legi βανδάλων.

## LIB. I. TIT. XVII.

## DE VETERE JURE ENUCLEANDO.

[*c*] *II. Conſtitutio* ( *in Etruſcis Pandectis Græca reperitur, item Latina in hæc verba.* )

IN NOMINE DOMINI DEI NOSTRI JESU (*d*) CHRISTI

*Imperator Cæſar, Flavius, Juſtinianus, Alamannicus, Gotthicus, Frangicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, Pius, Felix, Inclutus, Victor, ac Triumphator, ſemper Auguſtus ad Senatum, & omnes populos.*

TAnta circa nos divinæ humanitatis eſt providentia, ut ſemper æternis liberalitatibus nos ſuſtentare dignetur. Poſt bella enim Parthica (*e*) æterna pace ſopita, poſtque Vandalicam gentem ereptam, & Carthaginem, immo magis omnem

(a) *Hæc Epitome ſumpta eſt ex collectione Græca eccleſiaſticarum conſtitutionum.*

(b) *Ex eadem collectione ſumpta eſt hæc quoque epitome.*

(c) *Hæc Conſtitutio Græca, & Latina lingua edita eſt, & utraque extat in Pandectis Florentinis. Græcæ mentio fit ab eodem Juſtiniano in ea Conſtitutione, quæ ante Digeſta poſita eſt, cujus initium eſt:* Omnem.

(d) *In Florentino libro eſt* IHESV *& hoc, & aliis locis; ſive quia ea ſcriptura Græcæ ſcripturæ eſſet proprior, quæ hæc eſt* ΙΗΣΟΥ, *& eadem E litteram non tenuem eſſe ſignificetur: ſive quod aſpirationis nota tollat vim priori vocali, ne cohæreat in eandem ſyllabam cum proxima, quod multi peccatum admittunt non aliter proferentes, quam Junonem, Jovem, majeſtatem. Cum eadem nota ſcriptum eſt in eiſdem Pandectis Johannes, ut ab aliis ſcribitur inchoare, quod ita fortaſſe vocales diſtinguerent. Id nos nimis putidum eſſe putamus, & ſequendum eſſe elegantiorum ſcriptorum uſum.*

(e) *Perſarum mentio fit hoc loco, & in fine hujus Conſtitutionis in Græca. Sed Parthi Perſarum imperium tunc obtinebant, & utroque nomine idem ſignificabatur.*

ἐπανάληψιν καὶ τὸ τῆς ἐπανανεώσεως....*..εἰς πέρας ἀγαγεῖν...τῶν πρὸ ἐμῶν βεβασιλευκότων....*.... (1) ἐπ' οὐδὲ εἰς νοῦν βάλλεσθαι ἤλπισεν ἀλλ' οὔτε δυνατὸν ὅλως..*.. αὐτῷ ἂν ἐνομίσθη....(2) νομοθεσίαν ...*....τοῦ τῆς πρεσβυτέρας..*..μέχρι τῶν..*.. ὧν οἵπερ ἀμφὶ τὰ χίλια....*......οὐκ ἐν τοῖς ἄλλοις μόνον ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς βασιλικαῖς διατάξεσι πρὸς (3) ἅπασαν συμφωνίαν τε καὶ διαφωνίαν καὶ τὸ μὲν μαχόμενον αὐτοῖς ἐξελεῖν τὸ δὲ ταυτόν τε καὶ ὅμοιον ἐξωθῆται μίαν δὲ αὐτῇ κάλλους (4) ἰδέαν παρασχεῖν ὥστε ἕνα τὸν κείμενον ἐφ' ἑκάστῳ καθεστάναι πράγματι νόμον τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς καὶ τῆς ἐκεῖθεν φιλανθρωπίας ἴδιον ἦν ἀλλ' οὐκ ἀνθρωπίνης τινὸς διανοίας ἢ (5) ἐγχειρήσεως ἢ δυνάμεως ὅλως. ἡμεῖς οὖν τοῦτο δὴ τὸ συνηθισμένον ἡμῖν τὰς χεῖρας εἰς θεὸν ἀνατείναντες καὶ αἰτήσαντες ἡμῖν αὐτὸν συλλαβεῖν ἐνεχειρήσαμεν (6) τοίνυν τὸ πᾶν ἐξειργασάμεθα Τριβωνιανῷ (7) τῷ τε ἐνδοξοτάτῳ μαγίστρῳ καὶ ἀποκυαιστόρων τοῦ θείου ἡμῶν παλατίου καὶ ὑπάτων πρὸς τὴν ὅλην ὑπουργίαν χρησάμενοι καὶ πᾶσιν ἄλλοις ἐνδόξοις τε καὶ σοφοῖς ἀνδράσιν ἐρωτῶντες μὲν ἀεὶ τὸ (8) γινόμενον τὸ δὲ ἀμφισβητήσιμον μανθάνοντες πᾶσιν δὲ ἐκ τῆς ἐνδιδομένης ἡμῖν παρὰ τοῦ δεσπότου θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ γνώσεώς τε καὶ θάλψεως ἐπιθέντες πέρας προσῆκον τὰς μὲν οὖν εὐσεβεῖς διατάξεις ἤδη πρότερον δώδεκα βιβλίοις περιστείλαντες τὸ τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας ἐπώνυμον συντεθείκαμεν βιβλίον. νῦν δὲ τὰς ἁπάντων τῶν ἔμπροσθεν νομοθετησάντων συναγαγόντες γνώμας ἐκ τοῦ πλήθους ἀπὸ τῶν βιβλίων ἅπερ ἦν μὲν ἀμφὶ τὰ δισχίλια ἀριθμὸν δὲ εἶχον στίχων (9) οὐκ ἔλαττον μυριάδων τριακοσίων.
ἐπὶ

(1) ἐπεὶ οὐ δὲ. editum eſt Flor. (2) Deſunt hæc in editis Florentiæ uſque ad verſ. 6. οὐκ ἐν τοῖς. (3) ἅπασαν ἀΐειν Flor. editum. (4) εἰδέαν. P. Flor. (5) Sic editum eſt Flor. ego olim deſcripſi ἐνχειρήσεως. idque antiquitatis redolet uſum non ingratum. (6) τε καὶ τὸ παν. ediderunt Flor. locus obſcurus in archetypo. Sed illud veſtigiis antiquæ ſcripturæ eſt, ut credidimus propius. (7) τῷ ἐνδ. Florentini ediderunt, ſed locus erat duabus litteris τε in archetypo, niſi nos fallit memoria. (8) γιγνόμενον. Fl. editum. (9) Flor. editum eſt tantum μυριάδων errore librariorum, ut opinor.

omnem Libyam Romano imperio iterum ſociatam; & leges antiquas jam ſenio prægravatas per noſtram vigilantiam præbuit in novam pulchritudinem, & moderatum pervenire compendium: quod nemo ante noſtrum Imperium umquam ſperavit, neque humano ingenio poſſibile eſſe penitus exiſtimavit. Erat enim mirabile Romanam ſanctionem ab urbe condita uſque ad noſtri imperii tempora, quæ pene in mille, & quingentos (*a*) annos concurrunt, inteſtinis præliis vacillantem, hocque & in imperiales conſtitutiones extendentem in unam reducere conſonantiam: ut nihil neque contrarium, neque idem, neque ſimile in ea inveniatur, & ne geminæ leges pro rebus ſingulis poſitæ uſquam appareant; namque hoc cœleſtis quidem providentiæ peculiare fuit: humanæ vero inbecillitati nullo modo poſſibile. Nos itaque more ſolito ad immortalitatis reſpeximus præſidium; & ſummo nomine invocato Deum auctorem, & totius operis præſulem fieri optavimus, & omne ſtudium Triboniano viro excelſo, Magiſtro Officiorum, & Exquæſtore ſacri noſtri palatii, & Exconſule credidimus, eique omne miniſterium hujuſcemodi ordinationis impoſuimus; ut ipſe una cum aliis (viris) (*b*) illuſtribus, & prudentiſſimis juris noſtrum deſiderium adimpleret, noſtra quoque majeſtas ſemper inveſtigando, & perſcrutando ea, quæ ab his componebantur, quidquid dubium, & incertum inveniebatur, hoc nomine cœleſti recte (*c*) emendabat, & in competentem formam redigebat. Omnia igitur confecta ſunt, Domino, & Deo noſtro Jeſu Chriſto poſſibilitatem tam nobis, quam noſtris in hoc ſatellitibus præſtante. Et principales quidem conſtitutiones duodecim libris digeſtas jam ante in Codicem noſtro nomine præfulgentem contulimus, poſtea vero [*d*] maximum opus adgredientes, ipſa vetuſtatis ſtudioſiſſima opera jam pene confuſa, & diſſoluta eidem viro excelſo permiſimus tam colligere, quam certo moderamine tradere. Sed cum omnia percontabamur, a præfecto viro excelſo ſuggeſtum eſt, duo (*e*) pene milia librorum eſſe conſcripta, & pluſquam trecentiens decem milia (*f*) verſuum a veteribus effuſa, quæ neceſſe eſſet omnia, & legere, & perſcrutari, & ex his, ſi quid optimum fuiſſet, eligere. Quod cœleſti fulgore, & ſummæ Trinitatis favore confectum eſt ſe-



[a] *Quid in Græca conſtitutione ſcriptum fuerit, ignoramus: quia prima pagina in Etruſcis Pandectis propter vetuſtatem legi multis in locis non poteſt. At in Latina mendum hoc eſt (mille & quadringenquingentos.) Unde alii quadringentos, ut Florentini ediderunt, alii quingentos deſcripſerunt. Ab hiſtoricis accepimus Conſulatum tertium Juſtiniani Imp. quo tempore hæc conſtitutio edita eſt, anno poſt urbem Romam conditam, fuiſſe* 1285. *Rectius igitur ſcriberetur*, mille & trecentos, *nam quod ad hunc numerum deeſt, in verbo* pene *intelligitur.*

[b] *Verbum* viris *ſupervacaneum eſt. Sequitur enim* prudentiſſimis viris.

[c] *Florent. ediderunt* erecta. *Græce utrumque deeſt, & omnia illa verba*, hoc numine &c. redigebat.

[d] *Hæc periodus, & multa ex ſequenti deſunt in Græca conſt. aut brevius dicuntur, uſque ad illa verba* duo pene milia.

(e) *Flor. editum eſt*, ſuggeſtum, & duo.

(f) *Tricies centena milia quidam ſcripſerunt multo elegantius. Tamen hic Greciſmus ferendus eſt.*

ἐπὶ ἐμμετρόντε ἅμα καὶ ἐυσιωόπτον συνηγάγομεν ἄθροισμα πεντήκοντα οὐῦ τὰ παύντα πεποιήμεθα βιβλία τὰ νυῦ αὔωθεν συναγαγόντες τὸ χρήσιμον καὶ ἁπάσας τὰς ζητήσεις τεμόντες καὶ μηδὲν καταλιπόντες ἔπι στασιαζόμενον ὅπερ βιβλίον Digeſta εἴτε πανδέκτην προσηγορεύσαμεν ἐκτε (1) τῶ τὰς τ νόμων ἔχειν διαίρεσεις τε καὶ διατυπώσεις ἔκτε τῶ (2) τὸ παύντα εἰς ἐν ἀθροισθὲν ὑποδέξασθαι ταύτην αὐτῷ θέμενοι τὴν προσηγορίαν ὀυ περαίτερω τὲ πεύτε καὶ δέκα μυριάδων ςίχων ἀριθμὸν αὐτῷ δόντες καὶ εἰς ἑπτὰ τῦτο διαθέμενοι πραγματείας καὶ τῦτο ὀυ παρέργως ἀλλὰ τῆς τῶν ἀριθμὸν φύσεώςτε καὶ ἀρμονίας ςοχασάμενοι τάτε γὰρ καλόμενα παρὰ πᾶσι πρῶτα ἐν (3) τέτταρσιν ἀπεθέμεθα βιβλίοις ἐφεξῆς τε τὰ de Judiciis ἐν ἑτέροις ἑπτὰ καὶ τὰ de Rebus ὀυκ ἐν πλείοσι τῶν ὀκτὼ τὸ δὲ ἐφεξῆς τῦ συγγράμματος μέρος ὅπερ δὴ τέτταρτον τὲ ἅμα καὶ μέσον ἐςὶ τῦ παντὸς ὀκτὼ βιβλίοις ἄλλοις ἐν ἀπεθέμεθα ἐν ὅις ἐςὶ μεν Hypotecaria ὑπὲρ ῥώπυ τῆς Pigneraticias ἀφεςῶτα ἔςι δὲ καὶ [4] Medius τὸ ἤδικτον καὶ ἡ περὶ τῶν ἐκνικήσεων ἐπερώτησις ἅπερ ἄμφω παρακολυθήματα μεν καθεςῶτα τῶν πράσεων πόῤῥω δέπυ τῆς νομοθεσίας ἀπῳκισμενά συνηγάγομεν ἐγγύθεν δία τὴν πρὸς ἄλληλα συγγενέιαν ἵνα τὰ περὶ τῶν αὐτῶν διαλεγόμενα μὴ πόῤῥω διεςήκοιεν ἀλλήλων. εἶτα ἐπηγάγομεν τύτοις τάτε περὶ τόκων (5) ἐγγείωντε καὶ θαλασσίων καὶ τὰ περὶ συμβολαίωντε καὶ παρόδυ μαρτύρων καὶ ἀποδείξεώντε καὶ προλήψεων εἰς βιβλίον ἐν (6) τρία δὴ ταῦτα μονόβιβλα μετὰ τὴν τ de Rebus πραγματείαν συνέγγυς ἀλλήλων κατατεθέμενοι καὶ αὖθις τὰ περὶ (7) μνηςῶν καὶ γάμον καὶ προικὸς (8) νενομοθετημενά συναγαγόντες τρία δεδώκαμεν ἔχειν καὶ ταύτῃ τῇ συντάξει βιβλία καὶ μὴν καὶ περὶ τῶν κηδεμόνων τῆς νέας ἡλικίας δύο. ταῦτα δὴ τὰ de Tutelis παρὰ πᾶσιν ὀνομαζόμενα κανταῦθα συνεκεφαλαιωσάμεθα τὴν τῶν ὀκτὼ τύτων βιβλίων πραγματείαν καὶ μεσαίτατον ὡς εἴρηται τῦτο μέρος τῆς πάσης συντάξεως τῦ βιβλίυ πεποιήμεθα τὰ κάλλιςα δὴ καὶ χρησιμώτατα τῶν νόμων ἐν τύτοις ἀναγραψά-

ſecundum noſtra mandata, quæ ab initio ad memoratum virum excelſum fecimus; & in quinquaginta libros omne, quod utiliſſimum erat, collectum eſt; & omnes ambiguitates deciſæ, nullo ſeditioſo [a] relicto, nomenque libris impoſuimus Digeſtorum, ſeu Pandectarum, quia omnes (b) diſputationes, & deciſiones in ſe habent legitimas, & quod undique fuit collectum, hoc in ſinus ſuos (c) receperunt, in centum quinquaginta pene milia verſuum totum opus conſummantes, & in ſeptem partes eos digeſſimus non perperam, neque ſine ratione; ſed in numerorum naturam, & artem reſpicientes, & conſentaneam eis diviſionem partium conficientes. Igitur prima quidem pars totius contextus, quæ Græco vocabulo πρῶτα nuncupatur, in quattuor libros ſepoſita eſt. Secundus autem articulus ſeptem libros habet, qui *de Judiciis* appellantur. In tertia vero congregatione omnia, quæ *de Rebus* nominantur, contulimus octo libris eis (*d*) deputatis. Quartus autem locus, qui & totius compoſitionis quaſi quoddam invenitur umbilicum, (*e*) octo libros ſuſcepit, in quibus omnia, quæ ad hypothecam pertinent, repoſita ſunt; ut non pigneraticia actione in libris *de Rebus* poſita multum diſtarent. Alio libro eodem inſerto volumine, qui Ædilicium edictum, & redhibitoriam actionem, & duplæ ſtipulationem, quæ de evictionibus propoſita eſt, continet, quia hæc omnia titulis emptionum, & venditionum conſentanea ſunt; & prædictæ actiones, quaſi pediſequæ illarum ab initio proceſſerunt: in vetuſtioris quidem edicti ordinatione in loca devia, & multum diſtantia (*f*) devagantes; per noſtram autem providentiam his congregatæ; cum oportuerat ea, quæ de eodem pene loquuntur, in confinio ponere. Alius itaque liber poſt duos [*g*] primos nobis excogitatus eſt de uſuris, & trajecticiis pecuniis, & de inſtrumentis, & teſtibus, & probationibus, nec non præſumptionibus, & memorati tres ſingulares libri juxta compoſitionem *de Rebus* poſiti ſunt. Poſt hos, ſi qua de ſponſalibus, vel nuptiis, vel dotibus legibus dicta ſunt, repoſuimus, tribus librorum voluminibus ea concludentes. De tutelis autem, & curationibus geminos libros conſcripſimus. Et memoratam ordinationem octo librorum mediam totius operis repoſuimus, omnia undique tam utiliſſima, quam pulcherrima jura continentem. Quintus autem exori-

(1) τῦ τῶν. editum Flor. nos τὰς vidimus in archetypo, vel fuiſſe credidimus. (2) τὸ παῦ. Flor. editum. (3) τέτταρσιν. Florentini ediderunt, nos illud ex archetypo. (4) *Ædilicion* Flor. editum: id non legi in Archetypo, ſed quod edidi: non diſplicet tamen audacia Florentinorum. (5) ἐγγειῶν. Florentiæ editum eſt.
(6) τρία δέ. Flor. Editum. (7) μνηςρῶν. ibid.
(8) Flor. editum eſt νενομοπεθημένα.

(a) Nullo otioſo quidam, *ſed Græce eſt* ςασιαζομενυον.

[b] *Varia ſcriptura eſt in Flor. Pand.* qui omnes, *vel* quia omnes.
[c] In ſinus *Flor. ediderunt ex varia ſcriptura ejuſdem libri.*
[d] Ei, *ex varietate ſcripturæ Pand. Flor.*
(e) *Magis placet, quod frequentius reperitur*, quidam invenitur umbilicus: *illud tamen eſt Florentiæ in architypo. Refert Nonius Marcellus pleraque Latina nomina, quæ modo hoc, modo illo genere uſurpantur. Scriptorem opinor ſecutum fuiſſe Græcam linguam; dicitur enim* ὄμφαλος *&* ὀμφάλιον, *ſic* umbo, *&* umbilicum *dici poſſe credidit.*
[f] Multo diſtantia, *editum eſt Florentiæ.*
(g) Poſt duo *Flor. editum, quale illud eſt:*

Si duo præterea tales Idæa tuliſſet
Terra viros. . .

UNED

ψάμενοι. τὰ δὲ δὴ περὶ διαθηκῶν καὶ πρός γε ληγάτων καὶ (1) φιδεικομίσσων ἅπαντα συνηγάγομεν εἰς ἐννέα βιβλίων ἀριθμὸν ὧν ἡγεῖται μὲν τὰ περὶ διαθηκῶν καὶ κωδικίλλων τῶν τε καθόλου φαμὲν τῶν τε ἃς ποιοῦσιν ὡς βούλονται στρατιῶται δύο καθεστῶτα καὶ de Teſtamentis ἐπιγεγραμμένα πέντε δὲ ἐφεξῆς τὰ περὶ ληγάτων καὶ φιδεικομμίσσων καὶ πάσης τῆς ἐν αὐτοῖς ζητήσεως διαλεγόμενα καὶ ἐπειδήπερ ὁ τοῦ Falcidiu λόγος προσεχής τε καὶ ἁρμόδιος (2) ἦν τῶν ληγάτων καὶ φιδεικομμίσσων ἰδιότητι διὰ τοῦτο δὴ καὶ αὐτὸν εὐθὺς τῇ τῶν ληγάτων ὑπεθήκαμεν πραγματείᾳ βιβλίον ὅλον αὐθεντες αὐτῷ μετὰ πά-νυ βραχείας προσθήκης καὶ αὖθις ἐπειδὴ πρὸς τὴν τοῦ Falcidiu μίμησιν ἐπὶ τῶν φιδεικομμίσσων ἦν τὸ καλούμενον (3) Trebellianion δόγμα καὶ τούτῳ τὴν τελευταίαν τῆς συντάξεως ταύτης (4) ἀπενείμαμεν χώραν τὸ πᾶν τῆς νομοθεσίας ταύτης εἰς τὸ Trebellianion συναγαγόντες καὶ περιττὴν εἶναι τὴν πάλαι τοῦ (5) πηγασιανίου νομοθεσίαν εὑρόντες καὶ τὰς ἀλόγους τῶν δογμάτων τούτων διαφορὰς τε καὶ κοινωνίας ἃς δὴ καὶ οἱ πάλαι μισήσαντες περινενοημένας τε καὶ ἐπὶ ζημίαις ἐκάλουν καὶ ἁπλουστέρῳ τινὶ λόγῳ τὸ πᾶν τοῦτο σχῆμα συναθροίσαντες καὶ εἰς τὴν τοῦ Trebellianiou μεθαρμοσάμενοι τάξιν καὶ τοῦτο δὴ τὸ πέμπτον μέρος τῆς ὅλης συντάξεως τοῖς ἐννέα τούτοις ἀνεῖται βιβλίοις ἐν οἷς οὐδὲν ὑπὲρ τῶν πάλαι καδούκων ἡμῖν εἴρηται διότι καὶ ταῦτα κατά τινα χρείαν οὐκ εὐτυχῆ τῇ ῥωμαίων ἐπιπολάσαντα πολιτείᾳ καὶ ὑπόμνημα δεινὸν τῶν ἐμφυλίων καθεστῶτα πολέμων οὐκ ἐχρῆν ἐν καιροῖς πολιτεύεσθαι καθ᾽ οὓς ὁ θεὸς εἰρήνην τε δέδωκεν ἡμῖν ἄγειν ἔκτε τῶν ἔνδον ἔκτε τῶν ἔξωθεν καὶ ὅταν δέοι πολεμεῖν ῥᾷστα μετὰ τῆς αὐτοῦ ῥοπῆς τῶν ἐναντίων κρατεῖν. ἕπεται δὲ ἡμῖν καὶ ἕκτη τις μοῖρα τούτου δὴ τοῦ παντὸς συστήματος ὀκτὼ περὶ (6) κεκλειμένη βιβλίοις ἄρχεται δὲ καλῶς ἐκ τῶν ὀνομαζομένων διακατόχων ἃς ἡμεῖς ὁμοίως τοῖς ἄλλοις κατασκεψάμενοι τάς τε εἰς τοὺς εὐγεγονότας τάς τε εἰς τοὺς ἀπελευθέρους φερομένας ἐκ πολλῆς τῆς ἔμπροσθεν συγχύσεως τε καὶ ἀσαφείας εἰς καθαρὰν ἠγάγομεν συντομίαν δύο βιβλίων αὐταῖς ἀριθμὸν ἀρκεῖν νενομικότες. προσανεπλέξαμεν δὲ αὐτοῖς καὶ τὰς ἐξ ἀδιαθέτου καλουμένας ἁπάσας διαδοχὰς καὶ αὐτὰς τὰς τῶν γενῶν τάξεις καὶ τοὺς ἐπὶ τούτοις βαθμοὺς ἐγγράψαντες τῷ βιβλίῳ καὶ ἐπὶ τῆς ἐσχάτης αὐτῶν τὰ περὶ τοῦ (7) Tertulliani τε καὶ (8) Orfitianiu συνεθήκαμεν δόγματος ἐξ ὧν μητέρες τε καὶ παῖδες ἀλλήλων διάδοχοι γίνονται πρόεισι δὲ ἐφεξῆς βιβλίον ἄλλο τά τε περὶ τῶν ἐν οἰκοδομήμασιν ἔργων καὶ τὰ περὶ τῆς τῶν ὀλισθαινόντων τε καὶ καταφερομένων οἰκημάτων ἀσφα-

oritur nobis [*a*] Digeſtorum articulus, in quem de teſtamentis & codicillis tam privatorum, quam militum omne quidquid antiquis dictum eſt, (*b*) inveniat quis depoſitum, qui *de Teſtamentis* appellatur. De legatis autem, & fideicommiſſis quinque librorum numerus adgregatus eſt. Cumque nihil tam peculiare fuerat, quam (ut) legatis quidem [*c*] legis Falcidiæ narratio, fideicommiſſis autem Senatuſconſulti Trebelliani: ſingulis libris utrique eorum applicatis tota pars quinta in novem libros coadunata eſt. Solum autem Senatuſconſultum Trebellianum ponendum eſſe exiſtimavimus. Captioſas etenim, & ipſis veteribus odioſas Pegaſiani Senatuſconſulti ambages, & utriuſque Senatuſconſulti ad ſe tam ſupervacuas, (*d*) quam ſcrupuloſas diverſitates (*e*) reſpuentes totum jus ſuper his poſitum Trebelliano Senatuſconſulto adjudicavimus. Sed & in his [*f*] nihil de caducis a nobis memoratum eſt; ne cauſa, quæ in rebus non proſpere geſtis, & triſtibus [*g*] temporibus, Romanis increbuit calamitatibus bello coaleſcens civili, noſtris remaneat (*h*) temporibus, quæ favor cœleſtis, & pacis vigor firmavit, & ſuper omnes gentes in bellicis periculis poſuit, (*i*) ne luctuoſum (*k*) monumentum læta ſæcula inumbrare concedatur. Sexta deinde pars Digeſtorum exoritur, in quibus omnes bonorum poſſeſſiones poſitæ ſunt, quæ ad ingenuos, quæ ad libertinos reſpiciunt: ut & jus omne, quod de gradibus, & adfinitatibus [*l*] deſcendit, legitimæque hereditates, & omnis ab inteſtato ſucceſſio, & Tertullianum, & Orphitianum Senatuſconſultum, ex quibus mater, & filii invicem ſibi heredes exiſtunt, in geminos libros contulimus, bonorum poſſeſſionum multitudinem (*m*) in compendioſum, & manifeſtiſſimum ordinem concludentes. Poſt hæc ea, quæ de operis novi nun-

(a) Vobis, *ex varietate Pand. Flor.*

(b) Dictum *Florent. editum ex varietate ejuſdem libri.*

(c) *Recte notatum eſt in editione Flor. Pand.* ut *ſupervacaneum eſſe. In Græca conſtit. additur his verbis* & fideicommiſſis, *quod vix probo.*

[d] Superfluas, *ex varietate Pand. Flor.*

[e] διαφορὰς τε καὶ κοινωνίας, *quæ diverſa, & communia ſunt in Græca conſt.*

(f) Sed in his *Flor. editum.*

(g) Et triſtis *Pand. Flor.*

(h) Noſtris maneat *Flor. editum eſt.*

(i) *Ex varietate Pand. Flor.* victori periculis ſuperpoſuit, *quod ineptum eſt. Græca conſtitutio habet*: cum his temporibus Deus nobis pacem dederit, ut ageremus, tam intra, quam extra urbem; & cum bellum gerere opus eſt, facile ipſo temporis momento hoſtibus imperamus.

(k) *Hæc deſunt in Græca conſtit.*

(l) *Deeſt etiam hoc in ead. conſtit.*

(m) Confuſionem, & ambiguitatem *Græce.*

(1) φιδεικομμίσσων editum eſt Florentiæ, & poſtea ſæpius; ſed illud a Græcis uſurpatur.

(2) Cum vidiſſem in archetypo inter hæc duo verba locum eſſe aliquot litterarum, adjeci καὶ.

(3) *Trebellianon* Flor. editum, & verſ. 15. Illud video uſurpari a Græcis, & exiſtimo eſſe in Pandectis Florentinis, ut hac ipſa conſtit. paulo poſt. (4) ἀρενείμαμεν Flor. editum non ſine mendo. [5] πηγασιάνου Flor. editum, quod mihi non placet, utpote magno Latinum, quam Græcum, & quod illi ſit ſimile, quod diximus, *Trebellianion*, atque quod utrumque ex archetypo deſcripſerimus. (6) κεκλεισμένη Florent. editum. (7) Sic nos ex archetypo deſcripſimus. Florentini ediderunt περτυλλιανίου. (8) Florentini ediderunt *Orficianiu.*

ἀσφαλείας ϗ τῶν ἐν τούτοις τι κακουργούντων ϗ ἐκ τῆς τῶν ὑδάτων φορᾶς ἀδικούντων τοὺς πέλας ϗ τὰ περὶ τῶν ἀθροιζόντων τὰ δημόσια τέλη ϗ πρός γε δωρεῶν τῶντε ἀπροσδοκήτων τῶντε εἰς ἔννοιαν τελευτῆς ἀναφερομένων (1) νομοθετοῦν ϗ αὖθις ἔπι περὶ τῆς (2) ὅποπας οὖν ἐλευθερίας ἐστὶν ἢ ϗ τῶν ὑπὲρ ταύτης ἀγώνων τοῦτο ἑνὶ παραδέδοται βιβλίῳ ἔπι δὲ ϗ τὰ περὶ νομῆς ϗ τῆς δι' αὐτῆς κτήσεως ϗ τῶν εἰσαγουσῶν αὐτὴν αἰτιῶν εἰς ἓν ἀπεθέμεθα σύγγραμμα ϗ εἴπγε ὅλως περὶ δικαστικῶν ἐστὶν ἀποφάσεώντε ϗ τῶν ἐν τούτοις τινὰ κατὰ σφῶν αὐτῶν ὁμολογούντων ϗ τῆς τῶν ὄντων ἀναχωρήσεως ϗ δανειστικῆστε κατοχῆς ϗ πράσεως ϗ τῆς τῶν πραγμάτων διακρίσεώς τε ϗ κηδεμονίας ϗ τοῦ μήτι παθεῖν τοὺς δανείζοντας βλάβος ϗ τοῦτο ὁμοίως εἰς ἓν ἤθροισται βιβλίον ϗ τὸν τῶν (3) ἰντερδίκτωντε τρόπον οὐ πλείοσιν ἑνὸς παραδεδώκαμεν βιβλίου ἐκεῖθεντε ἐπὶ τὰς παραγραφὰς ϗ τοὺς ἐπ' αὐταῖς τεταγμένους ἐχωρήσαμεν χρόνους ϗ τὸν τῶν ἐνοχῶντε ϗ ἀγωγῶν ἀπεθέμεθα τρόπον ϗ συνηγάγομεν τὸ πᾶν δὴ τοῦτο μέρος ὅυπερ ἡγεῖται τὰ περὶ τῶν διακατόχων ὡς εἴρηται γεγραμμένα εἰς ὀκτὼ βιβλίων ἀριθμὸν ἕκτον δὴ τοῦτο μέρος τῆς ὅλης συντάξεως ἀποθέμενοι τὸ δὲ δὴ τοῦ παντὸς τελευταῖον ὅπερ ἕβδομον ἁπάσης ἐστὶν τῆς πραγματείας ἓξ βιβλίων ἀριθμῷ περιέσταλται. ἀρχόμενον μὲν ἐκ τῶν ἐπερωτήσεων διαβαίνον δὲ διάτε τῶν ὑπὲρ ἐγγύης γεγραμμένων ϗ τῆς τῶν χρεῶν καταβολῆς ϗ διαλύσεώς τε ϗ ἐλευθερίας αὐτῶν ϗ τῶν εἰσηγμένων ἐκ τῆς τῶν πραιτόρων νομοθεσίας ἐπερωτήσεων. ἅπερ ἅπαντα δύο παρ' ἡμῶν συνέσταλται βιβλίοις (4) ϗ τοιγε ἔμπροσθεν οὐ δὲ εἰπεῖν ἐστὶν ὅσα καθεστῶτα προϊὸν δὲ εἰς τὸν ὑπὲρ τῶν ἐγκλημάτων λόγον ϗ ἅπαντα (5) καταλέγων ὁπόσα τῶν τε μετριωτέρων ἐστὶν ἁμαρτημάτων ἅπερ ἰδιωτικὰ καλοῦσιν ὅσατε οὐχὶ τεταγμένα προσονομάζουσιν ἀλλὰ τὴν τῶν (6) ἐξτραορδιναρίων αὐτοῖς ἐπιτιθέασιν ἐπωνυμίαν (7) ἀναβαίνων δὲ ϗ εἰς τὰ δημόσια τῶν ἐγκλημάτων ἅπερ σφοδρότατάτε ἐστὶν ϗ μεγάλην ἐφ' ἑαυτοῖς καλεῖ τὴν ποινὴν δύο δὲ κἂν ταῦθα βίβλοι. ταῦτα δὴ τὰ περὶ τῶν ἁμαρτημάτων τε ϗ ἐγκλημάτων συνέχουσιν προσαναμέμικται γὰρ αὐτοῖς ϗ τὰ περὶ τῶν ἐπ' ἐγκλήμασιμεν ἁλισκομένων ἑαυτοὺς δὲ ἀφανεῖς καθιστάντων ϗ τῆς οὔσης αὐτοῖς περιουσίας ϗ τῆς ἐπαγομένης τοῖς καταδεδικασμένοις ποινῆς ἢ συγχωρήσεως. ἀρχὴ δὲ ἡμῖν ἑτέρου βιβλίου πάλιν ὁ περὶ τῶν ἐφέσεων γίνεται λόγος κοινὸς ὢν εἰκότως κατὰ τῶν ψήφων τῶντε εἰς χρήματα τῶντε εἰς ἐγκλήματα φερομένων ὁπόσα δὲ ὑπέρτε πολιτῶν ὑπέρτε βουλευτῶν ϗ λειτουργημάτων ϗ τῶν δημοσίων ἔργων ϗ πανηγύρεων ϗ πόρων ἐπαγγελίας ϗ ποικίλων ἐρωτήσεων ϗ τῆς δημοσίας ἀπογραφῆς νενομοθέτηται τοῖς πάλαι ὅσατε... ὡς ὑπὲρ τῆς τῶν ῥημάτων ἐστὶν ὀνομασίας ϗ τῶν ἐν κανόσιν εἰρημένων τοῖς πάλαι ταῦτα ἅπαντα τὸ τελευταῖον περιέχει βιβλίον. τούτου δὴ τοῦ συστήματος ὥπερ ἀρχὴ τὰ περὶ τῶν ἐπερωτήσεων ἐστὶν ἕκτον μὲν ὅσον πρὸς τὴν οἰκείαν ἀρχὴν καθεστὸς πεντηκοστὸν δὲ πρὸς τὴν ὅλην τῆς συντάξεως ἁρμονίαν.

ἅπερ

(1) νομοπεθοῦν. Flor. editum. (2) Sic ex Flor. Pand. deſcripſimus, ſed magis placet, quod Flor. ediderunt ὁποίας. (3) Flor. interdicton. (4) Fl. editum eſt ϗ τοῖς πε. nos deſcripſimus ϗ τοῖς γε. olim fuit ϗ τοι γε. (5) καταλέγον. Fl. editum. (6) *extraordinariwn* Fl. Pand. (7) ἀναβαῖνον. Fl.

nuntiationibus, damnique infecti, & pro ædificiis dirutis, & eorum inſidiis, (*a*) & quæ de aqua pluvia arcenda veteribus auctoribus placita ſunt, nec non de publicanis, & donationibus tam inter vivos, quam mortis cauſa conficiendis cauta legibus invenimus, in librum ſingularem deduximus. De manumiſſionibus autem, & de liberali cauſa alius liber reſpondit; quemadmodum & de adquiſitione tam dominii, quam poſſeſſionis, & titulis, qui eam inducunt, multæ & variæ lectiones uni ſunt inſertæ volumini, alio libro deputato his, qui judicati, vel in jure confeſſi ſunt, & de bonorum detentionibus, & venditionibus, [*b*] & ut ne quid in fraudem creditorum fiat. Poſtque hæc, omnia interdicta glomerata ſunt; & deinceps exceptiones, & de temporum prolixitatibus; & de obligationibus, & actionibus liber item [*c*] ſingularis extenditur: ut præfata ſexta pars (*d*) totius Digeſtorum voluminis octo libris definiatur. Septimus autem, & noviſſimus articulus Digeſtorum ſex libris formatus eſt, quos de ſtipulationibus, ſeu verborum obligationibus & fidejuſſoribus, & mandatoribus, nec non novationibus, & ſolutionibus, & acceptilationibus, & de Prætoriis ſtipulationibus omne, quod jus invenitur, gemino volumine inſcriptum eſt, quod in libris antiquis nec numerari poſſibile fuit. Et poſt hoc duo terribiles libri poſiti ſunt pro delictis privatis, & extraordinariis, nec non publicis criminibus, qui omnem continent ſeveritatem, pœnarumque atrocitatem, quibus permixta ſunt & ea, quæ de audacibus hominibus cauta ſunt, qui ſe cælare conantur, & contumaces exiſtunt; & de pœnis, quæ condemnatis infliguntur, vel conceduntur, [*e*] nec non de eorum ſubſtantiis. Liber autem ſingularis pro appellationibus nobis excogitatus eſt contra ſententias, tam civiles, quam criminales cauſas finientes. Cætera autem omnia, quæ de municipalibus, [*f*] vel de decurionibus, & muneribus, vel publicis operibus, vel nundinis, & pollicitationibus, & diverſis cognitionibus, & cenſibus, vel ſignificatione verborum veteribus inventa ſunt, quæque regulariter definita, in ſeſe recepit quinquagenſimus [*g*] totius conſummationis perfectus. Quæ omnia

con-

(a) Hominum imbrobitate, *Græce.*

(b) De bonorum ſeparatione, & creditorum poſſeſſione, & venditione, & de rerum addictione, atque curatione, *Græce. Hæc magis conſentanea ſunt titulis libri XIII. Digeſtorum, modo pro verbo* ſeparatione *ſcribatur* ceſſione.

(c) Iterum *Pand. Flor.*

(d) Cui præeſt titulus de bonorum poſſeſſionibus. *Græce additur.*

(e) *Hoc eſt* remittuntur. *nam Græce eſt* ἢ συγχωρησεως.

(f) Ad municipales *Flor. editum.*

[g] *In Græca conſt. eſt.* Hæc omnia extremus liber continet, qui hujus quidem partis, cujus initium eſt de ſtipulationibus, ſextus eſt, ſi ejus tantum initii, & partis ratio habeatur: ſed quinquagenſimus *&c.*

ἅπερ ἅπαντα συντέθειταί τε καὶ ἐκπεπόνηται καλῶς τε καὶ τῆς παρ' ἡμῶν κελεύσεως ἀξίως παρά τε τριβωνιανοῦ τοῦ ἐνδοξοτάτου καὶ σοφωτάτου μαγίστρου καὶ ἀποκυαιστόρων τῶν ἡμετέρων βασιλείων καὶ ὑπάτων ἀνδρὸς εὖτε τῷ πράττειν εὖ τε τῷ ῥητορεύειν εὖτε τῷ τοὺς νόμους γράφειν εὐδοκιμοῦντος (1) τῶντε ἡμετέρων ἔμπροσθεν οὐδὲν τιθεμένου προσάξεων καὶ τῶν (2) κατ' αὐτῷ τὸ πρᾶγμα ἡμῖν ἐκπονησαμένων τουτέστιν κωνσταντίνουτε τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου κόμητος τῶν θείων λαργιτιόνων καὶ ἀντιγραφέως τοῦ θείου σκρινίου τῶντε θείων λιβέλλων καὶ τῶν βασιλικῶν διαγνώσεων χρηστὴν ἑαυτοῦ δόξαν ἡμῖν ἐν ἅπασιν παρασχομένου καὶ πρός γε θεοφίλου τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου μαγίστρου καὶ νόμους ἐπὶ τῆς βασιλίδος ταύτης πόλεως σεμνῶς τε καὶ ἀγρύπνως καὶ τῆς διδασκαλικῆς ἐπιτηδεύσεως ἀξίως διδάσκοντος καὶ δωροθέου τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου κυαιστωρίου καὶ διδασκάλου ἐν τῇ τῶν νόμων ἀναδεδειγμένῳ πόλει φαμὲν δὲ τὴν (3) ἀοίδιμον τε καὶ περιφανῆ τῶν βηρυτίων μητρόπολιν ὃν ἡ περὶ αὐτοῦ χρηστὴ δόξα καὶ εἰς ἡμᾶς ἤγαγεν καὶ τῶν παρόντων μετασχεῖν προὐτρέψατο πόνων καὶ ἀνατολίουτε τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου μαγίστρου ὃς δὴ καὶ αὐτὸς παρὰ βηρυτίοις τὰ ἐκ νόμων παιδεύει (4) ὅλως ἀνὴρ ἐκ τριγονίας σεμνῆς τοῦ παρὰ φοίνιξιν τῶν νόμων (5) διδασκαλίας καταβαίνων. ἀναφέρει γοῦν εἰς λεοντιόντε καὶ εὐδόξιον ἄνδρας ἐπὶ νόμοις μετὰ πατρίκιον τὸν τῆς εὐκλεοῦς μνήμης κυαιστόριον καὶ ἀντικήνσορα καὶ λεόντιον τὸν πανεύφημον ἀπὸ ὑπάρχων ὑπάτων καὶ πατρίκιον τὸν αὐτοῦ (6) παῖδα. ὥστε τεθαυμασμένους καὶ * τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου καὶ σοφωτάτου κόμητος τῶν θείων λαργιτιόνων νόμων δὲ καὶ αὐτὸς ἀγαθὸς ἐξηγητὴς ἐπὶ τῆς βασιλίδος ταύτης (7) ἐστὶ πόλεως καὶ πρὸς τούτοις στεφάνου μηνᾶ προσδοκίου εὐτολμίου τιμοθέου λεωνίδου λεοντίου πλάτωνος ἰακώβου κωνσταντίνου ἰωάννου τῶν σοφωτάτων οἵπερ πάντες ῥήτορες μὲν (8) εἰσὶ τῶν ἐνδοξοτάτων ὑπάρχων τῶν ἱερῶν ἡμῶν πραιτωρίων δόξαν δὲ παρὰ πᾶσιν τὴν ἐπὶ σοφίᾳ δικαίως ἔχοντες εἰκότως παρ' ἡμῶν ἐκρίθησαν ἄξιοι καθεστάναι τοῦ τοσούτου μετασχεῖν ἀγῶνος. ταῦτα μὲν οὖν ἡμῖν περὶ τὴν τῶν (9) διγέστων ἐκπεπόνηται συγγραφὴν διὰ τῶν ἀρτίως ἡμῖν εἰρημένων ἐνδόξων τε καὶ σοφῶν ἀνδρῶν τοσαύτη δὲ ἡμῖν αἰδὼς τῆς ἀρχαιότητος γέγονεν ὥστε οὐ δὲ ἀμεῖψαι τὰς προσηγορίας τῶν ἔμπροσθεν νομοθετῶν ὑπεμείναμεν ἀλλὰ τὴν ἑκάστου τούτων τοῖς νόμοις ἐπεγράψαμεν προσηγορίαν ἀμεί-

(1) τῶν δὲ Flor. editum. (2) καὶ ὑπ' αὐτὸ Fl. editum. Ex archetypo deſcripſi olim fuiſſe ὑπ' αὐτῷ: poſtea καὶ ὑπ' αὐτῷ. (3) ἀιδιμόντε Flor. editum. (4) καλῶς Flor. editum eſt.
(5) διδασκάλους Florentini ediderunt.
(6) Florentini ediderunt παῖδας * ὥστε θαύμασμεν ) τὴν. nos deſcripſimus παῖδας . . . ὡς τεθαυμασμένους καὶ κιντειοσιτεύτην. Ex Latina conſtitutione videtur hic Cratini nomen addendum.
(7) Florent. ἐστὶν. (8) εἰσὶν Florent.
(9) *Digeſton* Flor.

confecta ſunt (*a*) per virum excelſum (*b*), nec non prudentiſſimum Magiſtrum, ex quæſtore, & ex conſule Tribonianum, qui ſimiliter eloquentiæ, & legitimæ ſcientiæ artibus decoratus, & in ipſis rerum experimentis emicuit, nihilque majus, nec carius noſtris umquam juſſionibus duxit: nec non per alios viros magnificos, & ſtudioſiſſimos perfecta ſunt; id eſt Conſtantinum virum Illuſtrem [*c*] Comitem ſacrarum largitionum, & Magiſtrum ſcrinii libellorum, ſacrarumque cognitionum, qui ſemper nobis ex bona opinione, & gloria ſeſe commendavit: nec non Theophilum virum Illuſtrem Magiſtrum, juriſque peritum in hac ſplendidiſſima civitate laudabiliter optimam legum gubernationem extendentem: & Dorotheum virum Illuſtrem & facundiſſimum Quæſtorium, quem in Berutenſium (*d*) ſplendidiſſima civitate leges diſcipulis tradentem propter ejus optimam opinionem, & gloriam ad nos deduximus, participemque hujus operis fecimus. Sed & Anatolium virum Illuſtrem Magiſtrum, qui & ipſe apud Berutenſes juris interpres conſtitutus ad hoc opus allectus eſt, vir ab antiqua ſtirpe legitima procedens, cum & pater ejus Leontius, & avus Eudoxius, qui poſt Patricium inclytæ recordationis Quæſtorium, & Anteceſſorem; & Leontium virum glorioſiſſimum Præfectorium, (*e*) Conſularem, atque Patricium filium ejus, optimam ſui memoriam in legibus reliquerunt, nec non Cratinum virum Illuſtrem, & Comitem ſacrarum largitionum, & optimum Anteceſſorem (*f*) hujus almæ urbis conſtitutum. Qui omnes ad prædictum opus electi ſunt, una cum Stephano, Mena, Proſdocio, Eutolmio, Timotheo, Leonide, Leontio, Platone, Jacobo, Conſtantino, Johanne juris prudentiſſimis; qui patroni quidem ſunt cauſarum apud maximam ſedem Præfecturæ, quæ Orientalibus Prætoriis præſidet. Omne autem ſuæ virtutis teſtimonium undique accipientes, & a nobis ad tanti operis conſumationem electi ſunt: & cum omnes (*g*) in unum convenerunt, gubernatione Triboniani viri excelſi, ut tantum opus, nobis auctoribus, poſſint conficere, Deo propitio in prædictos quinquaginta libros opus conſumatum eſt. Tanta autem a nobis antiquitati habita eſt reverentia; ut nomina prudentium taciturnitati tradere nullo patiamur modo. Sed unus quiſque eorum, qui auctor legis fuit, noſtris Digeſtis inſcriptus eſt: hoc tantummodo a nobis effecto, ut ſi quid in legibus eo-

[a] Recte, & ad noſtram juſſionem *apte additur in ead. conſt. Græca.*
[b] *Glorioſiſſimum Græce.*
[c] Magnificentiſſ. *Græce. & v.* 12. *& v.* 15. *& v.* 20. *& v.* 29.
[d] *Pand. Flor.* Verutienſium. *Græce* βηρυτίων *ſic v.* 21. (Berutenſes) *Pand. Flor.* Verutienſes. *Græce.* παρὰ βηρυτίοις. *Hujus Berytenſis coloniæ mentio fit cap.* 1. 7. *&* 8. *de cenſibus.*
[e] Præfectorem *Pand. Flor. Græce tamen* ἀπό ὑπάρχων.
[f] *In Græca conſt.* legum interpretem, *licet paulo ante ipſo Anteceſſoris nomine uſa fuiſſet. Sic Julianus Novellarum interpres Julianus* Anteceſſor Conſtantinopolitanus *in veteribus libris nuncupatur, quem non nemo Patricium vocat.*
[g] *Hæc periodus deeſt in Græca conſtit.*

ἀμείψαντες μὲν εἴπερ ἔχειν ἡμῖν οὐκ ὀρθῶς ἐδόκει μέρη δὲ τὰ μὲν ἀφελόντες τὰ δὲ προσθέντες ἐκ πολλῶν τε τὸ κάλλιον ἑλόμενοι καὶ τὴν ἴσην ἅπασιν παραχόντες τῆς ἐξουσίας ἰσχὺν ὥστε πᾶν ὅπερ (1) ἐγγέγραπται τῷ βιβλίῳ τοῦτο ἡμετέρᾳ γενέσθαι γνώμῃ μηδένα τε θαῤῥεῖν παρατιθέναι τὰ γενόμενα νῦν τοῖς ἔμπροσθεν. ἐπειδὴ πολλὰ καὶ οὐδὲ ἀριθμηθῆναι ῥάδια μετατεθείκαμεν εἰς τὸ κρεῖττον κᾂν εἴ τι βασιλικῇ τινὶ τῶν παλαιοτέρων αὐτοκρατόρων διατάξει πρὸς (2) κάλλοιον εἴρητο σχῆμα. τὰ μὲν γὰρ ὀνόματα τοῖς ἔμπροσθεν ἐφυλάξαμεν τὴν δὲ τῶν νόμων ἀλήθειαν ἡμετέραν ἐποιησάμεθα ὥσπερ καὶ εἴ τι στασιαζόμενον ἐκείνοις ἦν. πολλὰ δὲ τὰ τοιαῦτα ἀπέκειτο τοῦτο διήρηται τὲ καὶ πεπέρασται καὶ εἰς σαφῆ περιέστηκε τέλος ἔχοντα νόμον. ἐπειδὴ δὲ ἐχρῆν καὶ τινα μετρίαν εἰσαγωγὴν ποιήσασθαι πρὸς τοὺς ἄρτι νόμων (3) ἐπαγομένους καὶ τὴν μείζω διδασκαλίαν οὐχ ὁρμῶντας οὐδὲ τοῦτο τῆς ἡμετέρας ἔξω κατελίπομεν προνοίας ἀλλὰ τριβωνιανῷ τῷ ἐνδοξωτάτῳ τῷ καὶ τὴν τῆς ὅλης νομοθεσίας ὑπουργίαν ἐπιτετραμμένῳ καὶ θεοφίλῳ γέμην καὶ δωροθέῳ τοῖς μεγαλοπρεπεστάτοις καὶ σοφωτάτοις ἀντικήνσορσιν ἐγκελευσάμενοι διεταξάμεθα προσήκειν ἐκ τῶν τοῖς ἀρχαίοις ἐν εἰσαγωγαῖς συγκειμένων τὰ (4) κυριώτατα τὲ καὶ κρατοῦντα καὶ ὁπόσα (5) τοῖς νῦν πολιτευομένοις συμφέρεται πράγμασιν ταῦτα ἐξελεῖν καὶ ἀθροῖσαι καὶ εἰς ἡμᾶς ἀγαγεῖν μεμνῆσθαι δὲ καὶ τῶν ἡμετέρων διατάξεων ἃς εἰς ἐπανόρθωσιν τῶν ἔμπροσθεν πεποιήμεθα καὶ οὕτω συνθεῖναι βίβλους τέσσαρας πρῶτα στοιχεῖα τῆς εἰσαγωγῆς ἐσομένας ἃς δὴ καλεῖν Inſtituta νενόμισται. καὶ δὴ καὶ ταύτην τὴν νομοθεσίαν συνθέντες προσήγαγον ἡμῖν καὶ ἡμεῖς ἅπασαν κατασκεψάμενοι καὶ διακρίναντες καλῶς τε ἔχειν καὶ κατὰ τὸν ἡμέτερον ἐκρίναμεν νοῦν καὶ ἡμέτερον εἶναι καὶ τοῦτο τὸ βιβλίον ἀπεφηνάμεθα καὶ τήνγε τὴν τῶν ἡμετέρων διατάξεων ἰσχὺν ἔχειν αὐτὸ παρ᾽ αὐτῶν ὧν ἐν προοιμίοις τοῦ βιβλίου διελέχθημεν ἅπασιν ἐδηλώσαμεν. οὕτω τοίνυν τὴν ῥωμαίων νομοθεσίαν τάξαντες καὶ ἐν τρισὶν τοῖς ὅλοις βιβλίοις τε καὶ ἐνιαυτοῖς πρα-

γμα

(1) Ex Pand. Flor. deſcripſi ἐνγέγραπται.
(2) Flor. eſt ἄλλοιον in Latina conſtit. melius. Ideo litteram κ addidimus. (3) Flor. ediderunt ἁπτομένους non male. Nos deſcripſimus ἀπεγομένους. Quibuſdam placet ἐπιγευομένους.
(4) χαμερώτατα Florent. (5) Sic olim fuit in Pand. Flor. poſtea deletum eſt νῦν.

eorum vel ſupervacuum, vel imperfectum, vel minus idoneum viſum eſt, vel adjectionem, vel deminutionem neceſſariam accipiat, & rectiſſimis tradatur regulis, & in multis ſimilibus, vel contrariis, quod rectius habere apparebat, hoc pro aliis omnibus poſitum eſt: unaque omnibus auctoritate indulta, ut quidquid ibi ſcriptum eſt, hoc noſtrum appareat, & ex noſtra voluntate compoſitum: nemine audente comparare ea, quæ antiquitas habebat, & quæ noſtra auctoritas introduxit; quia multa & maxima ſunt, quæ propter utilitatem rerum transformata ſunt: adeo ut, & ſi principalis conſtitutio fuerat in veteribus libris relata, neque ei pepercimus; ſed & hoc corrigendum eſſe putavimus, & in melius reſtaurandum: nominibus etenim veteribus, relictis quidquid legum veritati decorum, & neceſſarium fuerat, hoc noſtris emendationibus ſervavimus, & propter hanc cauſam, & ſi quid inter eos dubitabatur, hoc jam in tutiſſimam pervenit quietem, nullo titubante relicto. Sed cum proſpeximus, quod ad portandam tantæ ſapientiæ molem non ſunt idonei homines rudes, & qui in primis legum veſtibulis ſtantes intrare ad arcana eorum properant: & aliam mediocrem emendationem præparandam eſſe cenſuimus: ut ſub ea colorati, & quaſi primitiis omnium imbuti poſſint ad penetralia eorum intrare, & formam legum pulcherrimam non conniventibus oculis accipere. Et ideo Triboniano viro excelſo, [a] qui ad totius operis gubernationem electus eſt, nec non Theophilo, & Dorotheo viris Illuſtribus, [b] & facundiſſimis Anteceſſoribus accerſitis, mandavimus; quatenus libris, quos veteres compoſuerunt, qui prima legum argumenta continebant, & Inſtitutiones vocabantur, ſeparatim collectis, quidquid ex his utile, & aptiſſimum, & undique ſit eliminatum, & rebus, quæ in præſenti ævo in uſu vertuntur, conſentaneum invenitur; hoc & capere ſtudeant, & quattuor libris reponere, & totius eruditionis prima fundamenta, atque elementa ponere; quibus juvenes ſuffulti poſſint graviora, & perfectiora legum ſcita ſuſtentare. Admonuimus autem eos, ut memores etiam noſtrarum fiant conſtitutionum, quas pro emendatione juris promulgavimus; & in confectione Inſtitutionum (c) etiam eandem emendationem (d) ponere non morentur: ut ſit manifeſtum, & quid antea vacillabat, & quid poſtea in ſtabilitatem redactum eſt. Quod opus ab his perfectum, ut nobis oblatum, & relectum eſt; & prono ſuſcepimus animo, & noſtris ſenſibus non indignum eſſe judicavimus; & prædictos libros conſtitutionum vicem habere juſſimus, quod & in oratione noſtra, quam eiſdem libris præpoſuimus, apertius declaratur. Omni igitur Romani juris diſpoſitione compoſita, & in tribus voluminibus, id eſt Inſtitutionum, [e] & Digeſtorum, ſeu Pandectarum, nec non Conſtitutionum, per-

[a] Glorioſiſſimo, *Græce*.
[b] Magnificentiſſ. *Græce*.

[c] Quæ Inſtituta appellari decrevimus, *Græce*. (d) Eadem emendatione, *Florent. editum eſt*.
(e) *Hæc nomina librorum non ſunt in Græca conſtitutione.*

γμα τοσοῦτον ἐκπεπονηκότες ὅπερ ἦν μὲν τὴν ἀρχὴν ὑπὲρ ἅπασαν ἐλπίδα. τὰ δὲ δὴ τελευταῖα μεθ᾽ ὅπερ ἡμεῖς βατὸν εἶναι τὸ πρᾶγμα ἐδείξαμεν οὐ δὲ εἰς δέκατον ἔτος ὅλον συντεθῆναι προσδοκηθὲν εἰς μόνων τριῶν ἐνιαυτῶν ἀποτελέσαντες τάχος καὶ τῷ δεσπότῃ θεῷ καὶ τοῦτον ἀναθέντες τὸν ἄθλον τῷ καὶ εἰρήνην ἄγειν καὶ πολέμους κατορθοῦν καὶ νομοθετῆσαι παντὶ τῷ τε πρὸ ἡμῶν τῷ τε ἐφ᾽ ἡμῶν τῷ τε μεθ᾽ ἡμᾶς χρόνῳ δωρησαμένῳ δίκαιον ᾠήθημεν ἅπασιν ἀνθρώποις ποιῆσαι φανερὰν τὴν ἡμετέραν ὑπὲρ αὐτῶν σπουδήν τε καὶ πρόνοιαν ὅπως ἂν τῆς ἔμπροσθεν ἀπαλλαγέντες ταραχῆς τε καὶ συγχύσεως καὶ πέρας ἐχούσης οὐδὲν νομοθεσίας χρήσονται νόμοις ὀρθοῖς τε καὶ συντόμοις καὶ πᾶσι προχείροις καὶ τὴν τῶν δικῶν συντομίαν ἀσπαζομένοις καὶ προκειμένοις γε ἅπασι τοῖς βουλομένοις ῥᾳδίως εἰς κτῆσιν οὐκέτι πολλῶν δεομένοις χρημάτων ἵνα τὸ τῶν ἀχρήστων ἐκείνων βιβλίων ἀθροίσαιεν πλῆθος ἀλλ᾽ ἐπ᾽ ὀλίγῳ τιμήματι τοῖς τε πλουτοῦσιν ὁμοίως τοῖς τε ἐξ ἐλάττονος ὁρμωμένοις οὐσίας ἄδειαν τοῖς ἑαυτῶν παρεχομένοις κτήσεως. εἰ δέ τι πλήθους ὄντος τοῦ καὶ νῦν ἠθροισμένου καὶ ἐκ τοσούτων μυριάδων συλλεγέντος δόξειεν ἔχειν ὁμοίως. τοῦτο δὲ οἰόμεθα σπάνιον ἔσεσθαι πλὴν ἀλλὰ τοῖς τῆς ἀνθρωπίνης ἐσχασμένοις φύσεως οὐκ ἔξω δικαίας ἀπολογίας οὐδὲ τοῦτο δόξειεν εἶναι. τὸ γὰρ διὰ πάντων ἀνάθλων θείας ἂν εἴη μόνης ἀλλ᾽ οὐκ ἀνθρωπίνης ἰσχύος καθὰ καὶ τοῖς πρὸ ἡμῶν εἴρηται πλὴν ἐστὶν ὅπη καὶ τὴν τῶν ὁμοίων παρεδεξάμεθα θέσιν ἢ τῶν ὑποκειμένων πραγμάτων τοῦτο ἀπαιτούντων τὸ δεῖν ταυτὸ πλείοσιν ἐφαρμοσθῆναι τόποις ἢ τοῦ συναναμεμίχθαι τινὶ ξένῳ τὸ δοκοῦν ὅμοιον τῷ πρόσθεν καὶ δύσκολον αὐτῶν τὴν διαίρεσιν εἶναι ἢ καὶ τῷ πολλάκις φυλαχθῆναι τὸ τῆς ὅλης θεωρίας συνεχὲς καὶ μὴ διασπασθῆναι τὸν νοῦν τῇ τῶν ἤδη γεγραμμένων ἀφαιρέσει ῥημάτων πλὴν καὶ τοῦτο εἴπου καὶ παρείληπται διὰ τὴν τοῦ πράγματος ἀνάγκην ἀλλ᾽ ἐστὶ βραχὺ καὶ οὐδεμίαν ἑαυτοῦ σχεδὸν παρεχόμενον αἴσθησιν (1) αὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἤδη νενομοθετημένων ἐν ταῖς βασιλικαῖς διατάξεσιν ἐφυλάξαμεν. τὰ γὰρ ἐκείναις εἰρημένα κατὰ τοῦτο τεθῆναι τὸ βιβλίον οὐ συνεχωρήσαμεν πλὴν (2) ὅσα ἐκ τοῦ........*..........(3) τῆς ὁμοιότητος αἰτιῶν. ἐναντίως δὲ τοῖς ἄλλοις ἔχοντα τινὰ νόμον τῶν ἐπὶ τοῦ βιβλίου τούτου κειμένων οὐκ ἄν τις εὕροι ῥᾳδίως εἴγε διὰ πάντων τῶν τῆς ἐναντιότητος ὅρων διεξελθεῖν σπεύσειεν ἀλλ᾽ (4) ἐστί τι τὸ διάφορον ὃ προσληφθὲν ἀλλοιοτέραν ἴσως παρὰ θάτερον ποιεῖ τὴν τοῦ νόμου θέσιν. εἰ δὲ καὶ τι τυχὸν παρεῖται τῶν τεθῆναι δεόντων

*Tom. II.* εἰκὸς

(1) ταυτὸ Flor. editum. (2) ὅσον ἐκ τοῦ . . . Flor. editum. Nos deſcripſimus ὅσα ἐκ τοῦ ἐὰν...
(3) In Florent. Pand. eſt . . . σει τῆς.
(4) ἐστιν Flor.

perfecta, & in tribus annis conſummata, quæ ut primum ſperari [a] cœpit, neque in totum decennium compleri ſperabatur: omnipotenti Deo, & hanc operam ad hominum ſuſtentationem piis optulimus animis, uberesque gratias maximæ pietati [b] reddidimus, quæ nobis præſtitit & bella feliciter agere, & honeſta pace perpotiri, & non tantum noſtro, ſed etiam omni ævo tam inſtanti, quam poſteriori [c] leges optimas ponere. Omnibus itaque hominibus eandem ſanctionem manifeſtam facere, neceſſarium eſſe perſpeximus: ut ſit eis cognitum, quanta confuſione, & infinitate abſoluti, in quam moderationem, & legitimam veritatem pervenerunt, legesque in poſterum habeant tam directas, quam compendioſas, omnibusque in promptu poſitas, & ad poſſidendi libros earum facilitatem idoneas: ut non mole divitiarum expenſa, poſſint homines ſupervacuæ legum multitudinis adipiſci volumina; ſed viliſſima pecunia facilis eorum comparatio pateat tam ditioribus, quam tenuioribus minimo pretio magna prudentia reparanda. Si quid autem in tanta legum compoſitione, quæ ab immenſo librorum numero collecta eſt, ſimile forſitan raro inveniatur, nemo hoc vituperandum exiſtimet: ſed primum quidem imbecillitati humanæ, quæ naturaliter ineſt, hoc inſcribat: quia omnium habere memoriam, & penitus in nullo peccare divinitatis magis, quam mortalitatis eſt, quod & a majoribus dictum eſt: deinde ſciat, quod ſimilitudo in quibusdam, & his breviſſimis adſumpta non inutilis eſt; & nec citra noſtrum propoſitum hoc ſubſecutum. Aut enim ita lex neceſſaria erat, ut diverſis titulis propter rerum cognationem applicari eam oportuerat: [d] aut cum fuerat aliis diverſis permixta, impoſſibile erat eam per partes detrahi, ne totum confundatur, & in his partibus, in quibus perfectiſſime viſiones [e] veterum expoſitæ fuerant, quod particulatim in eas fuerat ſparſum, hoc dividere, ac ſeparare penitus erat incivile: ne tam ſenſus, quam aures legentium ex hoc perturbentur. Similique modo, ſi quid principalibus conſtitutionibus cautum eſt, hoc in Digeſtorum volumine poni nullo conceſſimus modo; quaſi conſtitutionum recitatione ſufficiente: niſi & hoc raro ex iiſdem cauſis, quibus ſimilitudo adſumpta eſt. Contrarium autem aliquid in hoc codice poſitum, nullum ſibi locum vindicabit, nec invenitur, ſi quis ſuptili animo diverſitatis rationes excutiet: ſed eſt aliquid novum inventum, vel occulte poſitum, quod diſſonantiæ querellam diſſolvit, & aliam naturam inducit diſcordiæ fines effugientem. Sed & ſi quid forſitan prætermiſſum eſt, quod in tantis milibus, quaſi in profundo poſitum latitabat; & cum idoneum fuerat poni, obſcuritate involutum neceſſario de-

D d re-

(a) Separari, *Florent. editum ex varietate archetypi.*
(b) Deitati *Florentini ediderunt propter eandem varietatem.*
(c) Tam anteriori, quam noſtro, & futuro tempori, *Græce.*
(d) Oporteat, *Flor. editum.*
(e) Perfectiſſimæ viſiones, *Flor. editum. Diximus alio loco viſiones ſignificare* θεωρίας.

εἰκὸς γὰρ καὶ τι τοιοῦτο συμβῆναι διὰ τὴν τῆς ἀνθρωπίνης ἀσθένειαν φύσεως, ἀλλὰ τῷ παντὶ κάλλιον ἂν εἴη τοῖς ἡμῶν ὑπηκόοις πολλῶν ἀπηλλάχθαι κακῶν τοῦ καταλιπεῖν ἴσως ὀλίγα τινὰ τῶν δοκούντων ἐπιτηδείων μὲν εἶναι, σχεδὸν ἀναριθμήτοις ἐν (1) κατορορυγμένα τε καὶ ἀποκείμενα καὶ οὐδενὶ σχεδὸν τῶν πάντων γνώριμα τούτου γε ἕνεκεν διαλαγόντα ῥᾳδίως. τοσούτων (2) δέ ὄντων τῶν (3) ἔμπροσθε γεγραμμένων βιβλίων ἐξ ἐλαχίστων νομοθετοῦντε καὶ βιβλίων ἐκείνατο τὰ τῶν ἐν δικαστηρίοις ἀγώνων τοῦ μὲν ἐπειδὴ βιβλίων ἠπόρουν τῶν δὲ ἐπείπερ οὐκ ἤρκουν πόνοις πλείοσιν εὑρεῖν τὰ πολλὰ τῶν χρησίμων οὐκ ἰσχυόντων (4) νυνὶ δὲ κατὰ τὴν σύνταξιν ἤθροισται ταύτην πολὺς νόμων κρατούντων ἀριθμὸς ἐκ βιβλίων σπανίων καὶ μόλις ἐξευρημένων καὶ ὧν οὐδὲ τὰς προσηγορίας οἱ πολλοὶ καὶ τῶν σφόδρα εὐδοκιμούντων ἐπὶ νόμοις ἐγίνωσκον ὧν δὴ τὴν ὕλην ἡμῖν ἀφθονωτάτην ὀρηθεὶς ἐνδοξότατος τριβωνιανὸς παρέχετο πολλῶν τε βιβλίων καὶ οὐδὲ (5) ἀριθμηθῆναι ῥᾳδίων παρασχόμενος πλῆθος, ὧν ἁπάντων διαρκῶς ἀναγνωσθέντων ἠθροίσθη τὰ παρόντα βιβλία. (6) καὶ τοιγε οἱ παρ' ἡμῶν πρὸς τοῦτο συναθροισθέντες πολλοῖς δὴ καὶ ἑτέροις ἐνέτυχον βιβλίοις ἐν οἷς οὐδὲν εὑρόντες σπουδαῖον οὐδὲ καινὸν παρὰ τὰ πρόσθεν ἠθροισμένα τὴν ἐξ αὐτῶν εἰκότως ἀπεδοκίμασαν ἐν τῷ δὲ τῷ συγγράμματι τῶν νόμων εἰς φοράν. εἰ δὲ καὶ τι τὸ λοιπὸν ἀμφισβητηθείη καὶ μὴ τοῖς νόμοις τούτοις ἐγγεγραμμένον φανείη. πολλὰ γὰρ δὴ πέφυκεν καινουργεῖν ἡ φύσις ἀλλὰ βασιλείαν ὁ θεὸς διὰ τοῦτο καθῆκεν εἰς ἀνθρώπους ὅπως αὐτοῖς δεομένοις ἀεὶ τι διατάττουσα τὴν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἀοριστίαν ἀναπληροῖτε καὶ ῥητοῖς περικλείοι νόμοις τε καὶ ὅροις καὶ οὐχ' ἡμέτερόν γε τοῦτο λέγομεν μόνον ἀλλ' ἤδη καὶ ὁ πάντων τῶν εὐνομοθέταις (7) ηὐδοκιμηκότων σοφώτατος ἰουλιανὸς αὐτὸ τοῦτο φαίνεται λέγων καὶ τὴν ἐκ τῆς βασιλείας ἐπὶ ταῖς ἀναφυομέναις ζητήσεσιν ἐπικαλούμενος ἀναπλήρωσιν καὶ πρόσγε ἀδριανὸς

ὁ τῆς

(1) κατορωρυγμένα τῷ Flor. editum.
(2) δεόντων Flor. editum eſt. (3) ἔμπροσθεν Flor. (4) νυῶ Flor. editum. Nos iota additum fuiſſe notavimus in archetypo. (5) ἀριθμηθεῖναι Flor. editum. (6) καὶ τοῖσγε Florentini ediderunt. (7) εὐδοκιμηκότων Florent.

relictum eſt: quis hoc adprehendere [a] recto animo poſſit? Primo quidem propter ingenii mortalis exiguitatem, deinde [b] propter ipſius rei vitium, quod multis inutilibus permixtum nullam ſui ad eruendum præbuit copiam; deinde quod multo utilius eſt pauca idonea effugere, quam multis inutilibus homines prægavari. (c) Mirabile autem aliquid ex his libris emerſit, quod multitudo antiqua præſente brevitate paucior invenitur. Homines etenim, qui antea lites agebant, licet multæ leges fuerant poſitæ, tamen ex paucis lites perferebant, [d] vel propter inopiam librorum, quos comparare eis impoſſibile erat, vel propter ipſam inſcientiam [e] & voluntate [f] judicum magis, quam legitima auctoritate lites dirimebantur. In præſenti autem conſummatione, noſtrorum Digeſtorum e tantis leges collectæ ſunt voluminibus, quorum & nomina antiquiores homines non dicimus neſciebant, ſed nec umquam audiebant. Quæ omnia collecta ſunt ſubſtantia ampliſſima congregata: ut egena quidem antiqua multitudo inveniatur, opulentiſſima autem brevitas noſtra efficiatur. Antiquæ autem ſapientiæ librorum copiam maxime Tribonianus vir excellentiſſimus (g) præbuit; in quibus multi fuerant & ipſis eruditiſſimis hominibus incogniti; quibus omnibus perlectis, quidquid ex his pulcherrimum erat, hoc ſemotum in optimam compoſitionem noſtram pervenit. Sed hujus operis conditores non ſolum ea volumina perlegerunt, ex quibus leges poſitæ ſunt; ſed etiam alia multa, quæ nihil vel utile, vel novum eis invenientes, quod exceptum noſtris Digeſtis applicarent, optimo animo reſpuerunt. Sed quia divinæ quidem res perfectiſſimæ ſunt; humani vero juris condicio ſemper in infinitum decurrit, & nihil eſt in ea, quod ſtare perpetuo poſſit; multas etenim formas edere natura novas deproperat; non deſperamus quædam poſtea emergi negotia, quæ adhuc legum laqueis non ſunt innodata. (h) Si quid igitur tale contigerit; Auguſtum imploretur remedium; quia ideo imperialem fortunam rebus humanis Deus præpoſuit, ut poſſit omnia, quæ noviter contingunt, & emendare, & componere, & modis, & regulis competentibus tradere, & hoc non primum a nobis dictum eſt, ſed ab antiqua deſcendit proſapia: cum & ipſe Julianus legum, & Edicti perpetui ſuptiliſſimus conditor [i] in ſuis libris (k) hoc rettulit; ut ſi quid imperfectum inveniatur, [l] ab imperiali ſanctione hoc repleatur, & non ipſe ſolus, ſed & Divus Hadrianus

(a) in

(a) *Hoc quidem Florent. Pand. habent; ſed magis placet verbum* reprehendere.
(b) Deinde, *ex varia lectione ejuſdem libri.*
(c) Prægravare, *Florent. editum.* (d) Cauſæ judicabantur, *Græce.*
(e) Inſcitiam *malim ſcribere. Græce pluribus verbis dicitur, partim quod plurimis laboribus invenire non poterant, quæ utilia forent.*
(f) *Hæc deſunt in Græca conſtitutione.* (g) Glorioſiſſimus *Græce.*
(h) Innovata, *Flor. editum eſt.*
(i) *Græce*, omnium præclariſſimorum legiſlatorum ſapientiſſimus.
(k) *Hæc deſunt in Græca conſt.*
(l) Invenitur, *Flor. editum: ex varietate archetypi.*

ὁ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως ὅτι τὰ παρὰ τῶν πραιτώρων κατ' ἔτος ἕκαστον νομοθετούμενα ἐν βραχεῖ τινὶ συνῆγε βιβλίῳ τὸν κράτιστον ἰουλιανὸν πρὸς τοῦτο παραλαβὼν κατὰ τὸν λόγον ὃν ἐν κοινῷ διεξῆλθεν ἐπὶ τῆς πρεσβυτέρας ῥώμης. αὐτὸ δὴ τοῦτο φησὶν ὡς εἴτι παρὰ τὸ διατεταγμένον ἀνακύψειεν προσῆκον ἐστὶν τοὺς ἐν ἀρχαῖς τοῦτο πειρᾶσθαι διαιρεῖν καὶ θεραπεύειν κατὰ τὴν ἐκ τῶν ἤδη διατεταγμένων ἀκολουθείαν. ταῦτα τοίνυν ἅπαντες φαμὲν δὲ ὑμᾶς τε ὦ μεγάλη βουλὴ καὶ ὁ λοιπὸς ἅπας τῆς ἡμετέρας πολιτείας ἄνθρωπος γινώσκοντες χάριν μὲν ὁμολογεῖτε θεῷ τῷ τοῖς ὑμετέροις χρόνοις ἀγαθὸν τοσοῦτον φυλάξαντι (1) χρῆσθαι δὲ τοῖς ἡμετέροις νόμοις τῶν τοῖς πάλαι βιβλίοις ἐγγεγραμμένων προσέχοντες οὐδενὶ οὐδὲ ἀντεξετάζοντες αὐτὰ πρὸς τὰ νῦν κείμενα διὰ τὸ κἂν εἰ δοκοίη τινὰ πῶς ἀλλήλοις μὴ συμφθέγγεσθαι ἀλλ' οὖν τὸ μὲν πρότερον ἡμῖν ὡς ἀλυσιτελὲς (2) ἀπαρέσατο νῦν δὲ τοῦτο δόξαι κρατεῖν. καὶ γὰρ ἀπαγορεύομεν ἐκείνοις τὸ λοιπὸν χρῆσθαι. ταῦτα δὲ δὴ καὶ μόνα πολιτεύεσθαί τε καὶ κρατεῖν συγχωροῦμεν τε καὶ θεσπίζομεν. ὡς ὅγε ἐπιχειρῶν ἐκ τῶν ἔμπροσθεν βιβλίων ἀλλ' οὐκ ἐκ τούτων δὴ τῶν δύο βιβλίων μόνων καὶ τῶν διατάξεων τῶν παρ' ἡμῶν συντιθεμένων ἢ γενομένων χρῆσθαι τισὶ νόμοις ἢ τούτους ἐν δικαστηρίοις ἀναγινώσκειν ἢ εἴγε δικάζοι τούτων ὑπ' αὐτῷ δεικνυμένων ἀνέχεσθαι παραποιήσεως ἔνοχος ἔσται καὶ δημοσίων ἀδικημάτων κριθεὶς τὰ τῆς ποινῆς εἰ καὶ μὴ λέγοιμεν ἀλλ' αὐτόθεν πρόδηλον ὡς ὑποστήσεται καὶ τοῦτο δὲ ἄριστον εἶναι κρίνοντες τὸ (3) προθεῖναι τοῦ τῶν (4) διγέστων βιβλίου καὶ τοὺς ἔμπροσθεν (5) νομοθέτας καὶ τὰ τούτων βιβλία καὶ ὅθεν ἡ συλλογὴ τῶν νῦν ἡμῖν ἀθροισθέντων ἐγένετο νόμων. τοῦτο τε γενέσθαι προστάξαμεν καὶ δὴ καὶ γέγονεν καὶ ἅμα γε τὰ περὶ τούτων ὑποτεθεῖναι τῇ δὲ τῇ θείᾳ ἡμῶν διατάξει παρεκελευσάμεθα ὅπως ἂν ἅπασιν ᾖ φανερὸν τί μὲν τὸ τῆς προτέρας ἀπειρίας τε καὶ ἀοριστίας ἦν τί δὲ τὸ παρ' ἡμῶν ἐξευρημένον. νομοθέτας δὲ (6) ἤτοι νόμων ἑρμηνευτὰς ἐκείνους ἠθροίσαμεν οἱ παρὰ πᾶσιν δεδοκιμασμένοι (7) καθεστᾶσιν καὶ τοὺς ἔμπροσθεν (8) ἀρέσαντας (9) αὐτοκράτορας καὶ τῆς παρ' ἐκείνων (10) τυχόντας μνήμης. εἰ (11) γάρ τι τῶν οὐχὶ τοῖς παλαιοῖς νομοθέταις γνωριζομένων ἐστὶν. (12) τοῦτο δὲ τῆς πρὸς τοῦτο τὸ βιβλίον μετουσίας ἀπηγορεύσαμεν πᾶσιν γε μὴν τοῖς ἐνταῦθα κειμένοις μίαν τάξιν τε καὶ ἀξίαν δεδώκαμεν οὐδενὶ μείζονος αὐθεντίας παρὰ τὸν ἕτερον φιλοτιμηθείσης. εἰ γὰρ τοῖς παρ' αὐτῶν γεγραμμένοις ἅπασιν βασιλικῶν διατάξεων δεδώκαμεν ἰσχὺν τί ἂν ἐν τούτοις μεῖζον τὶς ἢ ἔλαττον ἔχειν δοκοίη; ἐκεῖνο γέ μην εὐθύς τε τὴν νομο-

(*a*) in compoſitione Edicti, & Senatuſconſulto, quod eam ſecutum eſt; hoc apertiſſime definivit: ut ſi quid in Edicto poſitum non inveniatur, hoc ad ejus regulas, ejuſque conjecturas, & imitationes poſſit nova inſtruere auctoritas. Hæc igitur omnia ſcientes, Patres conſcripti, & omnes orbis terrarum homines, gratias quidem ampliſſimas agite ſummæ divinitati, quæ veſtris temporibus tam ſaluberrimum opus ſervavit: quo enim antiquitas digna divino non eſt viſa judicio; hoc veſtris temporibus indultum eſt. Haſce itaque leges & adorate, & obſervate, omnibus antiquioribus quieſcentibus; nemoque veſtrum audeat vel comparare eas prioribus, vel ſi quid diſſonans in utroque eſt, requirere: quia omne quod hic poſitum eſt, hoc unicum, & ſolum obſervari cenſuimus. Nec in judicio, nec in alio certamine, ubi leges neceſſariæ ſunt, ex aliis libris, niſi ab iiſdem Inſtitutionibus, noſtriſque Digeſtis, & Conſtitutionibus a nobis compoſitis, vel promulgatis, aliquid vel recitare, vel oſtendere conetur; niſi temerator velit falſitatis crimine ſubjectus, una cum judice, qui eis [*b*] audientiam accommodabit, [*c*] pœnis graviſſimis laborare. Ne autem incognitum vobis fiat, ex quibus veterum libris hæc conſummatio ordinata eſt, juſſimus & hoc in primordiis Digeſtorum noſtrorum inſcribi: (*d*) ut manifeſtiſſimum ſit, ex quibus legiſlatoribus, quibuſque libris eorum, & quot milibus hoc Juſtitiæ Romanæ templum ædificatum eſt. Legiſlatores autem, vel commentatores eos elegimus, qui digni tanto opere erant, [*e*] & quos, & anteriores piiſſimi principes admittere non ſunt indignati: omnibus uno dignitatis apice impertito, nec ſibi cuidam [*f*] aliquam prærogativam vindicante. Cum enim conſtitutionum vicem & has leges optinere cenſuimus, quaſi ex nobis promulgatas: quid amplius, aut minus in quibuſdam eſſe intellegatur, cum una dignitas, una poteſtas omnibus eſt indulta? Hoc autem, quod & ab initio nobis viſum eſt,



(1) χρῆσθε Flor. editum. (2) ἀπαρέσαυτο Fl. (3) προθεῖναι Florent. (4) *Digeſton* Flor. (5) νομοθέτων Flor. editum. (6) εἴτοι Flor. editum. (7) καθηστᾶσιν Flor. editum. (8) ἀρέσαντες Florent. (9) αὐτοκράτορσι ſcribendum eſſe opinor. (10) τυχόντες Florent. (11) γάρ τις Florent. (12) τούτῳ Fl. editum.

[a] *In eadem Græca conſtit. ita ſcriptum eſt:* Ad hæc piæ recordationis Hadrianus, cum ea, quæ prætores ſingulis annis ſtatuebant, in brevem quendam librum coegit, optimum virum Julianum huic operi præficiens, in ea oratione, quam in urbe veteri Romana edidit, ſcripſit &c.

[b] Qui eorum, *varietas notata in Pand. Florent. editis.* Qui ei, *varietas notata a me in archetypo.*

[c] Accommodavit, *vel* patiatur, *varietas Pand. Florent.*

[d] *In Græca conſtit. eſt:* quæ poſt hanc ſacram conſtitutionem noſtram conſcribi juſſimus; ut omnes cognoſcere poſſint, quæ fuerit veterum prius incertitudo, & confuſio; & quid a nobis inventum ſit.

[e] Opere fuerant, *ex varietate Pandect. Florent.*

(f) *Et ſi hoc Florentiæ in Pandectis illis ſit, malo* quoquam, *ut in Codice Juſtiniani eſt.*

μοθεσίαν ἀθροισθῆναι ταύτην ἐγκελευόμενοι (1) νῦν τε αὖθις (2) αὐτὴν βεβαιοῦντες ἅπασιν ὁμοίως ἀπαγορεύομεν τὸ μηδένα θαῤῥῆσαι μήτε τῶν νῦν ὄντων μήτε τῶν ὕστερον ἐσομένων τούτων δὴ τῶν νόμων ὑπομνήματα γράφειν πλὴν εἰ μὴ βουληθεῖεν εἰς μὲν τὴν ἑλλήνων γλῶτταν αὐτὰ (3) μεταβάλλειν μόνῃ δὲ τῇ κατὰ πόδα καλουμένῃ χρήσασθαι τῶν νόμων ἑρμηνείᾳ καὶ εἴ τι κατὰ τὴν τῶν ὀνομαζομένων παρατίτλων ὡς εἰκὸς προσγράψαι βουληθεῖεν χρείαν ἕτερον δὲ παντάπασιν μηδ' ὁπουοῦν περὶ αὐτὰ πράττειν μηδὲ αὖθις δοῦναι στάσεώς τε καὶ ἀμφισβητήσεως καὶ πλήθους τοῖς νόμοις ἀφορμὴν τοῦτο ὅπερ καὶ πρόσθεν ἐπὶ τῆς τοῦ ἠδίκτου γέγονεν νομοθεσίας. ὥστε καίτοιγε οὕτω βραχύτατον αὐτὸ καθεστὸς ἐκ τῆς τῶν ποικίλων ὑπομνημάτων διαφορᾶς εἰς ἀναρίθμητον ἐκταθῆναι πλῆθος. εἰ γὰρ τι φανείη τυχὸν ἀμφισβητούμενον ἢ τοῖς τῶν δικῶν ἀγωνισταῖς ἢ τοῖς τοῦ κρίνειν προκαθημένοις τοῦτο βασιλεὺς ἑρμηνεύσει καλῶς ὅπερ αὐτῷ μόνῳ παρὰ τῶν νόμων ἐφεῖται. ὡς ὅγε θαῤῥῶν παρὰ ταύτην ἡμῶν τὴν νομοθεσίαν ὑπόμνημα τι καταθέσθαι κατὰ σχῆμα τῆς ἡμετέρας κελεύσεως ἀλλοιότερον οὗτος ἴσω τοῖς τῆς παραποιήσεως ἐνεξόμενος νόμοις τοῦ παρ' αὐτοῦ συντεθέντος ἀφαρπαζομένου καὶ (4) πᾶσι διαφθειρομένου τρόποις (5) αὐτῆς ταύτης ἐπικειμένης τῆς ποινῆς καὶ κατὰ τῶν σημείοις τισὶν ἐν τῇ γραφῇ χρωμένων ἅπερ σίγγλας καλοῦσιν καὶ δι' αὐτῶν συνταράττειν τὴν γραφὴν ἐπιχειρούντων. ἀλλὰ μὴ δι' ὅλου τούς τε ἀριθμοὺς τάτε ὀνόματα τῶν πάλαι σοφῶν τήντε ὅλην νομοθεσίαν γραφόντων. ἴστωσαν δὲ καὶ οἱ (6) βιβλίων οὕτω γεγραμμένων κτώμενοι ὡς ἀνόνητον (7) ἔχουσιν τὴν τούτου κτῆσιν. οὐδὲ γὰρ δίδομεν ἄδειαν τοῖς τοιούτοις βιβλίοις ἐν τοῖς δικαστηρίοις πολιτεύεσθαι καὶ κρατεῖν κἂν εἰ συμβαίη τὸ βιβλίον ἐπ' αὐτοῦ τοῦ μέρους οὗπερ ἀναγινώσκεται μηδὲν ἔχειν τοιοῦτο σημεῖον ἀλλ' ἐν ἑτέρῳ οἱῳδήποτε ἑαυτοῦ μέρει κἂν εἰ πρὸς ἅπαξ εἴη τοῦτο γενόμενον. ὥστε αὐτὸς μὲν τὸ βιβλίον ἀντὶ μηδὲ γεγραμμένου παντελῶς ἕξει. ὁ δὲ τοῦτο γεγραφὼς καὶ ἀγνοοῦντι τῷ κτησαμένῳ δοὺς διπλασίαν καταθήσει τῆς τούτου διατιμήσεως τῷ βεβλαμμένῳ τὴν ποσότητα οὐδὲν ἧττον ἁρμοζούσης καὶ τῆς ἐγκληματικῆς κατ' αὐτοῦ ποινῆς. τοῦτο γὰρ δὴ καὶ ταῖς ἄλλαις διατάξεσιν ταῖς περὶ τούτων τεθείσαις ἐνεγράψαμεν. ταῖς τε τῇ ῥωμαίων προελθούσαις φωνῇ

τῇ

(1) νῦν δὲ Fl. editum eſt. (2) αὐτὸ quidam. (3) μεταβάλλειν Flor. (4) πᾶσιν Flor. (5) αὐτοῖς Flor. editum. (6) βιβλίον οὕτω γεγραμμένον Flor. editum eſt. (7) ἕξουσιν Flor. editum.

cum hoc opus fieri Deo adnuente mandabamus; tempeſtivum nobis videtur, & impræſenti ſancire: ut nemo neque eorum, qui in præſenti juris peritiam habent, neque poſtea [a] fuerint, [b] audeat commentarios iiſdem legibus adnectere: niſi tantum ſi velit eas in Græcam vocem transformare ſub eodem ordine, eaque conſequentia, ſub qua & voces [c] Romanæ poſitæ ſunt; hoc quod Græci κατὰ πόδα dicunt; & ſi quid [d] forſitan per titulorum ſuptilitatem adnotare maluerint, & ea, quæ paratitla nuncupantur, componere: alias autem legum interpretationes, immo magis perverſiones, eos jactare non concedimus: ne verboſitas eorum aliquid legibus noſtris adferat ex confuſione dedecus; quod & in antiquis Edicti perpetui commentatoribus factum eſt, qui opus moderate confectum huc, atque illuc in diverſas ſententias producentes [e] in infinitum detraxerunt: [f] ut pene omnem Romanam ſanctionem eſſe confuſam. Quos ſi paſſi non ſumus: quemadmodum poſteritatis admittatur vana diſcordia? Si quid autem tale facere auſi fuerint: ipſi quidem falſitatis rei conſtituantur; volumina autem eorum omni modo corrumpentur. Si quid vero, ut ſupra dictum eſt, ambiguum fuerit viſum; hoc ad Imperiale culmen per judices referatur, & ex auctoritate Auguſta manifeſtetur; cui ſoli conceſſum eſt leges condere [g], & interpretari. Eandem autem pœnam falſitatis conſtituimus, & adverſus eos, qui in poſterum leges noſtras per ſiglorum [h] obſcuritates auſi fuerint conſcribere: omnia enim, id eſt & nomina prudentium, & titulos & librorum numeros per conſequentias litterarum volumus, non per ſigla manifeſtari: ita ut qui talem librum ſibi paraverit, in quo ſigla poſita ſunt, in qualemcumque locum libri, vel voluminis, ſciat inutilis ſe eſſe codicis Dominum: neque enim licentiam aperimus ex tali codice in judicium aliquid recitare, qui in quacumque ſua parte [i] ſiglorum habet malitias. Ipſe autem librarius, qui eas inſcribere auſus fuerit; non ſolum criminali pœna, ſecundum quod dictum eſt, plectetur, ſed etiam libri æſtimationem induplum Domino reddat; ſi & ipſe Dominus ignorans talem librum vel comparaverit, vel confici curaverit, quod & antea a nobis diſpoſitum eſt & in Latina conſti-

tu-

[a] Neque qui poſtea, *Flor. editum. Sed verbum* qui *non eſt in archetypo, ut illic notatur. Non male alii ſcribunt* nec qui poſtea.

(b) Fierent, *in Pand. Flor.* (c) Voce, *Florent. editum.*

(d) Et ſi qui, *ex varietate Pand. Florent.*

(e) *Poſt hoc verbum eſt in Pand. Flor.* contrahentes, *idque deletum: in Græca conſtitutione id non eſt.*

[f] *Malim* traxerunt: *nam Græce eſt* ἐκταθῆναι. *Sunt, qui ſcribant* diſtraxerunt, *quod non diſplicet.* (g) Et condere, *Flor. editum.*

(h) σίγγλας *Græca conſt. Veteres notas appellabant, unde notarii dicti, qui eis uterentur. Hæ litteræ non erant, ſed litterarum vicem obtinebant. Erat etiam aliud ſcribendi genus; cum ſingulæ litteræ verba quædam ſignificabant, ut cum S. C. Senatus conſultum, R. P. rempublicam, P. R. populum Romanum ſcribebant: huic non inepte ſingularum nomen convenire; unde detracta littera* ſinglæ *fortaſſe dictæ ſunt, & poſtea* ſigla, *majore mutatione facta. Utrumque genus ſcribendi arbitror his verbis improbari.*

(i) Sui parte, *magis placet.*

UNED

τῇ τε τῶν ἑλλήνων γλώττῃ ἣν πρὸς τοὺς τῶν νόμων καθηγητὰς ἀντεγράψαμεν. ταῦτα δὲ δὴ τὰ βιβλία τοῦτε τῶν (1) ἰνστιτούτων τοῦτε τῶν (2) διγέστων φαμὲν ἐκτοῦ πέρατος τῆς τρίτης εὐτυχοῦς ἡμῶν ὑπατίας κρατεῖν θεσπίζομεν. τουτέστιν ἀπὸ τῆς προτριῶν καλανδῶν ἰαννουαρίων τῆς παρούσης δωδεκάτης ἐπινεμήσεος εἰς τὸν λοιπὸν ἅπαντα κρατοῦντα χρόνον καὶ ταῖς βασιλικαῖς συνπολιτευόμενα (3) διατάξεσι καὶ χώραν ἔχοντα ἐπίτε τῶν ὕστερον συμβησομένων ἐπίτε τῶν ἐν δικαστηρίοις ἠρτημένων ἔτι καὶ φιλίαις μὴ παραδεδομένων ἀπαλλαγαῖς. τὸ γὰρ ἔμπροσθεν ἅπαν ἢ δεδικασμένον ἢ συμβεβασμένον ἀνακινεῖν οὐκ ἀνεχόμεθα ἣν δὴ τρίτην ὑπατίαν ἡμῖν ὀνομαστοτάτην δέδωκεν ὁ θεὸς εἴγε ἐπ᾽ αὐτῆς ἥτε πρὸς πέρσας εἰρήνη τὸ βέβαιον ἔσχεν. τότε τοῦτο τῶν νόμων ἀνατέθειται βιβλίον ὅπερ οὐδενὶ τῶν ἔμπροσθεν ἐξελάονται καὶ πρότγε ἡ τετάρτη τῆς οἰκουμένης μοῖρα τὴν ὅλην λιβύην φαμὲν τοῖς ἡμετέροις προσέθειται σκήπτροις ἅπαντα ταῦτα ἐκτοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ δῶρα τῆς τρίτης ὑπατίας ἡμῖν δεδομένα. ἅπαντες τοίνυν οἱ εὐκλεέστατοι τῆς ἡμετέρας πολιτείας ἄρχοντες τὴν θείαν ἡμῶν ταύτην δεχόμενοι διάταξιν χρῆσθαι τοῖς προειρημένοις ἡμῶν νόμοις ἕκαστος ἐν τῷ καθ᾽ ἑαυτὸν παρασκευάσει δικαστηρίῳ προθήσει δὲ αὐτὴν ἐν τῇ μεγίστῃ καὶ βασιλίδι ταύτῃ πόλει καὶ ὁ ταύτης ἐνδοξότατος ὕπαρχος μελήσει δὲ τῷ τε ὑπερφυεστάτῳ καὶ εὐκλεεστάτῳ ἡμῶν μαγίστρῳ τοῖς τε ἐνδοξοτάτοις καὶ πανευφήμοις ὑπάρχοις τῶν ἱερῶν ἡμῶν πραιτωρίων τοῖς τε πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα τοῖς τε ἐπὶ τῆς ἰλλυρίδος τοῖς τε ἐπὶ λιβύης δία προστάξεων οἰκείων ἅπασιν τοῖς ὑφ᾽ ἑαυτοὺς τε ταγμένοις ταῦτα ποιῆσαι καταφανῆ προς τὴν ἁπάντων τῶν ἡμετέρον ὑπηκόων ἀπαραλόγιστον γνῶσιν. Data XVII. Kalendas Januarias Domino Noſtro Juſtiniano Perpetuo Auguſto III. Conſule.

tutione, & in Græca, [a] quam ad legum profeſſores dimiſſimus. Leges autem noſtras, quas [b] in his codicibus, id eſt Inſtitutionum, ſeu Elementorum [c], & Digeſtorum, vel Pandectarum poſuimus, ſuum optinere robur ex tertio noſtro feliciſſimo ſancimus Conſulatu præſentis duodecimæ indictionis, tertio Calendas Januarias, in omne ævum valituras, & una cum noſtris Conſtitutionibus pollentes, & ſuum vigorem in judiciis oſtendentes in omnibus cauſis, ſive quæ poſtea emerſerint, ſive in [d] judiciis adhuc pendent; nec eas judicialis, vel amicalis forma compeſcuit; quæ enim jam vel judiciali ſententia finita ſunt, vel amicali pacto ſopita, hæc reſuſcitari nullo voluimus [e] modo. Bene autem properavimus in tertium noſtrum Conſulatum & has lege edere: quia maximi Dei, & Domini noſtri Jeſu Chriſti auxilium, feliciſſimum eum noſtræ reipublicæ donavit: cum in hunc & bella Parthica abolita ſunt, [f] & quieti perpetuæ tradita, & tertia pars mundi nobis adcrevit; poſt Europam enim, & Aſiam, & tota Libya noſtro imperio adjuncta eſt; & tanto operi legum caput impoſitum eſt; omnia cœleſtia dona noſtro tertio Conſulatui indulta. Omnes itaque judices noſtri pro ſua juriſdictione eaſdem leges ſuſcipiant, [g] & tam in ſuis judiciis, quam in hac regia urbe habeant, & proponant, & præcipue vir excelſus [h] hujus almæ urbis Præfectus. Curæ autem erit tribus excelſis (i) Præfectis Prætoriis tam Orientalibus, quam Illyricis, nec non Libycis (k) per ſuas auctoritates omnibus, qui ſuæ juriſdictioni ſuppoſiti ſunt, eas manifeſtare. (l) Data ſeptimo decimo Kalendas Januarias Juſtiniano Domino Noſtro III. Conſule (m).

*Ple-*

(1) *Inſtituton* Florent.
(2) *Digeſton* Florent.
(3) διατάξεσιν Florent.

(a) *Hæc verba deleta ſunt in Pand. Florent. ſolo excepto verbo* conſtitutione. *In Græca tamen conſtit. hæc ſunt*: Aliis conſtitutionibus, quæ de his rebus poſitæ ſunt, conſcripſimus, tum iis, quæ Latina, tum ea, quæ Græca lingua præceſſerunt. *Hanc Græcam conſtitutionem hodie non habemus.*

(b) Noſtras, quæ, *in Pandect. Flor. non ſine mendo.*

(c) *Græce* Inſtituton, *quod Inſtitutorum ſignificat, qui titulus a Græcis uſurpatur, a quibus hac in re libenter diſſentio.*

(d) Sive quæ, *in Flor. editum.*

[e] Volumus, *Florentini ediderunt.*

[f] Pax cum Perſis confirmata eſt, *Græce.*

[g] Suſpiciant, *ex varietate Florentinæ editionis. Græce eſt*, ſuſcipientes.

(h) Glorioſiſſimus, *Græce.*

[i] Tam excellentiſſimo, & præclariſſimo noſtro Magiſtro, quam glorioſiſſimis, & laudatiſſimis.

(k) *In Pand. Fl. eſt* Illuricis, necnon Libucis.

(l) *Additur in Græca conſtit.* Ut ad omnium ſubditorum noſtrorum indubitatam perveniant notitiam.

(m) Tertium Conſule, *ſcribendum eſt ex errore interpretationis notarum. In Græca eſt* III. Conſule. *Quæ ſit harum ſcripturarum differentia, notat Gellius. Aliud autem eſt dicere Agrippam ter Conſulem fuiſſe; aliud in tertio Conſulatu templum condidiſſe, aut litteras ſcripſiſſe; quod poſterius explicatur in his verbis*, Tertium Conſule hoc, aut illud fecit, *aut* Tertium Conſule hoc, aut illud factum eſt.

P*Leraſque alias Græcas conſtitutiones deſiderari in hoc primo libro multis argumentis mihi fit veriſimile. Nam a Græcis tituli quattuor amplius referuntur. Etenim conſtitutio ſingularis* Ut omnes judices, *XLIX. tituli eſſe dicitur,* & De Defenſoribus civitatum *LV. cum in Latinis, qui in cæteris cum Græcis conveniunt, ille XLV. hic LI. ſit. Sed & in veteri quodam libro Conſtitutionum Latinarum animadverti poſt titulum XXXIII.* De Officio Comitis rerum privatarum, & *tres conſtitutiones, quæ ſub eo poſitæ ſunt: eſſe adſcriptum Græcas conſtitutiones deſiderari: item titulum* De Officio Comitis Sacri Patrimonii, & *ſub eo Græcam conſtitutionem. In eodem libro poſt titulum XL.* De Officio Præfecti vigilum, & *Latinam conſtitutionem, quæ extat: titulus* De Officio Præfecti Annonæ, & *ſub eo Græca conſtitutio deſideratur. Itaque non dubito duos eſſe hos titulos ex illis, qui deſiderantur: alteros duos referre non poſſumus. Tamen addi a quibuſdam ſcimus hos duos* De Officio Comitis Sacri Palatii *poſt titulum* De Officio Comitis rerum privatarum, & *titulum* De Officio Vicarii *poſt titulum* De Officio Præfecti Auguſtalis.

*Sub titulo XIV.* De Legibus *in eodem libro adſcriptum erat in calce XI. Conſtitutionis Græcam legem deſiderari. Sunt qui ea verba poſt rubricam proximam retulerint* De mandatis Principum.

*Sub titulo XV.* De Mandatis Principum, *Haloander ad extremum addit II. Conſtitutionem Græcam deeſſe. Suſpicor ipſa principum mandata, quæ Novella XVII.* (a) *explicantur, ab eodem Juſtiniano, aut ab aliquo e veteribus conſcripta, hoc loco poſita fuiſſe. Eorum mentio in Digeſtis* (b) *eſt. Sed, & ſi ea non eſſent, ad eadem pertinere Græca lex poterat.*

*Sub titulo XXVI.* De Officio PP. *Orientis & Illirici in veteri illo Codice poſt quinque conſtitutiones, quæ extant, Græca deſideratur.*

*Sub titulo XXXIX.* De Officio Rectoris *provinciæ, & ut nulli patriæ ſuæ adminiſtratio ſine ſpeciali permiſſu principis permittatur: in eodem libro XIII.* (c) *Græca conſtitutio deſideratur. Eam ipſe crediderim eſſe, quæ in multis libris ex ipſa rubrica confecta eſt, & in hæc verba ultima conſcripta.*

Idem A. Nulli patriæ ſuæ adminiſtratio ſine ſpeciali permiſſu Principis permittatur.

*XIV.* Si quis.

*XV.* Nulli.

*Sub titulo XLII.* De Officio Militarium Judicum *quinta conſtitutio Græca ab Haloandro deſideratur.*

*Sub titulo* De Adſeſſoribus *XLVII. vel potius LI. ex Conſulibus, ut arbitror, male adſcriptis XII. conſtitutioni, Haloander animadvertit, Græcam Zenonis Conſtitutionem XIII. deſiderari datam VI. Kal. Jul. poſt Conſulatum Decii & Longini. Hanc autem eſſe arbitror, cujus Novella LX.* (d) *mentio fit.*

Cavendum, *inquit,* eſt, ne magiſtratuum adſeſſores cauſas audiant, quæ apud ipſos magiſtratus, aut judices datos moveri debent, ut Zenonis, & noſtra conſtitutione continetur. *Neutra autem earum extat.*

*XIV.* Nemo.

L*ibro II. ſub titulo II.* De in Jus Vocando *in Norico, & in illo veteri libro adnotatum eſt Græcam conſtitutionem quartam deſiderari. Item titulo V.* De Errore Calculi *conſtit. II. in aliis libris. Et titulo VIII.* De Advocatis *diverſorum judicum conſtit. VIII.*

B. β. T. ιβ.

*ἐκ τοῦ περὶ χρονικῶν διαστημάτων τοῦ Εὐσταθίου μέρος τῆς ἐπιτομῆς τῆς κζ. δια-διατάξεως τοῦ ιβ. τίτλου τοῦ β. βιβλίου τοῦ κώδικος.*

Ἐὰν ὁ ἐγγυητὴς τοῦ ἐντολέως μὴ ὁρίσει χρόνον καὶ εἴπῃ τυχὸν ὅτι ἐγγυῶμαι αὐτὸν, καὶ τελευτήσῃ ἢ ἀφανὴς γένηται καὶ συμβῇ τοῦτο γενέσθαι ἐντὸς εἴκοσιν ἡμερῶν, ἕτερον προβαλλέσθαι.

Καὶ

LIB. II. TIT. XII.

DE PROCURATORIBUS.

*Pars epitomes Conſtit. XXVII.* [e] *ex Euſtathio de temporum ſpatiis.*

SI fidejuſſor procuratoris non definierit tempus ſed dixerit tantum, fide jubeo pro illo: ſive moriatur, ſive non appareat, & contingat id fieri intra viginti dies; alterum præſtabit.

*Alio*

[a] *Authent. de mandatis principum.*

[b] *L.* Solent. *in fine. de offic. proconſ. l.* Eos. *de ritu nupt.*

(c) *Vide conſt. ult. de crimine ſacril.*

(d) *Authent. ut defuncti, ſeu funera.* §. Illud etiam. *vide Nov. 82. cap. 1. Auth. de judicibus in princ. & conſt. ult. de pedan. judic. & titulum qui pro ſua iuriſd.*

(e) *Euſtath. tit. 10. cap 5. de temporibus.*

Καὶ πάλιν.

ΕΑν τελευτήσῃ ἢ ἀφανὴς γένηται ὁ ἐπὶ δίκῃ παρά τινος δοθεὶς ἐντολεὺς μετὰ τὴν εἰκοστὴν ἡμέραν τοῦ προτιθεμένου παρὰ τοῦ ἄρχοντος διατάγματος περὶ τοῦ προβληθῆναι ἄλλον ἓξ μηνῶν ἔχει προθεσμίαν ὁ πρωτότυπος ἐν ἀπουσίᾳ ὢν πόῤῥω διακειμένης ἐπαρχίας εἰς τὸ ἕτερον προβάλλεσθαι ἢ αὐτὸς παραγενέσθαι. εἰ γὰρ μὴ ἔστι μακρὰν ἐκ τοῦ ἄρχοντος ὁρίζεταί τις προθεσμία.

*Alio loco.*

SI moriatur, aut non appareat procurator in aliqua cauſa conſtitutus poſt viceſimam diem a magiſtratu propoſito edicto principalis venire, aut alium conſtituere intra tempus ſex menſium teneatur; ſi in longinqua provincia abſit: ſi in propinquo loco ſit; judex tempus arbitrabitur.

B. γ. T. α.

Ἐκ τῶν κατὰ στοιχεῖον καὶ ἐκ τοῦ Θεοδώρου τοῦ ἑρμουπολίτου ἡ ἐπιτομὴ τῆς ια. διατάξεως τοῦ α. τίτλου τοῦ γ. βιβλίου τοῦ κώδικος.

ΤΗς ἀκριβείας τῶν νόμων ὁ δικαστὴς φροντιζέτω, μὴ δὲ τοῖς παρανόμως (1) ῥηθῆσι παρὰ βασιλέως προσέχων.

LIB. III. TIT. I.

DE JUDICIIS.

*Epitome Conſtit. XI. ex indice Baſilicorum, & ex Theodoro Hermopolita.*

STricti juris judex curam habeat: nec adhæreat dictis ab Imperatore contra leges.

Ἐκ τοῦ κατὰ στοιχεῖον ἡ ἐπιτομὴ τῆς ιβ. διατάξεως τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

ΠΑντες οἱ ἄρχοντες καὶ οἱ θεῖοι δικασταὶ συντόμως τὰς δίκας τεμνέσθω. καὶ τις τῶν δικαζομένων πολλάκις τῷ προσφόρῳ δικαστῇ προσελθὼν μὴ δι' ἀναγκαίαν αἰτίαν ὑπερτεθείη προσείτω τῷ βασιλεῖ τὴν ἐκεῖθεν ἀναμένων βοήθειαν.

*Epitome Conſtit. XII. ex eodem indice Baſilicorum.*

OMnes Magiſtratus, & ſacri judices breviter cauſas terminent, neque aliqua pars ſæpe ad competentem judicem accedens, etiam ex neceſſaria cauſa, dilationes quærat; ſed adeat Imperatorem, & ab eo auxilium expectet.

*XIII.* Properandum.

*XIV.* Rem &c.

B. γ. T. β.

Ἐκ τῶν παρατίτλων μέρος τῆς ἐπιτομῆς τῆς. β. διατάξεως τοῦ. β. τίτλου τοῦ. γ. βιβλίου τοῦ κώδικος ἧς ἡ ἀρχὴ ἀπαγορεύομεν.

LIB. III. TIT. II.

DE SPORTULIS.

*In Codice Norico deſiderari dicitur II. Juſtiniani Græca Conſtitutio, cujus initium in Græcis libris eſt* Prohibemus. *De ea ita Juſtinianus ſcribit lib. IV. Inſtitutionum.* [a]

TRipli vero agimus, cum quidam majorem vera æſtimatione quantitatem in libello conventionis inſerunt; ut ex hac cauſa viatores, id eſt executores litium ampliorem ſummam ſportularum nomine exigerent, tunc enim id, quod propter eorum cauſam damnum paſſus fuerit reus, in triplum ab actore conſequetur: ut in hoc triplo etiam ſimplum, in quo damnum paſſus eſt, connumeretur. Quod noſtra conſtitutio introduxit, quæ in noſtro Codice fulget, quam procul dubio certum eſt ex lege condictitia emanare.

*Hæc ita a Theophilo Græco interprete accipiuntur, ut videatur ſignificare ex eadem lege viatoribus ſemiſſem aurei a reis, a quibus centum nummi peterentur, concedi. Eum quoque, qui mille nummum petierat, cum centum tantum petere poſſet, ſex nummis oneraſſe reum affirmat. Eoſdem tamen executores quadruplo puniri conſtat: ſi quid amplius exegiſſent, quam quantum eadem conſtitutione continebatur, quod eodem loco ſcriptum eſt.* (b) *Sed & in Græcis paratitlis* [c] *reperi partem ſententiæ hujus Conſtitutionis eſſe relatam, quæ XXVI. Conſtitutioni Græce de Epiſcopali audientia, ſimilis eſſet.*

ΕΑν ὁ ἐκβιβαστὴς διαστρέφῃ τὸν ὑπομνησθέντα παρὰ τοῦ ἐγγυητοῦ προσώπου φάσκων αὐτὸν ἄπορον προνοίᾳ καὶ κρίσει τοῦ ἐπισκόπου τοῦτον δεχέσθω.

SI executor rerum vexet propter fidejuſſoris perſonam, quam dicat idoneam non eſſe; providentia, judicioque Epiſcopi ea ſuſcipiatur.

*Aliis*

(1) προστεθεῖσι.

[a] §. Tripli, & §. Sed hæc quidem. *de action.*

(b) §. Quadrupli. *eod. tit.*

[c] *In collectione Græca conſtitutionum eccleſiaſticar. lib. 1. tit. 4. Codicis.*

*Aliis conſtitutionibus non paucis hæc ipſa lex refertur, quas longum eſſet enumerare. Sed exempli cauſa has collegi XXVI. & XXIX. Græcis de Epiſcopali audientia, Novella VIII. XVII. XXVIII. LXXXII.* [a] *& LXXXVI.*

*III.* Omnibus.

Tit. III. de Pedaneis Judicibus VI. *Conſtitutio Græca deſideratur Zenonis, quæ refertur Novella LXXXII.* (b) *ut in veteri quodam Novellarum libro adſcriptum reperi. Ea dicebatur quis judicum ordo, ac judiciorum eſſet; quive in ſingulis auditoriis cauſas cognoſcerent tam ordinarii, quam delegati, quos pedaneos appellant. Sed & de expenſis ac ſumptibus litium cautum eſſe, Juſtinianus refert. Sed cum eorum judicum nomina ſcripta fuiſſent, ipſis decedentibus cætera negligi cœpta ſunt: quoad ipſe Princeps ſubſtituit judices, quibus cauſæ delegarentur; & cætera in meliorem ſtatum redegit. Eandem conſtitutionem ſub proximo titulo Haloandrum deſideraſſe crediderim: movet me quod rubricæ conveniat* Qui pro ſua Juriſdictione Judices dare, darive poſſunt. *Fieri etiam poteſt, ut utroque loco deſideretur aliqua conſtitutio. Zenonis autem eſſet ſcribenda poſt Theodoſianam, quæ extat, atque ita a Græcis, ut prima Theodoſiana refertur.*

**B. γ. T. ι.**

Ἐκ τοῦ Θεοδώρου τοῦ ἑρμουπολίτου μέρος τῆς ἐπιτομῆς τῆς πρώτης διατάξεως τοῦ ι. τίτλου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου.

ΚΑὶ (1) ἄῤῥεντες καὶ γυναῖκες πρὸ τῆς ὡρισμένης προθεσμίας τῶν χρεῶν ἐνάγοντες καὶ κατὰ τοῦτο τὸν ἐναγόμενον βλάπτοντες, ἄλλον τοσοῦτον περιμενέτωσαν χρόνον μηδένα τόκον ἐν τῷ μέσῳ λαμβάνοντες, ὅσον αὐτοὶ προφθάσαι τὴν προθεσμίαν ἐπεχείρησαν. καὶ τοῦ χρόνου δὲ τούτου παρατρέχοντος μὴ ἄλλως (2) ἐναγέσθωσαν, εἰ μὴ τὰ δαπανήματα τῆς πρώτης εἰσόδου τὰ ὑπὲρ τῆς μεθοδίας συμβάντα τῷ δίαδίκῳ καταβάλλωσιν.

## LIB. III. TIT. X.
## DE PLUS PETITIONIBUS.

*Ex Epitome Theodori Hermopolitæ pars cujuſdam capitis Conſtit. I.*

OMnis (*) actor, ſive maſculus, ſive fœmina ante definitam dilationem debiti agens, & per hoc reum damno afficiens aliud tantum expectet tempus, nullam uſuram in medio accipiens, quantum ipſe prævenire definitum ſolutionis diem conatus eſt: & hoc vero tempore elapſo, non aliter agat, quam ſi impendia primæ inſtantiæ circa litis præmonitionem facta adverſario ſolvat.

*Aliam Zenonis Conſtitutionem deſidero, de qua Juſtinianus lib. IV. Inſtitutionum.* (c)

EUM, qui ante tempus pactionis, vel obligationis litem inferre auſus ſit; Zenonianæ conſtitutioni ſubjacere cenſemus; quam ſacratiſſimus legiſlator de iis, qui tempore plus petierint, protulit: ut & indutias, quas ipſe actor ſponte indulſerit, vel quas natura actionis continet, ſi contempſerit, duplum habeant ii, qui talem injuriam paſſi ſunt; & poſt eas finitas non aliter litem ſuſcipiant, niſi omnes expenſas litis antea acceperint: ut actores tali pœna perterriti tempora litium doceantur obſervare.

*Hoc eſt, quod alio loco* [d] *idem ſcribit:*

Si tempore plus fuerit petitum, quid ſtatui oporteat, Zenonis divæ memoriæ loquitur conſtitutio.

*De eadem arbitror poſtea* [e] *ſcripſiſſe.*

Si minus in intentione ſua complexus fuerit actor, quam ad eum pertineat: veluti ſi cum ei decem aurei deberentur, quinque ſibi dari oportere intenderit, aut ſi cum totus fundus ejus eſſet, partem dimidiam ſuam eſſe petierit, ſine periculo agit: in reliquum enim nihilominus judex adverſarium in eodem judicio ei condemnat, ex conſtitutione divæ memoriæ Zenonis.

*Reperitur apud Theodorum Hermopolitam lib. VII. tit. VI. Baſilicorum & Conſt. Harmonopulum lib. I. titulo II. Prochiri* (f) *prioris capitis ſententia iiſdem fortaſſe Zenonis ipſius verbis, in quibus additur ad ſupra ſcripta: eum, a quo ante tempus quid petitur, uſuras ſolvere non debere ejus temporis, quo indutiæ duplicantur.*

II. Odioſas.

TIT.

(1) Harmenop. πᾶς τῶν ἐναγόντων καὶ ἄῤῥενες.
(2) ἐναγέτωσαν.

(a) *Auth. De mandatis principum.* §. Tertio. & *De judicibus.* §. Nullo.
(b) *Auth. De judicibus. in princ.*

(*) Latina hæc interpretatio, quam Auguſtinus præteriit, reperitur paſſim in recentioribus exemplis Codicis Juſtinianei.

(c) §. Hodie. *De except.* [d] §. Sed hæc quidem. *De action.* (e) §. Si minus. *eod. tit.*
[f] *Vidend. Joſeph. Tenedius in Prochiro ordine litterarum littera* Γ.